Princeton University

Digitized by Google

Digitized by Google

MONUMENTORUM BOICORUM

COLLECTIO NOVA.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

VOLUMEN IV. PARS I.

AUGUSTAE VINDELICORUM,
Typis WILHELMI REICHEL.
MDCCCXXXVI.

Digitized by Google

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN TRIGESIMUM PRIMUM.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

(PARS I.)

MONACHII,
SUMPTIBUS ACADEMICIS.
MDCCCXXXVI.

Digitized by Google

(RECAP)

1984
.154
11
V31

Digitized by Google

I.

Anno 623. 11. Maii in monaſterio Weiſſenburg.

Dagobertus I. Francorum rex, weissenburgensis ecclesiae fundator, privilegium illi amplissimum dicitur concessisse.

Dagobertus diuina fauente clementia Francorum Rex, omnibus Regni sui primatibus, imo cunctis fidem Christianam profitentibus, tam futuris quam praesentibus, votum, quo Deo vel Sanctis ejus se quis obligauerit, sine macula reatus irritum fieri non poterit, et quanto major et dignior est is, cui vovetur, eo ferietur graviori judicio voventis et non reddentis praesumptio. Debemus igitur et volumus nos quoque reddere quod vovimus Domino Deo terribili, et ei qui aufert Spiritum principum terribili apud omnes reges terrae. Qui qualiter in brachio suae virtutis et nos terruerit, et qualiter percutiens et sanans rursus nos visitauerit, omnibus ad exemplem (um) correctionis notum fieri dignum duximus, praecipue ut quisque fidelis, audito nostro periculo ab ecclesiarum Dei vastatione se contineat, et honorem congruum rebus, Deo dicatis exhibeat. Primum ergo de diuina super nos habita terribiliter examinatione, praeterea de voto, et voti nostri redditione breuiter exponemus. Patre meo Clothario, felicis memoriae, defuncto, patrii regni curam suscepi, sed viuendi ductus leuitate, dominandique cupiditate distractus, Regalis officij debitum neglexi, nihil exhibens commissis sollicitudinis vel diligentiae, nihil faciens vel judicans mansuetudinis aut zelo justiciae, inter alios

501251

excessus meos, ecclesiarum Dei destructor et disipator esse ceperam, quarum defensor et sublimator esse debueram, nec diuinae majestatis oculos, nec hominum veritus acclamationem, tandem Dei benignitas obstinatae mentis superbiam conterens, virga correptionis iniquitates meas visitauit et castigato mihi veniam non negauit. Nam raptus in sublime, diuinaeque majestati inter Choros sanctorum in habitu judicantis sedenti praesentatus, a sanctissimis ecclesiarum patronis, pro rebus ecclesiasticis per rapinam distractis a me, et consumptis, grauiter et constanter sum accusatus, maxime a sanctissima Dei genitrice Maria, et a beatissimis Petro et Paulo Apostolorum principibus, cumque conscientia grauatus non auderem delicta defendere, ex arbitrio praesidentis poenae sum addictus, diuque caeso, et poenis atrocibus confecto, succurrit mihi tandem specialis meus patronus, martyr Dionysius, qui precibus suis et instantis poenae dilationem, et poenitentiae mihi tempus obtinuit, idem ipse quasi modum statuens poenitentiae, in hoc mihi spem plenae posuit indulgentiae, si ad honorem Dei et sanctorum praedictorum, quos magis offenderam, domum diuinis aptam seruitijs construerem, qua promissione laetatus, libens voui, dimissusque a superis redii. Igitur sub certa spe remissionis et indulgentiae peccatorum nostrorum reddentes alacri studio votum quod fecimus, ecclesiam in honorem Sanctae Trinitatis, et sanctae Mariae perpetuae virginis, et sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, in loco qui dicitur Weissenburg contruximus, quam sublimare, et Regali munificentia ditare decreuimus. Donamus ergo ei, et in perpetuum datum esse volumus, de rebus fisci nostri illic adjacentibus, quicquid ad nos spectat, tam in villis, quam mancipiis syluis, vineis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus et omnia haec in usum fratrum ibidem sub monastica professione Deo seruientium, libera traditione redigimus, et ut hujus nostrae donationis auctoritas in omne tempus stabilis et firma perseueret terminos et circum jacentium nomina locorum subnotare curauimus. Versus orientalem plagam extenditur Marcha, quam tradidimus usque ad Morchenheuenum, et ad Aldenherde, et inde ad Gebel-

deswegen, et inde subter vatum (vadum) Lutere, et inde ad Buczdingeshurst, et inde ad limitem qui stat in summitate vallis Jnuensdal (Juuensdal), et inde ducit ad meridianam plagam super Warspach, et inde Bodemelosemstamph, et inde ad Sebach, et inde ad Kirchendal, et inde ad Ingeldeshoche, et inde ad Syluosos montes, usque ad Bedebur.

Ad occidentalem vero plagam, usque ad Lutenbach et Berenbach, et inde ad Erlibach, et inde ad Grünenbrunnen, et inde ad Otterichschritt (Otterichscheitt). Ad septentrionalem plagam, usque ad Eychenberc, locum autem ipsum, quem singulari amplectimur dilectione, nunc et deinceps ab omni seruitutis oppreſsione liberum, sub Regali volumus esse tuitione. Ita videlicet, ut nullus judex publicus, nullus ex judiciaria potestate, quicquam potestatis vel negotij in ipsa Marcha, sine patris monasterij licentia, exercere vel habere praesumat, nec homines ipsius loci constringere, vel ad causas audiendas, aut freda vel tributa soluenda. Postremo nihil penitus ab eis audeat exigere. Illud etiam pari decreuimus auctoritate, ut nullus pontificum, Nemetensis Ciuitatis, vel reliquorum episcoporum aliquam ibidem dominandi vel quaslibet causas agendi habeant facultatem sed nostre emunitatis defensione omnia illuc pertinentia, pater monasterij cum fratribus suis libere et quiete poſsideat. Ad haec monetam in se habentem imagines et literas, expreſsamque similitudinem Nemetensis monetae eidem loco concedimus, Parique nostrae auctoritatis donatione, ratum et firmum eſse volumus, ut homines ejusdem ecclesiae, per omnes fines Regni nostri, libere negocijs suis inseruiant. Ita videlicet, ut nulli debitum thelonei persoluant. Et nullus judex, seu quaelibet cujuscunque ordinis persona in hujusmodi causa, violentiam eis aliquam inferre praesumat, fratribus aut ibidem Deo seruientibus, ut eo deuotius et tranquillius sanctae conuersationis ordinem custodiant, liberam inter se eligendi sibi Abbatem donamus potestatem, cui Abbati, omnibusque ei succedentibus *hoc speciale* concedimus priuilegium dignitatis, ut in ordinem et *jus poſsit* promouere ministerialium, quemcunque de familia *tali honore* dignum judicauerit. Omnes etiam ministeriales

ejusdem ecclesiae ex dicto Abbate accipiant beneficium, solique Abbati seruiant, nec aliquam potestatem super eos aduocatus exercere audeat, nisi forte ex aliqua inobedientia, quasi rebelles illos ministeriales, constringendos Abbas aduocatum inuitet. Reliqua vero familia legittimo loco et tempore ter in anno, pro justicia facienda ad placitum aduocati debent conuenire, et in seruitium Aduocati, si praesens est, singuli singulos denarios soluere, exceptis his qui sunt in immunitate. Quod si ex his placitis absens fuerit Aduocatus, nihil ei ex his denarijs debetur, nisi in seruitijs Regis esse probetur. Vt autem haec nostra traditio, et juris et concessae dignitatis Institutio, stabilis et inconvulsa jugiter permaneat, chartam hanc inde conscriptam adjectione Sigilli nostri roboratam signauimus. Datum quod fecimus in ipso Monasterio, mense Majo die undecima. Anno Regni nostri Vicesimo tertio. In Christi nomine feliciter Amen. *Dagobertus Rex.*

a) Ex transsumto Rudolphi II. imp. anno 1582. 22. Oct. Viennae dato, quo inter plura privilegia monasterii Weissenburg etiam hoc n. 1. f. 1. continetur, in copia nobis 26. Aug. praes. 26. Sept. 1831. ex Spira communicatum.

b) Chronologia huius iustrumenti omnino perturbata est, cum Dagobertus I., filius Clotarii II., hic dictus, ab anno 622, quo cum patre regnare coepit, nonnisi per 16 annos regnavit, mortuus 638. 19. Januar. Notatus ergo regni annus XXIII falsus est, et adulterinis hoc instrumentum Schöpflinus mox laudandus aliique adnumerant.

c) Editum sive potius extractum a Nauclero Volum. II. generat. 24. Tom. I. 757. 758. editum iterum in Coccii Dagoberto I. p. 172. in Vorburg hist. T. VIII. p. 241. in Heda de episc. Ultrai. p. 20. in Lünigii spicileg. eccles. III. Th. sive operis Reichsarch. T. XVIII. 185. n. 1. et in Schöpflini Alsat. dipl. I. 22. num. 22. inter adulterina aevi merovingici ex veteri membrano ecclesiae Weissenburg. cnf. Catalogum abbatum in Weissenburg in Schannat. Vindem. coll. II. 5. ubi fundatio monasterii huius Dagoberto I. adscribitur quidem, ad annum Chr. 623, sed charta non memoratur; ibi etiam Principius, postea 650 — 666 episcopus

ſpirenſis, Imus weiſſenburgenſis abbas nominatur, quod quidem chronologiae non repugnat, uti in actis pal. VII. 146. Loebel docet.

d) Charta fundationis coenobii Blidenfelt inter an. 636 — 638, potius quam 655. 16. April. aeque adulterinis adnumerata, memoriam privilegii primi Weiſſenburgenſis excitat. per verba: aliud quoque coenobium — Wizenburch „conſtruximus', quibus paria iura et ſtatuta privilegia ex regali potentia ſtatuimus." Vid. Schöpflin Alſ. dipl. p. 23. 24. n. 21. De reliquo utrumque privilegium in pluribus de verbo ad verbum convenit.

II.

Anno 676. 1. Auguſti.

Dagobertus II. rex Francorum monaſterio Weiſſenburg, ſito in pago ſpirensi, balnea sive aquas calidas trans Rhenum, in pago auciacenſi, cum marca illuc pertinente finibusque deſcripta, donat.

Dagobertus Rex Francorum, Viris illustribus, Ducibus, Comitibus, Domesticis vel omnibus gentibus tam praesentibus quam futuris. Illud ad stabilitatem Regni vel remedium animae nostrae perdurare credimus, si petitionibus Sacerdotum, in quo auribus nostris patefecerint, ad effectum perducimus. Ideo cognoscat magnitudo ſeu utilitas vestra, quia nos ad suggestionem Viri venerabilis Rathfridi Abbatis de monasterio Weiſsenburgo, balnea illa trans Rhenum, in pago Anciacense (Auciacenſi) sita quae Anthonius (Antoninus) et Adrianus quondam Imperatores suo opere aedificauerunt ad Monasterium quod dicitur Weiſsenburg, et est constructum in honore Sancti Petri, in pago Spirensi visi fuimus conceſsiſse cum omnibus, et cum ipsa Marca ad ipsa balnea pertinente, quae veniet de ambobus lateribus, usque in fluuium Merga (Murga), et de una fronte ad partem occidentalem Rasta una, et de alia fronte ad par-

tem orientalem leuinias (leuuuas) sex, quod homines loci illius siti dicunt Rastas tres, Propterea hoc praeceptum cefsionis fieri jufsimus, vt ab hac die memoratus Rathfridus Abbas, vel pars (patres) ipsius Monasterij Weifsenburg, suique succefsores vel monachi ibidem commanentes, de suprascriptis Balneis, quae dicuntur aquae calidae, vel Marca, ad ipsam balneam pertinente, faciant quod ipsi maluerint, hoc est, habendi, tenendi, suisque succefsoribus relinquendi, firmifsimam in omnibus habeant potestatem, Et ut haec praesens auctoritas firmiter (firmior) sit, manu nostra, vel annulo nostro subter eam decreuimus roborari. In Christi nomine. Dagobertus Rex. Data sub die Kalend. Augusti. Anno Secundo Regni nostri.

a) Ex Tranffumto Rudolphi II, imp. an. 1584, 22. Octob., quo plura monafterii Weiffenburgenfis privilegia continentur, per modum codicis fcripto, num. 2. fol. 3., in copia nobis 26. Aug. praef. 26. Sept. 1831, ex Spira communicato.

b) Dagobertus II. intelligitur, qui ex usitatiore chronologia a. 675. regnare incepit ante menfem Auguftum, ergo menfe Auguflo an. 676 fecundum agebat annum regni, hic memoratum.

c) Editum faepius, in Coccii Dagoberto p. 171 et Laguille hift. d'Alface pr. p. 2 ad an. 623; in Bouquet Script. rer. franc. T. IV. 564. ex Coccio, in Schannat Vindem. litt. collect. II. 5; ex vetusto catalogo abbatum weiffenburgenfium ad 11. Auguft (676) et in Vorburg Hift. T. VIII. p. 242, in Schöpflin Cod. dipl. ad hiftoriam Zaringobadensem. Tom. 3. n. 1. et in eiusdem Alfatia diplomatica I. 4. num. 3. ex apographo tabularii Weiffenburg. Ubi in nota K. Schöpflinus alias quoque editiones laudat: Wilhelmi Hedae in hift. epifc. ultraiect. p. 18 et Henfchenii de tribus Dagobertis l. 2. p. 84. Verum illud diploma agnofcit Schöpflinus, fed postea correctum et ftilo aevi carolingici accodamatum. cnfr. chartam fundationis Weiffenburg. an. 623. 11. Maii.

III.

Ann. Circa 769, in Pentecoste. Moguntiae.

Carolus magnus jura et privilegia monasterii ottenburensis enumerat et confirmat.

(In dei Nomine.) Carolus a Deo ordinatus Augustus, magnus, pacificus, Rex Francorum Imperator Romanorum gubernans Imperium Quoniam Principem ac Defensorem Ecclesiarum Nos fecit Dominus, ne eius ingrati esse uideamur munificentiae, seruitium eius augmentare, Ecclesias multiplicare super incoeptis et constructis bene et oportunè, ne posthac destruantur, potestati Regali conuenit, Tuitionem impertiri. Vnde quicquid ad loca sanctorum damus uel concedimus, hoc nobis ad mercedis augmentum et stabilitatem Regni Nostri pertinere confidimus. Quapropter notum sit omnibus Principibus nostris et fidelibus, qualiter Nos ad petitionem dilectissimae Coniugis nostrae Hildegardae Illustris Reginae, Abbatem nomine Tottonem ex Monasterio quod uocatur Ottenbura Cella noua, cum hominibus unâ et rebus ipsius Monasterij sub Nostro Mundiburdio et Defensione, propter malorum illicitas hominum infestationes, accepimus et retinemus. Igitur a praesenti die coram Principibus nostris decernimus atque praecipiendo praecipimus, ut nulli de maioribus atque minoribus liceat praedicto Abbati aut hominibus ipsius Monasterij tam ingenuis quam seruientibus, uel in rebus, quae ad ipsam Casam DEI legitime aspicere uidentur, inquietare aut calumniam facere praesumat, sed sicut diximus liceat cum unà cum iam facto Monasterio sub Nostra tuitione quietum uiuere ac residere. Ac si aliquae causae aduersus eum aut homines ipsius Monasterij surrexerint, quos infra pagum cum fidelibus suis definire non potuerint, in praesentiam nostram reseruentur. Et ut omni Regno Nostro et omnibus fidelibus nostris pateat, Nos praefatum locum non auaritiae uel quaestus, sed pro amore Dei et

animae salute ac Defensionis causa in Nostram Potestatem suscepisse, Hinc a praesenti die et deinceps fratribus eiusdem Monasterij Auctoritate Nostra damus hanc licentiam et concedimus, ut post discessum Tottonis Abbatis potestatem habeant inter se eligendi Abbatem, quem meliorem secundum Regulam S. Benedicti et aptiorem Nostro seruitio inuenire potuerint, Nobisque ac successoribus nostris praesentetur, quatenus Regia sublimetur Auctoritate et confirmetur. Infestitus (um) siquidem per Nos liberum hunc ab omni Exactione Curiali uel munere permittimus abire. Consecrationem et sui Monachorumque concedentes, ut a Religiosis duntaxat Episcopis infra prouinciam ordinari poterunt liberrimam habere. Amplius praesenti sane Abbati eiusque Successoribus Monachis et hominibus ac Negotiatoribus praefati loci, quia Nostra Auctoritate frequentia populi ad Reliquias sacras uenientes (venit), inibi statuimus hanc libertatis gratiam (et) concedimus. Vt ubicunque in Regno Nostro ad negotiandum perrexerint, siue in ciuitates uel oppida seu pontum (pontem) nauesque petant, siue uenientes seu redeuntes, sine Extractione Teleonei cum pace securi transeant et pergant. Item placuit Nostrae prouidentiae in Tottonis praefati Abbatis suorumque Successorum et fratrum Monachorum hoc perpetualiter potestate ponere, ut sapientum usi consilijs, ex his quos inter potentes saeculi nouerint esse aequitatis et fidelitatis amatores, eligant suis competenter locis Aduocatos et Defensores si opus habuerint: sin uero Nos nostrosque successores iustissimos et certissimos Defensores habeant. Sed nullus hominum sibi hanc potestatem praesumat uindicare uel quasi haereditariam aut aliquo iure debitam inuadere, nisi quem Abbatis et Monachorum consulta approbatiora uelint admittere. Eo tamen tenore, ut post fidelitatem Regio iure Nobis nostrisque Successoribus, Abbati tria Juret Sacramenta, Primum quod secundum posse et nosse iustus et utilis Advocatus in homines et res praedicti Monasterij existat, secundum quicquid placitando acquisierit, id esse in iniuria bannorum uel satisfactione temeritatum, tertia sibi parte retenta, duas reddat Abbati, et nullum Aduocatum uel Exactorem prae-

praeter se nisi Abbatis permissione constituat. Tertium quod nihil priuati muneris uel seruitij a quolibet loco siue curte, seu a uillicis seu a Cellerarijs quasi ex debito et statuto iure exigat ac mansiones uel pernoctationes uspiam frequentare caueat. Ad unumquemque uero locum quem Abbas ad placitandum ordinauerit, cum duodecim equis et totidem uiris Aduocatus semel tantum in anno adueniat, nisi pro aliqua necessitate ab Abbate saepius aduocetur, ac tum pro loci qualitate ab Abbate honeste suscipiatur ac procuretur. Infra locum autem Monasterij nullum Placitum nisi uoluntate et rogatu Abbatis unquam statuat. Nullum de militari familia sine iusta sociorum suorum deliberatione damnet, uel aliqua iniuria coherceat (vel) offendat. Qui Militares, uel alio nomine Ministeriales optimo Jure perfruantur, quo Fuldenses et Augenses potiuntur. Amplius nullum domus seruientem sine Consensu Abbatis ad Judicium uel ad dampnum cogat. Quando autem huius Commissi, uel in homines aut in res, quod uulgo Balmundt dicitur, extiterit, statim sine mora et sine praeiudicio, nisi cito resipuerit, Aduocatia cum omnibus commodis sine spe Recuperationis carebit. Et ut haec firmius credantur et diligentius conseruentur manu propria subter firmauimus et annulo nostro insigniri iussimus. Ego Luitbertus recognoui Archicapellanus et subscripsi. Data Anno Incarnationis Domini septingentesimo sexagesimo nono. Actum Moguntiae in pentecosten in Dei nomine faeliciter Amen.

a) Ex quadam collectione privilegiorum ottoburensis monasterii, fine saec. XVI. facta; nam chronica antiquissima saec. XII. et collectio Ellenbogii a Feyerabend usurpatae nondum inventae sunt.

b) Aera christiana in hoc instrumento usurpata, ad tempora posteriora illud reiiciendum esse, persuadet, quod nec inficiatur Maurus Feyerabend in praefat. ad Ottenbeurische Jahrbücher I. S. 51—66, qui putat contextum ex diplomate anni 769, titulum autem imperatoris Caroli M. ex alio diplomate eiusdem intra an. 801—805, pro maiore authoritate ipsi privilegio esse adoptatum. Quare duplex quidem statuitur huius instrumenti aetas, 1ma, annus 769. cui conveniunt Hilde-

gardis regina, et Liutbertus archicapellanus, in inſtrumento memorati; altera an. 803. in pentecoſte ſive 4. Junii, quo pertinent titulus imperatoris et commoratio eius Moguntiae.

c) Editum in Mart. Mageri advocatia armata p. 152; in dem Tauſentiährigen Ottobeyren 5. et 6.; in Bruſchii Monaſteriol. edit. 4°. 629. in fran. Petri Suev. eccleſ. 828; in Feyerabend Jahrbüchern I. 621—626. cum notis, ex libro copiali ſaec. XII. inchoante conſcripto et usque ad ſaec. XIII. continuato.

d) Super voce Balmunt, ſive inepto defenſore, paſſim obvia, et tribus ſacramentis ab advocato iurandis, conferantur diplomata, paſſim ut ſpuria habita, Reichenaugenſe ad an. 813. campidonenſe ad an. 773, cum criſi apud Neugart cod. Aleman. I. 160. not. d et e.

IV.

Anno circa 769. et circa 801—805.

Carolus magnus ottenburensi monasterio donat duodecim homines cum uxoribus, liberisque.

Ego Carolus Dei (gratia) Romanorum Imperator die praesenti ad praefatum Monasterium per manus Gauciberti Episcopi et Tottonis Abbatis fratris eiusdem, ex mea proprietate uiros duodecim cum uxoribus et liberis ac tota possessione sua pro animae meae salute, Deo et B. Martyri Alexandro, sicuti ex haereditario Jure possideo, trado nihilominus et transfundo, ea uidelicet conditione, ut ex his qui obierint optimum tantum bonum quod in mobilibus rebus habuerint, Abbati et fratribus praefati loci detur, caetera haeredibus si uero absque haerede obierint, praedia uel quicquid habuerint, haereditario Jure ad Monasterium publicetur. Item omnem decimam ex debito Regali quidquid de pago Hilargouiae, de quibuscunque debitis aut fredis omni tempore exigitur, quod nostri Juris est, ad praefatum ſanctum locum concedimus et confirmamus. Vt cum Dei gratia et nostra eleemosina, ibidem nostris temporibus et

futuris in augmentum Dei seruitutis proficiat. Quae etiam cum omni integritate suscipiatur.

a) Ex quadam collectione privilegiorum ottoburensis monasterii fine saeculi XV. facta, cum antiquiores copiae nondum inventae sint.

b) Fragmentum potius est diplomatis, quam integrum diploma; quod indicant vocabulum in principio positum, et sensus ad finem incompletus. Maurus Feyerabend Ottenbeurische Jahrbücher I. 122 — 124. illud diplomati ann. 769, renovato ad 803, subiectum seu annexum fuisse autumat, atque ex eo esse exponendum. Cnfr. dicta ad ipsum diploma 769. ac 803. 4. Jun.

c) Editum in laudati Feyerabend Jahrbüchern I. 621. num. 3.

V.

Anno 782. potius, quam 812. post 9. Octobr.

Carolus magnus ecclesiam a se constructam, a sorore sua autem villis duabus Steinfelt et Cella dotatam, aliorumque donationibus auctam, confirmasse dicitur, et singulorum censualium servitia determinasse.

In nomine sancte, et indiuidue trinitatis, Karolus superna fauente clementia. francorum Rex, et longobardorum. ac patricius Romanorum, sapientia dei. sanctam ecclesiam duobus gladiis munitam. atque tutam esse uoluit. gladio scilicet spiritali atque materiali. Quapropter gladio materiali. nobis diuinitus collato. prout dominus donauerit. eam gubernare. defendere. honorare non cessamus, Inde est, quod presentibus Scriptis. omnibus post nos venturis intimamus. qualiter ecclesia. per nos constructa. Nüwenstat scilicet. siue Rorenlacha dicta. nostro rogatu. a sorore nostra Gerdrude. optimis uillis et plurima familia. sit dotata. Nam eadem soror nostra, celestem sponsum ficiens. omnemque mundi pompam, mente et corpore relin-

quens, de omnibus. que iure hereditario possidebat, in teutonicis partibus. ecclesias uicinas, fecit esse Heredis (es). Fuerant autem ei due uille, Steinfelt scilicet et Cella nominate, non longius, uno miliario, a nostro monasterio. sequestrate, Eas igitur, ut diximus, nostro rogatu. unacum uiris. ac mulieribus inibi manentibus. parrochiam. cum decimis, omnia ob eterne uite premium, super altare sancte dei genitricis Marie. ibidem in nostri presentia propria manu donauit. Eodem eciam die plurime familie tam a nobis. quam a comitibus Rüncoffo atque Rinoldo. eidem ecclesie sunt donate. Quibus omnibus. suisque posteris presenti testamento. iura damus, ne vel ipsi uel posteri eorum iniusta seruitute obprimantur, uel indebitum seruicium minime soluant ecclesie. Igitur quosdam ex illis in cottidianum seruitium computamus, qui singulis ebdomadibus. una die in ecclesia ministrent. Qui vero seruicium soluere uoluerit xx. denarios ecclesie soluat, et sic per annum a seruitute liber existat, excepta uehitione (uectione) uini et frumenti undecumque in usus fratrum eorumque portacione in granarium et cellarium. Femine uero in principali loco sui iuris manentes. tres denarios soluant, alias uero degentes. solidum. Si autem uir mortuus fuerit. gemina pars substancie eius in usus ecclesie ueniat. tercia parte uxori et filiis eius remanente. Si femina, tercia pars ecclesie soluatur. Qui sine herede mortuus fuerit. ecclesia substancie illius heres erit. Illi uero, qui per nos censuales facti sunt, siue uir, siue mulier. quinque denarios. in assumptione sancte marie. soluant. et siquis per terminum. talem censum non soluerit, cottidiane seruituti et iuri subiacebit. De uiro mortuo optimum iumentum si habet. sin autem, melius uestimentum, eius ecclesia habebit, femina preciosius uestimentum dabit, Qui extra familiam ecclesie, nupserit, gemina pars substancie eius ecclesie erit. Mansionarii autem statutum seruicium, et censum de hüba sua soluant. Qui hübam habens, et in propria turti (curte) contra uoluntatem abbatis sedens mortuus fuerit, due partes substantie, eius ecclesie erunt. Qui censualem duxerit uxorem, siue extraneam, filii eius heredes hübe non erunt, et ideo mortuo eo, gemina pars substancie eius ecclesie soluen-

tur. Quī in hūba mortuus fuerit, optimum iumentum eius cum ueſtitu ſuperiori, eccleſia habebit, et filius eius heres hūbe erit. Manſionarius hūbam non habens. xx. denarios ſoluat. femina ſolidum, Si autem contigerit, quod alium aduocatum. quam nos. liberosque noſtros. eccleſia iam nominata habuerit. quilibet ei uirorum modium ſoluat auene, et tres denarīos. et ſiquid amplius dederint. magis rapine quam iuſticie reputabitur. Iſta uero que a nobis rationabiliter ordinata ſunt. ut a (ab) omnibus fidelibus noſtris. ſucceſſoribus per futura tempora fideliter obſeruentur, ueriusque credantur, manu propria ſubter eam firmauimus. et annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus: Acta ſunt hec anno dominice incarnationis. d. ccc. XII. Indictione. Vta. anno regni noſtri. XIII, acta ſunt hec in eccleſia Nūwenſtatenſi feliciter amen.

a) Ex libro copialī wirceburgensī, qui dicītur liber albus privilegiorum, et conſcriptus est diligenter circa an. 1279, fol. 96. Manus tamen ſcriptoris huius et ſequentium duorum foliorum a manu, quae reliqua inſtrumenta quam plurima conſcripſit, nonnihil recedit, pauloque antiquior est, quae etiam ſcripſit folia duo priora numeris non ſignata, quorum altero exhibetur catalogus epiſcoporum wirceburgenſium usque ad annum 1105.

b) Indictio et annus regni, ſcilicet francici, anno Chr. 782. inde a die 9. Octob. reſpondent. Annus ab. inc. 812. in hoc apographo interpolatus, cum Carolus M. iam eſſet Imperator, et epocham ab incarnatione nunquam uſurpaſſet, ipſum inſtrumentum interpolationis aut fictionis arguit.

c) Suppoſitum illud eſſe contendit ab Eckhart in Commentariis de Francia Tom. I. 708. et 709. qui ibid. p. 708. veram monaſterii Neuſtadienſis originem attulit, et alia fictitia diplomata Caroli M. pro dicto monaſterio recenſuit p. 705—708.

d) Fictitium diploma invenitur etiam inſertum privilegiis renovatoriis Caroli IV. 1366. et Caroli V. 1544. in libro Cop. an. 1541. fol. 75. b. et 2. b.

e) Editum in Leuckfeld Antiq. poeldenſ. p. 243 ſq. et ex eo in Uſſermanni Epiſcop. wirceb. cod. probat. 6. num. 5.

VI.

Anno 786. potius, quam 794. menſe Maio Aquisgrani.

Carolus magnus, Francorum rex, monaſterium Rorinalacha ſive Niwenſtat, in ſylva Spechteshart, iuxta fluvium Moyna, conſtruxiſſe, variis praediis nominatis dotaſſe et immunitatem illi conceſſiſſe dicitur.

(Chrismon.) In Nomine Domini DEI Omnipotentis, et Fily et ſpiritus ſancti, Karolus ſuperna favente Clementia Francorum Rex, Quicquid pro Eccleſiarum opportunitate vel quiete ſervorum Dei creximus, in nobis procul dubio Domino adjuvante, ad aeternam beatitudinem proficere confidimus. Ideo notum eſſe volumus omnibus noſtris fidelibus tam praeſentibus, quam futuris, quale initium habuerit Monaſterium quod vocatur Rorinalacha ſive Niwenſtat, quod conſtruximus in ſilva Spechteshart iuxta fluvium Moyna, ut ubi nos primitus ob iocunditatem vitae atque dulcedinem venatui noſtro ſpeciale diuerſorium elegimus, illic postmodum divino cultui condignum oratorium haberetur, congregantes illuc multitudinem ſervorum Dei quos Burchardus Epiſcopus ex Anglorum gente adduxerat, alios circumquaque qui in ſolitudinibus et in cavernis terrae pro Christi amore latitabant, ut in ſupradicto diverſorio Nostro quaſi Heremi cultores, quanto ſecretius commanentes, tanto liberius pro ſtatu totius Regni noſtraque ſalute Dominum exorare valerent, Quibus etiam Megnigaudum, rogante dilectiſſima genitrice noſtra Bertrada Abbatem praetulimus, Post cuius obitum, perpetuam et liberam illis monachis eligendi, cum opus fuerit, Abbatem inter ſe licentiam et arbitrium Regalitatis noſtrae pietate concedimus; ſumpsimus autem de Capella noſtra reliquias ſancte Mariae perpetuae Virginis, ſanctique Martini Confeſſoris Chriſti aliorumque ſanctorum plurimorum, quas ad memoratum locum delatas, Eccleſiam in honore ſalvatoris Noſtri et ſanctae Mariae

Matris eius per Lullum Archiepiſcopum et Vuilibaldum Epiſcopum in praeſentia noſtri XI. Kal. Septembris conſecrari iuſsimus. In cuius dotem Ecclesiae partem praedy in ſilva Specht-eshard proprietatis Jure perpetualiter absque Contradictione poſsidendum Regali auctoritate noſtra conceſsimus, quod ab his terminis circumdatur a fluvio Moyna ſuper lachaberc inde Erphenbrunne per ipſum Erphenbuohe (brunne) inde ad Benninbetti inde deorſum Vuigolvesdal ſuper fluviolum Lara inde ſurſum ad Langenrein ſuper Steyffiline ad locum qui dicitur Thuoron inde deorſum Schonoluesdal in Vuachenbach, et ſic deorſum usquequo Steinbach influit, inde ſupra montem Truotberc, ad ſupremum Altfildi in Chumlisbach, et ſic per decurſum eius in fluvium Moyna cum villulis infra poſitis aut ponendis cum omnibus ſuis utenſilibus et pertinentys tam in terris, quam aedificys, areis, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarumve decurſibus montibus et vallibus cultis et incultis, mobilibus, et immobilibus exitibus et regreſsibus cum omnibus quae quomodocunque dici vel nominari poſsunt, Utilitatibus, in ipſo praedio conſtitutis aut conſtituendis, Locum etiam Hohenburc nominatum cum omni quaestu Burchardi Epiſcopi ſcabiniorum juditio, haereditario Jure ad nos pertinentis. Omnia haec in dotem Eccleſie memoratae Nivvenſtatt exintegro contulimus, nec inde aliquid unquam in Jus fiscj Regalis exigendum precipimus, ſcilicet ut in alimoniam pauperum et ſtipendia Monachorum ibidem Deo famulantium perhennibus temporibus proficiat in augmentis, praeceptum autem hoc specialius per hanc preſentem chartam decernimus ordinandum quod in perpetuum volumus eſse manſurum, ut ſemper isdem locus á nobis dilectus ſub noſtro Mundiburde vel defenſione quietus ſubsistat. Statuimus etiam Epiſcopum in cuius parrochiam (ia) ſitum est Monaſterium ex qualibet occaſione ibi irrumpere ſeu Monachos inrationabiliter inquietare non debere, Nec ex rebus monastery in omni regni noſtri ditione thelonei exactionem fieri, Nec publicum judicem ſeu quemlibet ex judiciaria poteſtate vel alia aliquam perſonam quicque (quicquam) potestatis aut negocii ſine voluntate ac permiſsu abbatis exercere debere, in rebus ſaepe dicti Monaſtery, quas in prae-

ſenti tempore in quibuslibet pagis, aut territorys videatur (videtur) habere, vel post hac comparando aut á fidelibus dando attrahere potuerit, Homines quoque ingenuos ſeu ſervos in poſſeſsionibus Monastery commanentes iniuſté diſtringere ſeu ipſas poſſeſsiones contra abbatis Decretum intrare, ſeu ad cauſas audiendas ſeu manſiones faciendas, aut freda vel tributa exigenda, uel ullam in aliquo violentiam faciendam omnibus omnino hominibus per hanc noſtrae immunitatis Conſcriptionem prorſus interdicimus. Et quod nos pro noſtra mercede, vel stabilitate Deo adjuvante Regni francorum ad ipſam ecclesiam ad ſerviendum Deo et Matri eius indulſimus, ab omnibus fidelibus nostris ſucceſsoribus et Haeredibus conſervatum atque indultum in omnibus eſse cenſemus, Et ut haec auctoritas noſtrae conceſsionis firmior habeatur, et per futura tempora melius obſervetur, veriusque credatur manu propria noſtra ſupra (ſubtus) eam firmavimus et annuli noſtri impreſsione ſignari iuſsimus.

Data Mense Majo Anno ab incarnatione Domini DCCXC. IIII. indictione II. Anno regni Karoli excellentiſſimi Regis in francia XVIIII. Et in Italia XII. Actum Aquisgrani regio palatio feliciter.

Signum Domini Karoli (Monogramma) Regis Glorioſiſsimi.

Vuolcharius
Cancellarius ad vicem Lulli archicapellani recognoui.

a) Ex inſertione in privilegia renovatoria, ex plenitudine maieſtatis conceſsa Caroli IV. imp. 1366. 11. Jan. Pragae, in libro copiarum Coenobii Neuenſtatenſis a. 1541. conſcripto et vidimato fol. 75. et Caroli V. imp. 1541. 23. Martii. Ratisponae, ibid. fol. 1. absque monogrammate, quod tamen prius tranſſumptum Bertholdi ep. a. 1279. 10. Maii habet, occurrens in libro cop. an. 1690. per J. B. Wigandt notarium collationato fol. 1. cum melioribus aliquando lectionibus, plerumque tamen peioribus, repetitum ibi p. 78. in tranſſumto Andreae epi. an. 1311. 30. Sept.; pariter Monogramma et meliores quandoque lectiones habet tranſ-

tranſſumtum Conradi epiſcopi ibid. f. 213. b, datum an. 1537. 7. Julii, qui ibi f. 213. teſtatur ſe vidiſſe ternas literas Caroli, Ludouuici pii ac Ottonis tertii imperatorum, ſcriptura, literarum ductibus, et ſigillis adhuc integras, illaeſas, incorruptas, nec non omni ſuſpicione et vitio carentes.

b) Indictio erronea, annus Chr. falſus nec ſub Carolo uſitatus, regni tamen francisi XVIIII. et Italici XII. in annum Chr. 786. a menſe Martio usque ad 9. Octob. conveniunt.

c) In eodem inſtrumento fere omnia falſiſſima eſſe, omni hiſtoriae contraria, oſtendit ab Eckhart in Comment. de rebus Franc. orient. I. 705 —707., fictionis epocham usque ad tempora Caroli IV. imp. referens. cnfr. p. 586. et 519. dicendum potius ad tempora Rudolphi Habſpurgici, quia extabat tranſſumtum anni 1279.

d) Editum in Leuckfeldi Appendice II. ad antiq. poeldenſes 241.

VII.

Anno circ. an. 788. (menſe Jul. — Octob. Pataviae.)

Carolus magnus Waltrico epiſcopo urbis Pataviae eiusque eccleſiae donationem Irminſwindae confirmat, quae totam proprietatem ſuam in loco Chyrihepach, in pago Rotahgowi, huic eccleſiae tradiderat.

Karolus gratia dei rex francorum et Longobardorum et patricius romanorum. Si petitionibus ſacerdotum uel ſeruorum dei in quo noſtris auribus fuerint prelate. libenter obaudimus et eas in dei nomine ad effectum perducimus regiam conſuetudinem exercemus. ex hoc nobis ad mercedem uel ſtabilitatem regni noſtri pertinere confidimus. Igitur Notum ſit omnibus fidelibus noſtris preſentibus et futuris. qualiter uenerabilis uir Waltricus epiſcopus urbis Patauie. in preſentia procerum noſtrorum adtulit obtutibus noſtris quandam traditionis cartam confirmatione plurimorum nobilium teſtium confirmatam. in qua continebatur

qualiter quedam uenerabilis matrona nomine Irminſwint totam proprietatem ſuam quam poſſidere uiſa fuit in pago qui dicitur Rotangow (Rotahgowi) in loco qui dicitur Kyrich pach (Chirchbach) cum baſilica ibi conſtructa ſancte Marie dei genitricis et ſancti Michahelii (Mychahelis) ceteriſque locis ibique circumquaque iuste ac legaliter ſubiectis. et cum omnibus pertinentiis et adiacentiis eiuſdem loci ad eccleſiam dei tradidit que eſt in urbe Patauia. in honore ſancti Stephani prothomartyris conſtructa. poſtulansque iſdem uenerabilis uir Waltricus epiſcopus nec non ſupra memorata matrona Irminſwint. ut ipſam traditionem legaliter peractam. per preceptum auctoritatis noſtre ob amorem dei et reuerentiam ſancti Stephani more imperiali confirmaremus. Nos autem iuſtis petitionibus eorum libenti animo obaudientes iuſſimus inde conſcribi hoc noſtre auctoritatis preceptum per quod decernimus atque omnino iubemus ut hec prefata traditio Irminſwinde a nobis plenius in dei nomine confirmata per cuncta futura ſecula ſtabilis et inconuulſa permaneat liberamque abhinc poteſtatem habeant omnes rectores eiuſdem praefate ſedis (urbis) in omnibus de hiis rebus ordinare. diſponere. et regere. uel quicquid eis libuerit perficere. canonica ſeruata auctoritate. Et ut hec auctoritas firmior habeatur uel per tempora futura Chriſto propicio melius conſeruetur. manu propria ſubter firmauimus et de anulo noſtro ſigillari iuſſimus. Signum Karoli (Monogramma) glorioſiſſimi regis. Erkanbalt. ad uicem Radoni.

a) Ex libro copiali pataviensi antiquiſſimo. ſaec. XII. incipiente conſcripto. Habetur etiam in libro copiali ſecundo, ſaeculi pariter XII. fol. 51. et in tertio dicto Lonſtorfiano, ſcilicet tempore epiſcopi Ottonis de Lonſtorf, qui praefuit 1254—1265. fol. 40. b. et 41. a, in hoc tamen non absque aliqua notabili interpolatione, loco: ſedis, ſcribendo: urbis.

b) Notae omnes chronologicae deſunt. Res tamen ipſa, ſcilicet traditio Irminſwindae et confirmatio regia, utraque Pataviae facta, quod traditionis notitia mox laudanda exprimit, aetasque eiusdem Irminſwindae, quae iam ſub Otilone duce 737—748, adulta fuit, vix permittunt, ut

hoc inſtrumentum ab anno 788. ſeiungamus, quo nimirum tempore Carolus M., exauctorato 6. Jul. Thaſſilone, Boioariam primo intravit, et omnes eius fines in ſuam propriam ditionem recepit, quod teſtantur annales Laureſheimenſes T. I. mon. germ. hiſt. 23. aliique ſcriptores coaevi, adeoque tunc et non alias Pataviam urbem pervenit, regalia ibi negotia tractaturus.

c) Memoratum in Hund. metrop. I. edit. Mon. 293. ed. Ratisb. 195. et in Hanſiz. Germ. sacr. I. 144. Editum in Wiener Jahrb. de Litt. Band XLIV. Anzeigebl. 3. num. 20.

d) Memorata in hoc instrumento notitia ſive charta traditionis, ab Irminſwinda coram teſtibus facta, impreſſa eſt in Bar. v. Freyberg Sammlung hiſt. Schr. und Urk. I. 385. num. 1.

VIII.

Anno 788. menſe Octobri, in Baſilica S. Salvatoris (Wirceburg).

Carolus magnus wirceburgenſi eccleſiae loca Nuwenſtatt, et Hohenburg, cellulasque Amerbach, Schluchtern et Murrahart, donatas illi a patre ſuo Pipino, conſirmaſſe dicitur.

Karolus Gratia DEI Rex francorum et Longobardorum et patricius. Romanorum. Quicquid enim locis venerabilibus ob honorem Dej concedimus, ad provectum animae noſtrae atque ſtabilitatem regni noſtri proficere credimus, Unde fidelium noſtrorum tam praeſentium quam et futurorum experiatur induſtria, qualiter Vir Venerabilis Burchardus ſanctae Wirzeburgenſis Eccleſiae antistes, dilecta Coniuge nostra fastrata, atque Bonifacio ſanctae Moguntiatensis Eccleſiae Venerabili Archiepiſcopo piae ſupplicationi ipsius ſuffragia praebentibus, ſerenitatis nostrae celſitudinem humiliter implorando convenit, quatenus pij genitoris nostri Pipini, videlicet glorioſiſsimi Regis, loca quaedam ſibi proprietate donata, Neuenstatt, ſcilicet Hönhenburg, cellu-

lasque alias Amerbach, Schluetern, et Murhardt, nuncupata ad Wirceburgenſis ſedem Civitatis, cui ipse Praelatus eſse videbatur Epiſcopus, et ad reliquias sancti Kiliani praetioſiſsimi Martyris Christi, quae ibidem reconditae eſse noscuntur, et (ob) aeternae bravium renumerationis proprietatis jure poſsidenda tradidiſsemus, ea videlicet ratione, sicuti piiſsimus et praefatus genitor noster Pipinus praelibato iam ſepius venerabili viro Burchardo aſsignatos iam conceſsit loeellos quo inibi perpetualiter monachis uigeret frugalitas, et totius mundanae tumultuationis ceſsaſset perverſitas, Acquiescendo igitur praenominatae, et dilectae Coniugis nostrae, necnon Venerabilis Viri Bonifacij Archi Epiſcopi petitionibus iam ſaepe nominati Venerabilis Viri Burckardi voluntati ſatisfecimus, atque iam dicta loca, quae divae memoriae genitor noster ob aeternae augmentationem quietis, religioſo viro videlicet Burckhardo, nondum ad pontificatus dignitatem promoto, ſuisque monachis ad amplificandum Dej ſervitium proprietando ſubegit, ad reliquias S. Kiliani in Wirtzburgiaco, cui ipse ſacerdotali infula praefulget, nobis ſanctientibus, Venerandisque Viris Zacharia papa et Bonifatio Archi Epiſcopo ordinantibus ſibi ſuisque ſucceſsoribus perpetualiter tenenda, per hanc Chartam tradidimus quam ut inconvulſa permaneat annulo nostro aſsignari iuſsimus.

Signum Caroli (Monogramma) Glorioſisſimi Regis.

Erkenbaldus ad vicem Radoni Recognovit.

Datum in Mense Octobri Anno XX. et XV. Regni nostri. Actum in Baſilica ſancti Salvatoris, ubi S. Chilianus corpore quiescit.

a) Ex libro copiali anno 1346. per Lupoldum de Bebenburg, tunc eccleſiae wirzburgenſis canonicum et curiae eius officialem, poſtea 1353. (1351.) epiſcopum bambergenſem, inchoato et per aliquot annos continuato, num. 1. et ex antiquiori libro copiali dicto liber albus privilegiorum, circ. an. 1278. exarato f. 84. Occurrit autem etiam in libro

copiali an. 1690. 1. Aug. per Joh. Balth. Wigandt notarium vidimato, ubi fol. 233. b. exhibetur ex alia copia, per Michaelem Sancti Stephani in Wirceburg abbatem ad petitionem wirceburgenſis epiſcopi Friderici a. 1571. 27. April vidimata, quae non tantum meliores lectiones ſubminiſtrat, ſed ad finem chartae has notas chronologicas affert:

„Datum in menſe Octobri anno XX. et XV. regni noſtri. Actum in Baſilica Sancti Salvatoris, ubi Sanctus Chilianus corpore quieſcit.

b) Annus regni francici XX. et italici XV. conveniunt in annum Chr. 788. a menſe Martii usque in anni eiusdem 9. Octobris. Conſtat tamen ex Eginhardo T. I. Mon. hiſt. germ. 172. et 173. Carolum M. hoc anno poſt exauctorationem Thaſſilonis ducis 6. Jul. in Ingelheim factam Boioariam acceſſiſſe, ibique toto autumni tempore usque circa finem eiusdem anni ſive circ. natale Domini, quod Aquisgrani celebravit, manſiſſe. In acceſſu ergo aut reditu iſto Wirceburgum venire Carolus M. potuit. Deſunt autem omnes notae chronologicae in altera huius inſtrumenti copia ex libro copiali an. 1346. et ex libro albo privilegiorum deſumta.

c) Ineditum, licet extractum ab Ekhart Franc. orient. I. 707. Alia compendia ſubministrant Crusius Annal. Suev. II. 22. Lunig Spicileg. eccl. II. Th. 965.

IX.

Anno 799. 25. Mart. ad Franckenfurt.

Carolus magnus eccleſiam S. Emmerammi iuxta muros civitatis ſuae Reganiſpurke liberam declaraſse, omniaque a patre ſuo Pippino et ab anteceſſoribus ſuis illuc tradita et collata confirmaſſe dicitur, addito ſtatuto, ut rectores eiusdem coenobii unoquoque anno VII. aureos Romae ad altare S. Petri perſolvant.

Karolus gratia dei rex francorum et longobardorum et patricius romanorum. Quicquid enim ob amorem dei locis ſanctorum uenerabilium beniuola deliberatione dedimus uel condonamus. hoc nobis ad aeternae remunerationis praemia capeſsenda profuturum liquido credimus. quum hoc procul dubio ad ſaluationem corporis et animae noſtre fore creditur. ut hi qui in dei laude ſunt ſine querela perſiſtant. et exinde ſepius et deuotius in noſtra manere memoria (poſsint). Igitur notum ſit omnibus ſucceſsoribus noſtris et fidelibus ſancte dei aeccleſiae praeſentibus et futuris. qualiter nos propter nomen domini et eternam remunerationem ſeu pro oportunitate dilectiſsimi filii noſtri Hluduuici regis abque (abſque) omnium hominum contradictione confirmamus eccleſiam dei liberam eſse. et in poteſtate imperatorum ſiue regum uſque in euum permanere. que eſt conſtructa in honore domini noſtri Jeſu Chriſti et matris eius Mariae et principis apoſtolorum Petri et ſancti Georii martyris et pretioſi dei martyris Emmerami atque pontificis aquitanie iuxta muros ciuitatis noſtrae reganiſpurhe ubi uenerabile corpus eius miraculis declarantibus requieſcere comprobatur. et rectorem eiusdem cenobii eiuſque ſucceſsores uno quoque anno VII. aureos perſoluere romam ad altare Sancti Petri. Proinde nouerit om-

nium Chriſti noſtrique fidelium uniuerſitas. omnia que a patre meo pippino rege et ab anteceſsoribus meis ubicunque locorum hactenus tradita ſunt et collata. per hanc noſtram auctoritatem perennibus temporibus ea uidelicet ratione confirmamus. ut neque dux. neque epiſcopus eiuſdem loci aliquam poteſtatem habeant prenominata bona praefatae aeccleſiae auferre vel abalienare. ſed rector eiusdem loci ſuique ſucceſsores habeant poteſtatem quicquid eis placuerit faciendi ad utilitatem tantummodo monachorum ſub ſancto ordine conſiſtentium. Et ut hec auctoritas firmior habeatur et diuturnis temporibus domino auxiliante melius conſeruetur. manu propria ſubter firmauimus. et de annulo noſtro ſigillari iuſsimus.

(Signum Karoli glorioſiſsimi Imperatoris. — Datum VIII. Kal. Aprilis. Anno XXXII. regni noſtri. Actum ſuper fluvium Moinum ad Franchenfurt.)

a) Deſumtum ex codice I. copiali S. Emmerammi, ſaec. XI. inchoante conſcripto, fol. 56. num. 44, ſuppletum autem in locis per parenthesim indicatis ex codice Udalrici babenbergenſis, circa an. 1125. exarato atque ab Eckhardo in corpore hiſtor. medii aevi edito Tom. II. pag. 35. num. 18.

b) Annus regni, 6 menſibus et 14 diebus anticipatus, ſimul etiam locus peracti negotii conveniunt anno Chr. 799. Similis anticipatio tituli imperatoris, obſervante Mabillonio in libr. II. cap. 4. n. 1. a ſcriptoribus etiam coaevis uſitata, amanuenſi vel deſcriptori eſt adſcribenda.

c) Primo publicatum a Laur. Hochwart ap. Oefele Sc. R. B. I. 167. et 168., deinde editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 223. edit. Ratisb. 149. Pez. theſaur. I. III. 2. n. 2. Libr. probat. S. Emmerammi 5. n. 2.; integrum autem in Eckhardi corpore hiſt. medii aevi, iam ſupra memorato, T. II. 35. num. 18.

d) Fictitium iſtud inſtrumentum eſſe contendit Hanſizius in Prodromo Tomi III. German. sacr. ſive de epiſcopatu ratisbonenſi p. 102. et 103., illo iterum edito, additisque potiſſimis ſuper falſitate eius argumentis, ex quibus duo iſta fidem hiſtoricam ipſius inſtrumenti labefactant:

1) mentio ducis tempore Caroli M., qui Boioariam per comites adminiſtrari voluit;

2) bona iam a Pippino ecclesiae ratisbonensi collata.
Codex tamen Udalrici babenbergensis, qui notas chronologicas affert, illud potius interpolatis instrumentis adnumerandum esse persuadet.

X.

Anno circa 804. mense Febr. aut Mart. (Aquisgrani aut Niumagi.)

Carolus magnus Fulrado abbati mandat, ut cum milite bene instructo ad placitum in Saxonia ueniat, et dona usitata sibi mittat.

In nomine patris et filii et spiritus sancti Carolus serenissimus Augustus a deo coronatus, magnus, pacificus, Imperator qui et per misericordiam dei rex francorum et Longobardorum, fulrado Abbati. Notum sit tibi quia placitum nostrum generale, anno presenti condictum habemus, infra Saxoniam in orientali parte, super fluuium Rota in loco que (qui) dicitur staraffurt, quapropter precipimus tibi vt pleniter cum hominibus tuis bene armatis ac preparatis ad predictum locum uenire debeas; XII. Kalen. Jul. quod est septem diebus ante missam sancti Johannis baptiste. Ita uero preparatus cum hominibus tuis ad predictum locum uenies, ut inde in quamcunque partem nostra fuerit iussio et exercitaliter ire possis. id est cum armis atque vtensilibus, necnon et cetero instrumento bellico, in uictualibus et uestimentis, ita ut unusquisque cabalarius habeat scutum et lanceam et spatam et scnispatum (semispatum) arcum et pharetras cum sagittis. et in carris uestris utensilia diuersi generis id-est cumada et dolaturia. tarratros, assias, foforios, palas ferreas et cetera vtensilia, que in hostem sunt necessaria. vtensilia vero ciborum in carris te illo placito infuturum ad tres menses arma et uestimenta ad dimidium annum, et hec omnino precipimus ut obseruare facietis, ut cum bona pace pergatis ad locum predictum per quamcumque partem regni nostri itineris uestri rectitudo

tudo uos ire fecerit hoc eſt ut preter herbam et ligna et aquam nihil de ceteriſ rebus tangere preſumatis, et vniuſcuiusque veſtri homines, vna cum carriſ. et caballariis ſuiſ uadat (vadant), et ſemper cum eiſ ſit (sint) uſque ad locum predictum qualiter abſentia domini locum non det hominibus eius mala faciendi. Dona uero tua que ad placitum nostrum nobis preſentare debes, nobis medio menſe Maio tranſmitte ad locum ubicumque tunc fuerimus ſi forte rectitudo itineriſ tui ita ſe comparet, ut nobis per te ipſum in profectione tua ea preſentare poſſis, hec magiſ optamus. inde ut nullam negligentiam exinde habeaſ, ſicut gratiam noſtram uelis habere.

a) Ex codice membranaceo niederaltachenſi ab Hermanno abbate niederaltachensi, qui praefuit 1242—1273, conſcripto, fol. 71. a. ad num. 11; hoc eſt, non in contextu et ſerie diplomatum, ordine chronologico diſpoſitorum, ſed in margine, deſtinata notitiis hiſtoricis, tum domeſticis, tum extraneis. Nam cum in praecedente fol. 70. b. praemiſiſſet notitiam, quod abbates olim ſervierint imperio in expeditionibus, et qualiter ab hoc onere liberi ſint effecti, quam etiam in ſummario fol. 64. a. ad num. XI. indicavit; mox fol. 71. a. ſubiungit praedictum praeceptum Caroli M. imp. ad Fulradum abbatem. Unde nec omnino liquet, num Hermannus abbas ex domeſticis, aut extraneis documentis hoc mandatum hauſerit: tunc utique Urolphus abbas huic monaſterio praerat, cnfr. Mon. B. XI. 101. n. 2., quem Fulradum etiam nominatum eſſe non conſtat.

b) Notis chronologicis deſtitutum eſt hoc mandatum. Verum apud Eginhardum in Annalibus Tom. I. Monum. hiſtor. germ. 191. ſola expeditio Caroli M., poſt ſuſceptum imperiale diadema ſiv. an. 800, in Saxoniam narratur an. 804, quae duravit tota aeſtate, usque in medium ſeptembrem, et huc omnino pertinere videtur, ex locis et tempore in mandato deſignatis.

c) Editum a B. Pez in cod. epiſt. I. 73. n. 8. ex cod. praedicto Hermanni, iterumque ex eodem in Mon. Boic. XI. 100. n. 1., ubi tamen lin. 22. inſerantur vocabula duo omiſſa: ciborum in.

XI.

Anno 812. 26. Novemb. Aquisgrani.

Carolus imperator monasterio Altaha locum quendam in Avaria cedit atque confirmat.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti KAROLUS ſereniſſimus Auguſtuſ. a deo Coronatuſ. Magnuſ. Pacificus. Imperator. Romanum gubernans Imperium. Qui et per miſericordiam dei. Rex Francorum et Longobardorum. Quicquid enim ob amorem omnipotentis dei ad loca ſanctorum venerabilium pro mercedis anime noſtre augmento concedimus uel confirmamus. hoc nobiſ procul dubio ad eternam beatitudinem pertinere confidimus. Igitur notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini preſentium ſcilicet et futurorum. quoniam noſ in elemoſina noſtra ad precationem Geroldi, comitiſ fideliſ noſtri cedimus atque confirmamus ad Monaſterium ſancti Mauricij. quod eſt ſitum in ducatu Baioariorum. In loco nuncupante Altaha. ubi Orulfuſ rector preeſſe uidetur. locum quendam in Auaria vbi Bielaha fluuius danubium ingreditur. Eſt autem eſtimatio illius loci quaſi XL. manſorum. Qui locuſ ſub omni integritate partibus memorati Monaſterij. per hanc noſtre auctoritatis largitionem uel confirmationem perpetuis temporibus proficiat in augmentiſ. Precipientes ergo iubemus. ut nulluſ quilibet fidelium noſtrorum memorato. Orulfo. Abbati uel ſucceſſoribus eius. aut Monachis in memorato Monaſterio uitam degentibus ullam inquietudinem. aut calumpniam aut diminorationem de predicto loco. ullo umquam tempore facere preſumat. Sed perpetuis temporibus per hoc noſtre auctoritatis preceptum uel largitatis donum. robuſtiſſimo iure. pars ipsius Monaſterij teneat atque poſſ deat. Et ut hec preceptio noſtra uel confirmatio. noſtris uel futuris temporibus melius conſeruetur de anulo noſtro ſubter ſigillare iuſſimus. Datum VI. Kal. Decembris Anno Chriſto propicio Im-

perij noſtri. XII°. Regni vero in francia. XL. IIII°. atque XXXVII°. In Italia. Indictione quinta Actum aquiſgrani palatio Regio in dei nomine feliciter.

a) Ex codice membranaceo Hermanni abb. niederaltach. ſaec. med. XIII. fol. 65. a. num. 1.

b) Notae chronologicae haud conveniunt inter ſe; niſi quod indictio caeſarea et annus imperii currens denotent annum Ch. 812. Nam annus regni francici in an. Ch. 811. et annus regni italici in an. Chr. 810. caderet, qui ergo uterque perperam eſt notatus. De caetero teſte Einhardo ad an. 811 et 812. in utroque anno Carolus Aquisgrani hyemavit. cnfr. Diploma autographum 811. 1. Decembr.

c) Editum in Hund. metr. II. edit. Mon. 9. edit. Ratisb. 7. et in Mon. Boic. XI. 100. n. 1.

XII.

Anno 813. fine menſis Maii usque 9. Jun. Magontiae.

Carolus imperator monasterio in insula Sintlezzesowa regalem villam Ulmam donans de advocatis ejusdem statuit.

In Nomine SSte. et Individue Trinitatis, Karolus Divina favente Clementia Imperator Augustus, Si ſanctorum Monasteriorum loca, ne labantur frequenter ſuſtentamus, ſuſtentando ditamus, non ſolum DEum per hoc nobis placamus, ſed etiam nostri totius Regni ſtatum corroboramus. Quapropter omnium preſentium ac futurorum comperiat industria, qualiter Ulmam nostram Regalem villam pro anime noſtre ac parentum noſtrorum remedio ad Monasterium, quod constructum eſt in Inſula, que in Alemannie partibus ſita Sintlezzesowa nuncupatur ubi Venerabilis Presul Hetto ſpirituali turme preest, cum omnibus appendiciis ſuis et locis adjacentibus tradimus atque transfundi-

mus. ut fratres ibidem regulariter ſubſiſtentes. et Divino operi die nocteque jugiter insudantes dum a nostris ſumptibus alacriter procurantur. aſsiduis eorum precibus Deum nobis propicium facere dignentur. Ut autem predictus Hetto cum fratribus ſuis Monachis videlicet atque clericis in prefata Inſula ab exterioribus curis remotus Dei ſervitio liberius atque ſecurius inſiſtere valeat cum ipſius Abbatis deſiderio ſuorumque Monachorum rogatu Adelbertum cognatum noſtrum in ſupra dicta villa Ulma advocatum ac defenſorem conſtituimus et eundem quia quales futuri ſint homines, ignoramus, ne statuta nostra vel quisquam ſuorum ſucceſsorum transgrediatur, in preſenti cum juramento tenaciter obligamus; hac de cauſa noſtre placuit Providentie eodem Adelberto defuncto in prefati Abbatis ſuorumque ſucceſsorum ac fratrum ſcilicet Monachorum hoc perpetualiter ponere poteſtate. ut ſapientum uſi consiliis ex eis quos inter potentes noverint et invenerint eſse meliores ſeculi et aequitatis amantiores. eligant huic loco ſicut et in ceteris locis ſuis competenter Advocatos et Defensores; eo tamen tenore. ut quandocunque ſui Commiſsi prevaricator aut in rebus vel hominibus quod vulgo balmunt dicitur existat. ſtatim ſine mora et ſine judicio Advocatiam perdat. Qui Advocatus et omnes ſui ſucceſsores quale ſervitium in prefata villa Ulma ab Augensi Abbate ejuſque ministris deinceps recepturi. vel qualem Juſtitiam ipsi Abbatibus ſint facturi breviter hic determinamus; Statuimus ergo et precipimus. ſi preſens A. Advocatus vel quiſquam ſuorum ſucceſsorum in predicta villa placitare voluerit. quando vel qualiter aut quotiens hoc fiat. in Abbatis Arbitrio pendeat. et ab eo diſponatur. ut non cum pluribus quam XXX. equis, ad placitandum veniat et tale ſervicium quale tunc repperitur. et quod predicte militum et equorum multitudini congruat ac ſufficiat eidem Advocato prelibatus Abbas per ſuum miniſtrum decenter et honestè exhibeat. et ut hoc nunc et in futuro cunctis pateat. Regali noſtro Imperio ſancimus et confirmamus. ut nullus Advocatus in prefata villa majus ſervicium ab Augensi Abbate vel a ſuis ministris quaſi ex debito exigat. aut ad libitum sibi ſtatuat ut (aut) augeat. ſive quasi ex jure

ultra statutum quicquam usurpare sibi vel vendicare audeat. Insuper statuimus atque jubemus quicquid placitando ibidem aquirat. tertia parte sibi retenta duas Abbati reddat. et nullum Advocatum vel exactorem preter se sine Abbatis permissione sibi constituat. Addimus etiam quod nil privati muneris vel servitii, in eadem villa vel a quolibet locorum illuc pertinentium sive a Cellerariis quasi ex debito et statuto sibi jure exigat. ac mansiones vel pernoctationes uspiam frequentare caveat. Quod si praesens A. vel quisquam suorum successorum, hec nostra statuta transgrediatur. sine Judicio et absque spe recuperationis jubemus ut Advocatia statim privetur. et alter fidelior ac justitie amantior sano consilio in ejus locum subrogetur. Et ut hoc scriptum nostrum atque Decretum ab omnibus firmius observetur et obnixius. anuli nostri signo sigillique inpressione confirmari jussimus.

Signum (Monogramma) Domni Karoli Serenissimi Imperatoris Augusti.

(S. R.)

(L. S.)

Ego Ernustus Cancellarius ad vicem Lubberti Archicapellani scripsi.

Et est data A. Dominice Incarnationis DCCCXIII. anno Regni piissimi Karoli Imperatoris Augusti XLVI. Imperii vero XIII. Actum Magontie in Concilio magno coram multis Principibus tam spiritualibus quam secularibus in Dei nomine feliciter Amen!

Concordat cum Originali. Ulmae d. 17. Augusti 1719.

Cancellaria Ulmensis.

a) Originale huius instrumenti, aliquando Ulmae servatum, haud dubie cum ipsa hac urbe regi wirtembergico extradebatur an. 1810. Re-

tenta autem tunc eſt copia vidimata eius, a cancellaria ulmenſi 12. Auguſt. 1719. data atque ſignata. Adeſt inſuper specimen eiusdem inſtrumenti recentiſſime, nimirum inter annos 1804—1810, cura archivarii regalis bavarici in membrana tenui exhibitum, delineato etiam ipſo ſigillo, quantum cognoſci illo tempore potuit.

Ex hac ipſa delineatione aperte conſtat, ſigillum impreſſum non eſſe Caroli imperatoris, sed cuiusdam regis poſterioris et quidem verisimiliter Ludovici infantis ſive ultimi Carolingorum in Germania. Nam vocabulum ultimum inſcriptionis: Rex, diſtincte adhuc legitur; et adiecta delineatio ſigilli cuiusdam huius ultimi Ludovici haec de ſtatu moderno sigilli noſtri Reiçhenaugienſis ediſſerit: „Deleta in archetypo epigraphes facili negotio ſic reſtituenda: HLVDOVVICVS „REX: harum enim literarum veſtigia oculo armato ſat clare adparent.“ Quamvis negandum non ſit, delineationem ſpeciminis propinquius ſigillo accedere, quo Ludovicus germanicus anno 874. in diplomate quodam aſchaffenburgenſi uſus eſt, quod optime expreſſum et conſervatum ſupereſt.

Cum ergo ſigillum ipſum non ſit Caroli M. imperatoris, ſed alicuius ſucceſſorum eius, ſexaginta ſaltem annis poſterioris; nunc, quae contra authenticitatem huius inſtrumenti dici poſſunt, aut ab aliis iam dicta ſunt, breviter ſunt perſtringenda.

1) Signum recognitionis, ex aetate Ludovici germanici potius aut Ludovici infantis deſumtum, neutiquam iuſtum occupat locum; ſed cum ſigillo prope ſequenti quinque ferme lineis praecedit lineam, cui formula ſignum recognitionis annuncians inſcripta eſt, ſic, ut ſignum iſtud cum ſigillo e regione quatuor ultimarum contextus linearum, ſed tertia fere parte decurtatarum, ſit collocatum.
2) Elementa ac litterarum apices non conveniunt aetati Caroli magni ſed aetati Ludovici germanici ac Ludovici infantis.
3) Mos annos numerandi incarnationis dominicae Germaniae regibus ac imperatoribus antiquior non eſt, quam ex tempore Ludovici germanici iunioris, anno Chr. 880. primum illum uſurpantis.
4) Erneſtus cancellarius nonniſi ſub Arnulfo rege an. 888—896. ac deinde ſub Ludovico infante rege 903. in authenticis eorum diplomatibus occurrit. Liutbertus archicappellanus, qui hic male

Lubbertus nominatur, illo cancellario aliquot annis antiquior eſt, iam ſub Ludovico germanico 874. 875. ac ſub Ludovico germanico iuniore 880. ſuo archicappellani munere functus.

5) Indictio omiſſa, pariter locus, ubi inſtrumentum datum ſit, conſulto, ut videtur, reticitus, cum die, quo illud exaratum ſit.

b) Anni regni (in Francia) ac imperii, prout indicantur, bene inter ſe ac cum anno Ch. 813. cohaerent; ubi, quod paulo ante notatum eſt, annus incarn. ex aetate poſteriori defumtus cenſeri debet. Celebre etiam concilium, Moguntiae fine menſis Maii usque ad 9. Junii 813. habitum, ſcriptores coaevi et acta conciliorum memorant.

c) Editum ſaepiſſime ap. Nauclerum chron. T. II. geneal. XXVII; ap. Mutium chron. l. X. ap. Martinum Cruſium Annal. suevicor. Dodec. II. l. I. P. II. P. II. c. VII. p. 10. ap. Mart. Magerum a. Schoenberg libro de advocatia armata cap. V. §. 431. ap. Conring. Cenſura diplomatis Ludoviciani pro coenobio lindavienſi X. p. 164. ap. Wilh. Erneſt. Tenzelium in Vindiciis diplomatis Lindav. append. III. §. 1. p. 78. ſq. ap. Rehtmeyr braunſwic. Chr. 172. ap. Jo. R. Wegelinum in Theſauro rerum ſuevicarum Tom. IV. 112. et 113. ap. Lünig. Spicileg. eccleſ. III. Theil 188. tandem extractum copioſe a Meinrado Meichelbeck in ſcripto 1786. edito, cui titulus: Erbfolge der Advocatie, Schutz- und Schirmherrlichkeit des Erzh. Oeſterr. über Reichenau p. 193.

d) De abbate Augiae divitis Hettone ſive potius Heitone aut Haitone, qui ſimul fuit epiſcopus baſilienſis admodum celebris ab anno ſaltem 806 usque in an. 822., inſtrumentum nulli ſubiacet difficultati: Adelbertus tamen advocatus, ſi diplomati anni 811. apud Heinr. Meichelbeck l. c. p. 192. et 193. dempſeris fidem, quod Wegelinus l. c. fecit, omni caret fundamento hiſtorico.

XIII.

Anno 816. 5. Februar. Aquisgrani.

Ludowicus pius imperator cellulam Hinticha ad Dravum fluvium, ab Hattone quondam frisingensi episcopo constructam, sed postea ab eadem ecclesia abstractam et in beneficium datam, huic ecclesiae reddit et confirmat.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi. Hloudowicus diuina preordinante prouidentia imperator augustus. Si erga loca diuinis cultibus mancipata propter amorem dei eiusque in eisdem locis sibi famulantes beneficia oportuna largimur premium nobis apud deum eterne remunerationis rependi non diffidimus. Proinde nouerit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum sollertia. quia Hatto quondam frisingensis ecclesie episcopus struxit quandam cellulam quae nuncupatur hinticha et fratres ibidem ad dei omnipotentis officium peragendum congregauit in confinio uidelicet . . . . . tiburniensi ubi drauus fluuius oritur. et eam in honore sancti Petri principis apostolorum et sancti martyris Candidi constructa (constructam) atque rebus propriis ditata (ditatam) predicte aeccleſiae frisingensi perpetuo adhabendum tradidit. sed postea . . . ab eadem ecclesia abstracta est et in beneficium data. vnde deprecatus est excellentiam culminis nostri uenerabilis Arno episcopus qui ipsam cellulam in beneficio habere uidebatur. ut eam cum omni integritate predicte aeccleſiae sancte Marie Frisinge .... nostrae emolumento et aeternae retributionis fructu rederemus. Qua propter uolumus atque iubemus et per hanc nostram auctoritatem decernimus. ut nostris uidelicet et futuris temporibus predicta cellula quam pro nostrae mercedis cumulo ad aeccleſiam sancte Mariae frisingensis ubi Hatto uenerabilis episcopus preest reddidimus et per hanc nostram auctoritatem per-

perpetuo ad habendam confirmauimuſ ut omni tempore in dicione et poteſtate predicte aeccleſiae permaneat. ita dumtaxat. ut rectores aeccleſiae prefatae ecclеſiae quicquid de ipſa uel in ipſa ob utilitatem et profectum predicte aeccleſiae facere noluerint libero in omnibus perfruantur arbitrio, faciendi. et nulluſ quiſlibet eam de predictae aeccleſiae poteſtate abſtrahere aut de rebuſ ipſius cellule aliquid diminorare preſumat ſed ſicut a nobiſ confirmatum eſt ita perpetuo permaneat. Et ut hec auctoritaſ per futura tempora inuiolabiliſ permanere ualeat. manus noſtre ſignaculis ſubter eam firmauimuſ. et anulo noſtro ſigillari iuſsimuſ.

Signum domni Hludouici (Monogramma) ſereniſsimi imperatoriſ. Data Non. Februarii. Anno Chriſto propitio tertio imperii domni Hludowici piiſsimi auguſti. indictione VIIII. Actum aquisgrani palatio regio feliciter amen.

a) Ex libr. cop. I. friſing. medii ſaec. XII. fol. 30.

b) Deſunt nomina recognoſcentis et archicapellani cnf. (Kleinmayrs) Juvaviam, Anhang 66. num. 19.

c) Annus imperii et indictio conveniunt anno Ch. 816., quo tempore celebre habitum eſt concilium aquisgranenſe, praeſente ipſo imperatore.

d) Editum a Meichelbeck Hiſt. friſing. I. P. II. 252. num. 479.

e) Locum cellulae deſcriptor in margine notavit: De Intiha.

f) Tria ſpatia vacua à deſcriptore relicta ſunt, quin tamen, excepto tertio, ſenſus conſtructionis aliquid deſideret, quod ſuppleatur.

XIV.

Anno 816. 23. Auguſt. Aquisgrani.

Ludowicus pius imperator commutationem, inter Attonem episcopum frisingensem et quendam Riphuinum de rebus in villis Buoch, Aotingas et Burgrein, in pago Westergowe, factam, confirmat.

(Chrismon.) In nomine domini dei et ſaluatoriſ noſtri Jeſu Chriſti. Hludowicuſ diuina ordinante prouidentia imperator auguſtus. Si enim quae fideleſ imperii noſtri pro eorum oportunitatibus inter ſe commutauerint uel concambiauerint noſtriſ confirmamuſ edictiſ imperialem conſuetudi (nem) et hoc inpostmodum iure firmiſsimo manſurum eſse credimus. Igitur notum ſit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum ſollertia. qualiter quidam homo nomine riphuinuſ ad noſtram accedens clementiam innotuit manſuetudini noſtrae eo quod idem Riphuinuſ ad Attonem epiſcopum de friſingio epiſcopatu ſuo aliquaſ reſ utriuſque partium oportunitate inter ſe commutaſsent uel concambiaſsent. Dedit igitur predictus Atto epiſcopus de rebuſ ſanctae Marie quaſ ipſe regere uidebatur unacum conſenſu et uoluntate fratrum ibidem degentium per noſtram datam licentiam prefato Riphuino uillam quae dicitur Buoch quicquid ibidem habere uiſus fuit in pago weſtergowe. Et econtra in conpenſatione huius meriti dedit iam dictus Riphuinus de rebuſ ſuis propriiſ ſupra memorato hattoni epiſcopo ad partem accleſiae ſanctae Marie terciam partem de uilla aotingaſ uel quicquid ibidem habuit et in alio loco qui nuncupatur Burgreni omnia quicquid (quidquid) ibidem habere uiſus fuit in ipſo pago weſtergoy. vnde duaſ commutationeſ pari tenore conſcriptiſ (as) manibuſque bonorum hominum roborataſ ſe pre manibus habere profeſſus eſt. ſed pro integra firmitate petiit manſuetudini noſtrae. ut ipſas commutationeſ per noſtrum manſuetudinis precep-

tum pleniuſ confirmare deberemus. Cuius peticionem denegare nolumuſ. ſed ſicut unicuique fidelium noſtrorum iuſte petentium. ita noſ illiſ conceſsiſſe atque in omnibuſ confirmaſse cognoſcite. Precipienteſ ergo iubemus ut inſpectuſ ipſaſ commutationeſ ſicut per eas plenius declaratur. quicquid parſ iuſte et rationabiliter alteri contulit parti. deincepſ per hanc noſtram auctoritatem iure firmiſsimo teneat atque poſſideat. Et quicquid exinde facere uoluerit. libero in omnibus perfruatur arbitrio. Et ut hec auctoritaſ firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus ſancte dei aeccleſiae ac noſtriſ et ueriuſ credatur et diligentius conſeruetur. de anulo noſtro ſubter ſigillari iuſsimus.

Data X. Kal. Septembris. Anno chriſto propitio imperii domni noſtri Hludowici .... Indictione nona. Actum aquiſgrani palatio regio feliciter Amen.

a) Ex libro copiali I. frisingensi, qui exaratus est medio saec. XII. f. 29. b.

b) Recognitionis mentionem descriptor frisingensis hic et alias frequenter omisit.

c) Imperii annus non est expressus, sed spatium illi vacuum relictum. Indictio tamen indicata anno Chr. 816. convenit, cui favet locus peracti negotii; nam Aquisgrani tunc morabatur imperator, quod patet ex pluribus aliis instrumentis 22 et 30. Augusti h. a. datis, cnfr. Georgisch Regeſta h. a.

d) Editum à Meichelbeck Hist. fris. I. parte II. 252. num. 478.

e) Ipsa commutationis charta, in hoc diplomate memorata, ex vetustissimo traditionum codice habetur ap. eundem Meichelbeck I. P. II. 152. num. 284. confr. eius hist. p. 99.

XV.

Affictum anno 817. Wormatiae.

Ludouicus pius imperator dicitur monasterium Murrhart fundasse, ac variis largitionibus dotasse, libera etiam abbatis et advocati electione exornasse.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Ludouicus Dei gratia Romanorum imperator Auguſtus, fratribus in Murhart ſecundum regulam beati Benedicti conſtitutis, in perpetuum. Quia dignitas Romani imperii originem ab eo ducit, qui regna mundi moderatur et regit, iuſtum uidetur et conſequens, ut moderaminis noſtri aequitas in omni diſpoſitione noſtra, ſumat ab ipſo exordium, cuius prouidentia et maieſtatis gratia temporalis imperii ſumpſiſse dinoſcimur imperium. Omnibus igitur Chriſti noſtrisque fidelibus tam praeſentibus quam futuris notum eſse uolumus quod ſalubri quadam et neceſsaria nobis intentione, dum diuina circa nos beneficia diligentius tractare quodam tempore cepiſsemus, qualiter aeterna temporalibus noſtris comparare ſiue mercari poſsimus, diligenti penes nos examinatione cogitauimus. Verum quia Deus, qui iuſtis cogitationibus adeſse ſolet, in cauſa fuit, cito quod uoluimus occurrit. Eiusdem enim diuini numinis inſtinctu quidam uenerabilis heremita Vualtericus nomine, maiestatis noſtrae adiens praeſentiam ut locum ſibi, ubi Deo ſecretius uacaret, largiri dignaremur, ſuppliciter exorauit. Cuius precationi tam bonae quam Deo placitae uoce et uoluntate occurrentes, ipſum uenerabilem uirum, habito fidelium noſtrorum conſilio, in nemore prope caſtrum noſtrae proprietatis, quod uulgo Huneburg dicitur, iuxta riuum qui Murra uocatur, habitare permiſimus. Laudabilem uero uiri conuerſationem de die in diem proficere audientes, ipſum in peculiarem nobis confeſſorem elegimus, et non multo poſt ſolitariam eius uitam neceſsario mutantes, duodecim fratres qui cum eo illic

Deo ſeruire, et ſecundum inſtituta regulae beati Benedicti monaſticam uitam ducere deberent, inſtituimus, ipsisque ad neceſsaria uitae elaboranda, ipſorumque ſucceſsoribus perenniter poſsidenda ab eodem loco per quatuor dimenſiones, in qualibet dimenſione unum miliarium eiusdem nemoris cum omni utilitate, rerumque prouentu, quam praeſenti, tam futuro conſtituentes. Euolutis deinde paucis admodum annis, cum numerus ſeruorum Dei ibidem confluentium creſceret, ad ſuſtentationem temporalis uitae tres eis parrochias contulimus, quarum nomina haec ſunt, Fichberg, Murrhart, Sulzbach, cum ſuis pertinentiis. Praedictum quoque caſtrum Huneburg pro quiete fratrum deſtrui et eisdem lapidibus eccleſiam aedificari precepimus, ipſam eccleſiam in honore S. Trinitatis et beatae Mariae ſemper uirginis ſanctique Januarii epiſcopi fecimus conſecrari. In dotem ipſius Baſilicae priora non caſsantes, ſub ipſis parrochiis curiam noſtram in Oſuueil cum eccleſia, parrochiam et curiam in Erckennershauſen, praedium noſtrum in Lauſen cum XXXV. miniſterialibus et aliis mancipiis nobis pertinentibus ſuper easdem reliquias perpetuo iure tradentes adiecimus. De caſtro Hunaburg Giſolung et Richerus fratres et quinque filii ipſorum Giſolung, Brungerus, Richerus, Vuigmarius et Rinmarus cum aliis quatuor ſtrenuis eiusdem caſtri militibus Dietone, Vuillemaro, Egilano ac Vuillekundo, nec non omni familia eorum de Frankenfurt Ludouicus, Adelgerus. Richerus, Vuigmannus, Ruothardus et Vvortvvinus, Nanrot, Vualtimont, Sintherus, Hatto, Rupoldus, Ruggerus, Adolfus, Hilibertus, Regilo, Adilramus, Gerardus, Hartmannus, Enhilo, Henno, Gotibald, Ludouicus et fratres ſui Vluo, Vuimarus et Vuicmarus cum nepotibus ipſorum Giſilberto et Heinrico. Iis itaque noſtris largitionibus maius robur adjicere uolentes commendabilem patrem noſtrum Vualtricum diligenti prouidentia ad praeſentiam Reuerendi patris noſtri Romani uidelicet pontificis Steffani cum legatis noſtris direximus rogantes quatenus ipſum in Abbatem conſecratione coenobium uero ſuae auctoritatis emunitate confirmaret. Ita ut in *rebus mobilibus* et immobilibus, terminis ſcilicet uel poſseſ*sionibus ſiluis* aquis, aquarumque decurſibus piſcationibus, uena-

tionibus aut aliis quibuscumque commoditatibus imperiali noſtra largitione collatis, aut in futurum donatione regum, collatione principum, nobilium uel quorumcunque Chriſti fidelium conferendis nullam moleſtiam, nullam prorſus exactionem ab aliquo ſuſtineant. Plantandi etiam uellendi, aut aedificandi in eisdem eccleſiae allodiis uillas, caſtra aut horum ſimilia nulla eccleſiaſtica ſaecularisue perſona poteſtatem habeat. Quo facile et laudabiliter impetrato redeuntibus ad nos legatis cum Abbate iam conſecrato et duobus cardinalibus Paſchale uidelicet et Johanne a predicto papa ad nos directis in curia principum quam tunc temporis Vuurmaciae celebrauimus, praefatum locum Murrhart a nobis fundatum cum abbate, cum fratribus cum omnibus ſuis pertinentiis coram ſupradictis cardinalibus, coram uniuerſis regni principibus in noſtram omniumque ſucceſſorum noſtrorum protectionem ſollemniter ſuſcepimus, pragmatica ſanctione ſtatuentes ab omnibus hominibus, omnia iura, emunitates a domno papa et noſtra maieſtate eidem Coenobio conceſsa et ſtabilita inuiolabiliter obſeruari, et poſt deceſsum abbatis de ſuo collegio, alium ſecundum uitae probatioris meritum eligere et ſubſtituere. Propter multimodas uero uexationum occaſiones quae oriri ſolent ab aduocatis protectorem in defensionem ſui et rerum ſuarum pro arbitrio ſuo, iuxta quod ſibi expedire uidetur poteſtatem habeant eligere, et eundem ſi ſecus egerit, et ius eccleſiae uiolare grauando attentauerit, ſi aliter non poſsunt, autoritate et auxilio imperii remouere. His omnibus ita ordinatis ſtatuimus ut ſi aliquis dux, epiſcopus. Marchio, comes, Vicecomes, aut aliqua noſtri imperii magna paruaque perſona prefatum Vualtricum abbatem aut ſuos ſucceſsores uel ipſam eccleſiam inquietare, moleſtare, uel diſueſtire tentauerit, reus maieſtatis centum libras auri componat, medietatem nobis et medietatem praefato abbati ſuisque ſucceſsoribus. Quod ut uerius credatur ſigilli noſtri impreſsione iuſsimus insigniri. Signum piiſsi (Monogramma) mi domni Ludouici inuictiſsimi imperatoris.

Luitolfus Magontinenſis ſedis epiſcopus ſubſcripſit. Dudo Cancellarius recognouit.

Data Vuormaciae, anno dominicae Incarnationis DCCCXVII. Indictione X. Anno domni Ludouici regnantis III. Imperii I. Actum feliciter, amen.

a) Ex libro copiali wirceburgensi num. 12, circ. an. 1561. conscripto, fol. 286. et 287. ubi ad finem notatur: (ex) originali apud monasterium Murrhart.

b) Fictitium hoc esse diploma probat ab Eckhart in Franc. orient. II. 139—141. Inprimis enim contradicit diplomati Caroli M. circ. 786, qui inter cellulas, iam a genitore suo wirceburgensi ecclesiae donatas, refert Murrahart. Licet ergo postea monasterium ibi erectum sit, de exemtione tamen ab episcopo wirceburgensi, de libera abbatis et advocati electione etc. cogitari tunc non potuit. Mentio ducis, qualis tunc in Suevia non fuit, curiae, quae potius placitum sive conventus diceretur, ministerialium ac militum castrensium, aera christiana, titulus Romanorum imperator pluraque alia a stylo et more Ludowici pii abhorrent. Luitolfus etiam moguntinus episcopus ac Dudo cancellarii ficti sunt. Wormatiam denique hoc et aliquot sequentibus annis non accessit Ludowicus pius.

c) In notis chronologicis indictio respondet anno Chr. 817, annus quoque imperii ab obitu Caroli M. usque ad 28. Januar. huius anni; sed perperam notatur alia epocha imperii, quasi a coronatione Rhemis a. 716. mense Octob. per Stephanum IV. facta, a notariis Ludowici nunquam usitata.

d) Editum in Würdtwein Subsid. diplom. IV. 310—314 ex insertione in diploma confirmatorium Caroli V. an. 1550. 16. Septemb., in quo p. 314. Carolus testatur: „dieweil ihnen aber der Originalbrief — in „iungst entstandner Beurischen (Bauern) Aufrur des vierundzwanzig„sten Jars der mindern Zal (1524) — entfrembt und verlohren etc.“ Ex eo in Ussermanni Codice probat. episcopatus wirceburg 9. n. 8. extractum autem apud Crusium in Annal. suevicis II. p. 21, qui sua hausit ex chronico germanico Georg Widemanni an. 1550. scripto, tunc inedita et ap. fr. Petri Suevia ecclesiastica 625.

XVI.

Anno 817. potius quam 823. 27. Augusti. Noviomagi.

Ludowicus pius imperator monasterio Nivvenstat, in sylva Spechteshart a patre suo Carolo fundato, tum donationem eiusdem patris sui, tum novam donationem Stercfridi, filii Aldigartae, strenui et bellicosi viri, in eodem coenobio monachi, expressis praediorum nominibus et terminis, confirmat.

In Nomine Domini DEI et Salvatoris noſtri Jeſu Christi, HLudouuichus divina ordinante Clementia Imperator Auguſtus, Cum petitionibus ſervorum Dei iustis et rationabilibus divini cultus amore ad augenda ſervitia Dei, favemus, ſuperni muneris donum nobis á domino impertiri credimus, Id circo noverit omnium fidelium noſtrorum tam praeſentium quam et futurorum industria, Quia venerabilis Spatto Epiſcopus et Abbas ex Monasterio quod vocatur Nivvenstatt, quod est situm in ſilva Spechteshart iuxta fluuium Moyna detulit obtutibus nostris auctoritatem immunitatis Domini et genitoris nostri Karoli bonae memoriae ſereniſsimi Imperatoris, in qua continebatur inſertum eo quod ipse propter Venationis ſuae dulciſsimum diverſorium, quod ibi primitus habuit, praedictum monaſterium fundatum bonisque ſuis ditatum, in honorem ſanctae Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariae conſecrari iuſſerit, ipſumque locum nimium diligens cum rebus et hominibus ad hunc pertinentibus ſub pleniſſima defenſione et immunitatis tuitione usque ad finem vitae suae habuerit Cuius loci defenſionem et immunitatis tuitionem nobis haereditario jure relictum (am), paternum morem ſequentes nostris diebus Deo adjuvante per nosmet ipſos seu per fideles viros ac mulieres, nostris cohortationibus multiplicare, (et) dilatare tali modo complacuit, tres ſorores nobiliſsimis ortae natalibus, qua-

quarum una filomuot, altera Helbburc, tertia Aldigart, Háe omnes omnia praedia ſua quae in orientali francia habere videbantur ad promerenda perpetuae Virginis Mariae ſuffragia nostra imperiali manu adiunctá ob firmitatem rei, ad praedictum Monasterium perpetualiter poſsidenda contradiderunt, cum infinitis mancipys et vario ornamentorum apparatu, Auro, argento gemmis, lapidibus praecioſis, ſericys (sericis) veſtibus, et deauratis, tentorys, dorſalibus, cortinis, mappalys menſarum ac lectiſternys, Sed tertia ſoror Aldigart filium unicum habens Sterefridum nomine virum ſtrenuum et bellicoſum, qui ſoeculum relinquens monachumque ſe in ſaepedicto monasterio faciens haec praedia cum matre eidem contulit villam omnem quae Münster dicitur cum villa Egeletzhauſen ſeu quicquid ad Eberhartheſhuſen habere videbatur et in Hobbahe tertiam partem cuiusque utilitatis et villam Juſingon cellam, iterum cellam quod praedium ne ab adiacentibus praedys minuatur, vel abstrahatur, praedictus Sterefridus ſic circumductum ſanctae Mariae perpetuae Virgini cum omni liberalitate per noſtram auctoritatem contradidit, a villa Juſingon, usque in vallem, qua discernitur praedium ſancti Bonifacy Martyris. et praedium ſanctae Mariae contraditum, quod dicitur Geroldesberc per illam vallem deorſum usque Breittinſul inde ad Vuidenſul inde ad Uuilandesbrunen, inde ad fontem ſanctae Mariae uſque villam Juſingon cum Marcha integra circumquaque porrecta, Et ex hinc cum omnibus quae quomodocunque nominari poſsunt utilitatibus, usque in medium fluminis Mayni, id est paſcuis, ſylvis, aquis, aquarumve decurſibus, montibus et vallibus, cultis et incultis, mobilibus et immobilibus, cum omnibus omnino utilitatibus, in ipso praedio constitutis aut constituendis, Haec omnia liberaliſsime et potestative cum omni proprietatis jure per hanc nostram imperialem paginam in dominium praedicti coenoby perpetua stabilitate transfundimus. Ea videlicet ratione, ut praenominatae villae ac poſseſsiones cum omnibus ſuis adiacentys in perpetuum ſint defenſae, tutae, atque munitae Ne aliquis mortalium excepto eiusdem loci proviſore aliquod ibi jus habeat, vel negocium exerceat, placuit etiam hoc nostrae authoritatis praeceptum fieri per

quod praecipimus atque iubemus, ut omnia bona quae dictus genitor noster Karolus divae memoriae in dotem illi monasterio contulit vel quae diverſis temporibus ad haec, divina pietas adauxerit, ſub immunitatis nostrae defensione, quieto ordine poſsideat, Et ne ullam in aliquo violentiam patiatur, omnibus omnino hominibus interdicimus, quatenus ipſos ſervos Dei, qui ibidem Deo famulantur pro nobis, coniuge, proleque nostra atque ſtabilitate totius Impery á Deo nobis conceſsi atque conſervandi, iugiter miſericordiam Domini exorare delectet. Et ut haec authoritas nostris et futuris temporibus Domino protegente valeat inconuulſa manere, manu propria ſupra (ſubter) firmavimus et annuli nostri impreſsione ſignari iuſsimus.

Signum Domini (Monogramma) Sereniſsimi HLuodouuici Regis.

Heliſachur
Cancellarius ad vicem Richolfi archicapellani recognovi.

Data. VI. Calendas Septembris Anno ab incarnatione Domini DCCC. XXIII. indictione X. Anno Christo propicio. III. Impery Domini HLudouuici pyſsimi Augusti Actum Nouismago palatio Regio. In Dei nomine feliciter. Amen.

a) Ex transsumpto speciali, saeculo XVto, ut videtur exeunte, chartae foliis duobus separatis inscripto, atque conservato in libro copiarum monasterii Neuenstat anno 1541 exarato, fol. 10 et 11. ubi in margine dicitur originale transsumti. Occurrit autem etiam ibi fol. 5. b et 79. b, monogrammate tamen omisso, ex diplomate renovatorio Caroli V. imp. 1541. 23. Mart. Ratisponae, ad finem diplomatis similiter renovatorii Caroli IV. imp. 1366. 11. Jan. Pragae. Est illud ipsum transsumtum, quod Conradus Lieb abbas neuenstatensis in libello supplici ad Carolus V. ibd. p. 74. memorat, ab episcopo wirceb. Conrado (nuper i. e. 1540. 16. Junii, defuncto), an. 1537. 7. Julii obtentum, quod descriptum atque collationatum invenitur in libr. cop. noviori an. 1690. 1. Aug. fol. 216.

b) Indictio respondet anno chr. 817, cui convenit annus imperii IIIItus non IIItius. Nam in hoc errasse transsumtor censendus est, qui etiam epocham aerae christianae pessime interpolavit, illo aevo haud usitatam; similiter Richolfum archicapellanum alias non obvium, quem haud dubio putavit Richolfum archiep. moguntinum, iam an. 813. 9. Aug. defunctum. Noviomagi certissime illo anno fuit Ludowicus pius, iuxta Eginhardum in Tom. I. Monum. hist. germ. 204. et quidem a 28. April usque circ. 10. Jul. Hoc ergo tempore illa donatio facta est, cuius donationis confirmatio hoc diplomate Aquisgrani conscripta et data videtur. Frustra ergo ex hoc solo istud instrumentum impugnatur in Eckharts. Commentariis de rebus Franciae or. II. 137—139.

c) Editum in Leuckfeldi append. II. ad Antiq. Poeldenses 245. et in Ussermanni Cod. probat. ad episcopatum wirceburgensem 8. num. 7.

XVII.

Anno 819. 7. August. Ingelnhaim.

Ludowicus pius imperator monasterio Orembach (Hornbach) res in Gylnheim-marcha, in pago wormacensi, et in loco, Apponis ecclesia, in pago blisensi, tempore Caroli M. illi ereptas, restitui iubet.

In nomine domini dei et ſaluatoris noſtri Jheſu Christi Hludowicus diuina ordinante prouidencia Imperator Auguſtus. Si erga loca diuinis cultibus mancipata propter amorem dei eiusque ſibi (ſic absque obelo) in eiſdem lociſ ſibi famulantibus beneficia oportuna largimur Premium nobis apud deum eterne remunerationis rependi non diffidimus Igitur notum eſse volumus omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum induſtrie Quia adiens ſerenitatem culminis noſtri quidam abba nomine wyrundus ex monaſterio Orembach quod eſt proprium

quibuſdam fidelibus noſtris Lantberti ſcilicet et Herardi conſtructum in honore ſancti Petri Principis apoſtolorum ſuggeſsit nobis quod tempore domni et genitoris noſtri Karoli bone memorie piiſsimi auguſti eo non iubente ymmo prorſus neſciente quidam homines cupiditate ducti aliquas res a prefato monaſterio per malum ingenium abſtraxiſsent Quod nos dum ad hoc inveſtigandum donatum fidelem noſtrum iuxta veritatis et equitatis ordinem diligenter perſcrutari iuberemus et ille rem diligenter perſcrutatam et per homines bone fidei veraciter inquiſitam invenit et nobis nunciauit quod quidam homo nomine Sygiſmundus abſque iudicio et ſine lege reddidiſset cuidam vilico (villico) nomine Rotberto qui villam noſtram preuidebat (providebat) manſiones tres cum curte et hortile (curtili) et vinea habentes luttos ſex Necnon et in pago Wormacenſe (i) in loco qui dicitur Gylnhem marcha invenit quod predictum monaſterium dum in commune a Warnario et Wydone pater (patre) predicti lantberti poſsideretur qnaſdam res in preſcripto loco interpellante attone quondam comite eundem warnarium ſuam porcionem reddidiſset et cum ea portio prefati wydonis ex preſcripto monaſterio iniuſte ablata ſit etiam et in pago bliſinſe (i) de quadam eccleſia. que dicitur Apponis cum ſuis appendiciis que predicto monaſterio conlata eſt quod eo modo porcionem predicti wydonis ***Wicbertus comes*** cum portione predicti Warnarii ad partem dominicam propriſerit videlicet quod nec aduocatus predicti Wydonis nec ullus quilibet hanc nec ſuperius dictam porcionem reddiderit Quod dum nobis predictus miſsus noſter ita nunciaſset placuit ſerenitati noſtre et res quas Sigiſmundus abſque lege et iniuſte reddiderat et has porciones quas ab Ottone et Wickberto cum rebus warnarii ablate ſunt predicto monaſterio reddi. Propterea hanc auctoritatem predicto monaſterio fieri iuſsimus per quam precipimus atque iubemus ut res quas predicto monaſterio reddidimus deinceps a prelatis ipſius poſsideantur Et nulla deinceps commocionem aut calumpniam aut aliquod impedimentum a parte fiſci noſtri aut ab alia qualibet emiſsa vel ſubrogata perſona ab hodierno die et tempore pro hac cauſa ſe habiturum penitus pertimeſcat ſed ut dictum eſt

absque alicuius contrarietate et preiudicio res memorate in poteſtate predicti monaſterii perpetim legaliter et firmiter conſiſtant hec vero auctoritas ut per futura tempora inconuulſam obtineat firmitatem et ab omnibus verius certiuſque credatur (de annulo noſtro ſubter eam iuſſimus ſigillari).

Durandus diaconus ad vicem Helisachar recognoui Datae VII. Idus Augustus (Augusti) Anno Christo propitio VI. Imperii domini Hludouuici piissimi Augusti indictione XII. Actum Ingelnhaim palatio Regio in Dei nomine foeliciter Amen.

a) Ex codice copiali sub abbate Joh. Danckart anno 1430 conscripto, qui propterea dicitur codex dankartianus, fol. I. num. 1.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, et respondent anno Chr. 819, nimirum conventui ingelnheimensi teste Eginhardo hoc anno mense Julio habito.

c) Editum a Crollio in Orig. bipont. I. 95 et in Mon. mannheim. VI. 248. num. 4.

d) Subducta litteris cursivis sunt expressa manu recentiori saec. XVI. med. et ad marginem et in ipso contextu suppleta, verisimiliter ex authographo, quod nunc deest.

XVIII.

Circa 819. 7. August. Ingelnhaim.

Ludowicus pius imperator immunitatem a tributis, hominibus ingenuis super terras monasterii Hornbach commanentibus ab avo ac patre suo, Pippino rege et Carolo imperatore, in favorem ipsius monasterii concessam, ea conditione confirmat, si haeredes eiusdem monasterii ita indivisum illud manere permiserint, ut monachi ibidem regulam observare valeant.

In nomine domini dei et ſaluatoris noſtri Jheſu Chriſti Hludowicus diuina ordinante prouidencia Imperator auguſtus Si erga loca diuino cultui mancipata pro oportunitatibus ſeruorum dei ibidem conſiſtentium beneficia congrua concedimus ſine dubio ad eterne beatitudinis premia capeſcenda talia facta nobis proficere non diffidimus Igitur comperiat omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet et futurorum ſolercia Quia vir venerabilis wyrundus abba ex monaſterio gamundias quod alio nomine Hornbach appellatur conſtructum in honore ſancte dei genitricis marie ſeu ſancti Petri Principis apoſtolorum veniens ad nos detulit nobis precepciones aui uidelicet noſtri Pippini regis et genitoris noſtri Karuli ſereniſsimi auguſti necnon et anteceſsorum eorum regum in quibus inſertum reperimus qualiter eundem locum propter diuinum frequentaſsent amorem et familiariter congregationem ſub regulari habitu ibidem degentem intimo cordis amore dilexiſsent vel quomodo propter eorum compendium de hominibus ingenuis qui ſuper terras ipſius monaſterii commanebant qui freda aut tributa aut cenſum aut aliqua exacta vel quaſcunque redibuciones (retributiones) ad partem fiſci perſoluere debebant conceſsiſsent ut ibidem in luminaria

predicte eccleſie vel ad compendia monachorum ibidem degencium futuris temporibus proficeret in augmentum deprecatus eſt namque nos predictus abba ut pro mercedis noſtre augmento erga ipſum locum vel congregacionem ibidem deo famulancium ſimiliter concederemus Cuius peticionem (petitioni) libenter anuimus et ut a genitore noſtro uel auo ſeu eciam ab anteceſsoribus eorum regibus ibidem conceſsum eſse cognouimus per hanc noſtram auctoritatem denuo confirmauimus Ita tamen ut quamdiu heredes eiuſdem monaſterii ita indiuiſum eum (locum) manere permiſerint ut monachi ibidem deo famulantes preſentes et futuri regulam obſeruare valeant fiat indultum Quod ſi vero aliquas exinde diuiſiones fecerint ut ipſi monachi propoſitum ibidem obſeruare non valeant tunc quicquid exinde ad partem fiſci exactandum erat exactetur Quapropter precipimus omnibus fidelibus ſancte dei eccleſie ac noſtris vel procuratoribus eorundem locorum preſentibus et futuris ut nemo de hominibus qui ſuper preſati monaſterii terras commanent freda nec tributa vel cenſum aut vlla exacta vel quaſcunque redibuciones que ad partem fiſci debebantur perſoluere (debebant perſolvi) exactare ab eis nec requirere preſumat ſed ſicut genitor et auus noſter ſeu anteceſsores illorum reges ibidem conceſserunt ita et per hanc noſtram auctoritatem pleniter ad eorum ſtipendia concedimus quamdiu obſeruatum fuerit que (quod) ſuperius intulimus Et vndecunque predictum monaſterium noſtris anteceſsorumque noſtrorum temporibus iuſte et rationabiliter veſtituram habuiſse dinoſcitur vel quidquid tunc diuina pietas ibidem in antea augeri voluerit nullus eum (illud) iniuſte diſpoliare aut aliquid abſtrahere uel minuere preſumat ſed liceat eum (illud) cum omnibus ſuis rebus quamdiu ita fuerit conſeruatum ſicut ſupra intulimus per hanc noſtram auctoritatem integrum manere et ſaluum et ab infeſtacione malorum hominum quietum et a cunctis redibucionibus abſolutum ſicut ab anteceſsoribus noſtris ibidem indultum eſse cognouimus Et ut hec noſtre auctoritatis preceptio noſtris futuriſque temporibus firma et ſtabilis manere valeat et a fidelibus noſtris certius credatur anuli noſtri impreſsione ſubter eam ſigillari iuſsimus. —

a) Ex Codice dankartiano fol. 5. num. 9.

b) Mutilum hoc instrumentum verosimiliter ad conventum ingelnheimensem pertinet, ubi aliud privilegium eiusdem imperatoris monasterio hornbacensi pari stylo concessum fuit, nimirum 819. 7. Aug.

c) Ineditum.

XIX.

Anno 822. 8. Januar. (Aquisgrani.)

Ludowicus pius imperator monasterio Hornbach res quasdam, tempore Caroli M. imp. patris sui illi ereptas, diligenter facta investigatione, restituit.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jhesu Christi Hludowicus diuina ordinante prouidencia Imperator augustus Notum esse volumus cunctis fidelibus nostris praesentibus scilicet et futuris Quia adiens serenitatem culminis nostri vir illustris lancbertus (lantbertus) comes suggessit nobis eo quod quidam actor dominicus nomine nanttarius ex fisco nostro franconofurd proprisset tempore domni et genitoris nostri Karoli bone memorie piisimi imperatoris quasdam res id est terras et siluas et prata super marcham suam que est ex monasterio suo quod dicitur Orombach Nos vero hanc rem iussimus investigari dilecto filio nostro Hlothario Imperatori necnon et Mantfredo (Mathfrido) illustri viro Postea veniens ad nos wyrundus predicti venerabilis monasterii abba eandem causam nobis suggessit Nos iterum iussimus Matfredo (Mathfridum) et alios fideles nostros hanc rem diligenter atque subtiliter inquirere Qui sicut nobis renunciauerunt invenerunt per hruotbertum comitem et ceteros nobiles ac veraces homines circa manentes quod predictus Nantthariuſ cum seruis dominicis iniuste ipsam investituram de potestate predicti monasterii abstulisset, et per iusticiam et rectitudinem (que i. e. quae) inter nostram et predicti monasterii partem esse debebat, et quod predicta marcha diuisa esset in via que dicitur talan-

talanweck et inde ad geroldiſphad deinde ad wiſigartaweck ſed et gheroldus actor noſter qui predictum fiſcum noſtrum in miniſterio habet interrogatus ab eis nullam rei certitudinem potuit demonſtrare qualiter ad noſtram partem legibus tenere potuiſset et ideo placuit nobis ſecundum hanc inquiſitionem eandem marcham predicto monaſterio reddi ſicut inquiſitum et teſtificatum eſt, proinde hanc auctoritatem preceptionis noſtre fieri iuſsimus per quam precipimus atque iubemus ut ſicut a fidelibus noſtris inquiſitum et nobis nunciatum eſt, ita ab hodierno die in poteſtate predicti monaſterii conſiſtat, et nullam deinceps commocionem aut calumpniam aut aliquod impedimentum a parte fiſci noſtri pars predicti monaſterii ſe habituram penitus pertimeſcat, et ut hec auctoritas firmior habeatur et a fidelibus noſtris verius certiuſque credatur atque conſeruetur de anulo noſtro ſubter eam iuſsimus ſigillari.

Durandus diaconus ad vicem fridugiſi recognouit.

Data VI idus Januarii anno chriſto propicio VIIII Imperii domni Hludowici piiſsimi auguſti.

a) Ex codice dankartiano fol. 10. b. num. 21.

b) Annus imperii viginti diebus anticipatus respondet anno Chr. 822. Locus non est indicatus. intelligendum autem verisimiliter est Aquisgranum, quo fine anni 821. a Noviomago reversus est imperator Ludowicus, Lothario filio imperatore Wormatiae hyemante, teste Eginhardo.

c) Editum a Crollio in Orig. bipont. I. 98. et in Actis mannheimensibus VI. 250. num. 5.

XX.

Anno 823. 25. Decembr. Franconouurd.

Ludowicus pius commutationem bonorum variorum, in pagis Gozfelt et Gollahgewi sitorum, inter episcopum wirceburgensem Vulkerum et Wicbaldum comitem initam, confirmat.

In Nomine. domini dei. et ſaluatoris noſtri iheſu Chriſti, Lvdowicvs. diuina ordinante prouidentia Imperator auguſtus. Si enim ea que fideles imperii noſtri pro eorum oportunitatibus inter ſe conmutauerint noſtris confirmaremus edictis. imperialem exercemus conſuetudinem. et hoc inpoſtmodum iure firmiſſimo manſurum eſſe volumus. Idcirco nouerit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum induſtria. quia uir venerabilis uulcherus Epiſcopus nec non et uir inluſter Wicbaldus Comes ad noſtram accedentes clementiam innotuerunt celſitudini noſtre qualiter pro ambarum partium oportunitate. quaſdam res et mancipia inter ſe commutaſſent. Dedit igitur uir venerabilis wlcherus Epiſcopus. per noſtram ſibi datam licentiam. de Rebus ſancti ſaluatoris ex Monaſterio ſancti Kijliani martiris quod modo in regimine habere uidetur vbi ipſe precioſuſ cum ſociis ſuis corpore requieſcit vná cum conſenſu et voluntate ſeruorum dei ibidem exiſtentium predicto Wicbaldo comiti. Ad partem beneficium ſui quicquid habebat in uilla que appellatur Sterihirobracge que ſita eſt in pago Gozfelt. et in uilla que vocatur Sulzheim. que ſita eſt iuxta fluuium Werine. et in loco qui nominatur Aſenhvs. Cum terris domibus. edificiis. mancipiis. campis. pratis. pascuis. ſiluis. aquis aquarumve decurſibus. cultis et incultis. exceptis duabus Eccleſiis cum atriis ſuis. et duobus hobunniis. et tribus pueris que ita nominantur. Lvdigis. Slihleip. Aragis. Similiter et in pago qui appellatur Gollahgewi infra marcha uille. cuius vocabulum

eſt Angaranheim. et in uilla que vocatur Wigenheim. cum terris. domibus. edificiis. mancipiis. campis. pratis. paſcuis. ſiluis. aquis. aquarumve decurſibus mobile et immobile. Atque vna Eccleſia cum atrio ſuo et vna hobunna. Et econtra in conpenſatione huius rei dedit antedictus wicbaldus Comes per noſtram ſibi datam licentiam prenominato uulchero Epiſcopo ad partem ſancti ſaluatoris et Monaſtery ſancti Kyliani martiris. ubi ipſe precioſus cum ſociis ſuis corpore requieſcit. quicquid habebat infra marcha. uillarum duarum quarum vocabula ſunt Quirnaha. Bleiclfeld. cum terris domibus. ediuiciis. mancipiis pratis. paſcuis. ſiluis. aquis. aquarumve decurſibus. cultis. et incultis. vnde et duas commutationes pari tenore conſcriptas. manibusque bonorum hominum roboratas premanibus ſe habere profeſſi ſunt. ſed pro integra firmitate petierunt celſitudini noſtre. ut ipſas commutationes denuo. per noſtrum manſuetudinis preceptum plenius confirmare deberemus. quorum petitionibus denegare nolumus. ſed ſicut vnicuique fidelium. noſtrornm iuſte et rationabiliter petentium. ita nos illis conceſſiſse cognoſcite. Precipientes ergo iubemus. ut quicquid pars iuſte et legaliter alteri contulit parti. deinceps per hanc noſtram auctoritatem iure firmiſſimo teneat Atque poſſideat. et quicquid exinde facere voluerit. libero in omnibus perfruatur arbitrio Et ut hec auctoritas inviolabilem Atque inconvulſam obtineat firmitatem de anulo noſtro ſubter eam ſigillare precepimus. Hirminmarvs Ad uicem fridigiſi Abbatis recognoui.

Data. VIII Kalendas January. Anno Chriſto propicio. X. Impery domini Lvdewici. piiſſimi auguſti. Indictione Prima. Actum franconovurdi. Palatio Regio. In dei nomine feliciter amen.

a) Ex libro cop. Lupoldi de Bebenburg num. VI. et ex libro albo privilegiorum circ. a. 1278. conscripto f. 73.

b) In copia bebenburgiana desunt notae chronologicae, ex laudato libro albo priv. suppletae, per omnia consentientes sibimet et aliis diplomatibus huius imperatoris Francofurti 19. Decemb. 823. datis et inter

authographa n. 10 et 11 exhibitis, similiter suppletus ex eo est quidam locus hic omissus.

c) Editum ab Eckhart. Franc. orient. II. 883. n. 8, qui vero in commentariis ibid. 179. perperam annum imperii IX. notavit, ut ad ann. Ch. 822. hoc instrumentum posset referre.

XXI.

Inter annos 824 — 827.

Ludowicus pius ecclesiam S. Emmerammi, iuxta muros civitatis Ratisponae, iam sub patre suo, Carolo magno, a cathedrali ecclesia in ipsa civitate auctoritate Leonis papae separatam, liberam a potestate ducis et episcopi declarasse dicitur.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti dei omnipotentis. Lvdowicus diuina fauente gratia rex. Oportet igitur noſ qui diuina ſumus gratia quodammodo ceteriſ mortalibus ſublimati eius in omnibus parere praeceptiſ cuius clementia exiſtimus prelati. atque cuius praecellimus munere. loca utique ipſius ſibi dicata ante omnia noſtris rebus ſublimare atque dilatare (debemus) quoniam hoc procul dubio ad ſaluationem corporiſ et animae noſtre fore creditur. Idcirco oportet noſ ob amorem domini noſtri Jeſu Chriſti et matriſ eiuſ Marie inuidiam deſtruere malignorum Spirituum et hominum quam nolumus manere quae eſt in ratiſpona ciuitate intra aeccleſiam ſancti Stephani prothomartiris ubi modo ſedes epiſcopalis eſt et intra eccleſiam ſancti Emmerami precioſi martyris iuxta muroſ eiusdem ciuitatiſ ubi cathedra erat Pontificis usque dum pater meus Karolus Magnus anno ab incarnatione Domini DCCXCVIII. cum auctoritate leoniſ papae deſtruxit. et cum conſenſu adalwini epiſcopi eiusdem ciuitatis in ciuitatem ſtatuit. et confirmauit eccleſiam precioſi martiris emmerami recta ratione ad poteſtatem

imperatorum ſiue regum pertinere. et rectorem eiusdem cenobii unoquoque anno romam perſoluere VII. aureoſ ad altare ſancti Petri. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet futurorumque ſollertia. quod noſ confirmamus eandem aeccleſiam cum auctoritate Evgenii papae absque omnium hominum contradictione omni tempore permanere in regimine imperatorum ſiue regum et eundem cenſum ad romam dare. et ea uidelicet ratione confirmamus. ut neque dux neque Epiſcopuſ ullam habeant poteſtatem intuſ et foriſ ſed totum quod ad eandem eccleſiam pertinet. in iuſ et dominationem ſancti emmerami martiriſ prouiſorumque eius tradimus atque tranſſundimus et per hoc noſtre auctòritatiſ praeceptum plenius in dei nomine confirmatum nullo inquietante ſed deo auxiliante ad ſeruitium ſancte Mariae et ſancti Petri. ſanctique emmerammi martyriſ monachorumque eius qui ibidem domino famulantur omni tempore absque ullius contradicentiſ obſtaculo tradita et firmata permaneant. Et ut haec auctoritaſ confirmationiſ noſtre firmior habeatur et per futura tempora melius conſeruetur. eam ſigillo pape et de annulo noſtro ſubter iuſsimus ſigillari.

a) Ex cod. I. S. Emmerammi saec. XI. incipiente certe ante an. 1031. conscripto, fol. 58. num. 46. et ex cod. Udalrici bambergensis ap. Eckhard. corp. hist. II. 51. num. 43., qui unum tantummodo vocabulum aliter legit: *eam* pro *cum*.

b) Notas chronologicas omisit fabricator spurii huius instrumenti, initio saec. XImi illud ad regimen Eugenii II. papae referens, qui ecclesiae universali praefuit ab an. 816. 16. Febr. usque ad an. 827. mensis Augusti.

c) Editum in L. Hochwart. catal. ep. ratisb. apud Oefele I. 169. in Hund. metr. I. edit. Mon. 224. edit. Ratisb. 150. in Pez. thes. I. III. 6. in libr. probat. S. Emmer. 16. n. 4. in iam laudato codice Udalrici bamb. l. c., in Hansizii Prodromo de episcopatu ratisbon. p. 106 et 107. subiecta acri censura.

d) Mendosum instrumentum in multis esse Critici omnes censent, nec ipso contradicente auctore libri probationum S. Emmer. l. c. p. 19 et

20. cnfr. Mabillonium de re diplomat. libr. II. c. 4. n. 8. et Heumannum de re dipl. cap. III. §. 90. num. 19. qui ambo censuram suam paucissimis absolvunt. Potissima, quae veritati historicae contradicunt, ista habentur:

1) Titulus regis tempore Eugenii II. papae, Ludowico pio, iam ab an. 814. imperatori, tributus;
2) mos aeram christianam notandi, aeque in bullis pontificiis ac in chartis imperatorum ac regum tunc insolitus;
3) mentio sigilli papalis cum annulo imperiali, cum Ludowicus pius nunquam cum papa Eugenio convenerit, neque in Italia, neque in Germania aut Gallia.
4) mentio ducis (Baioariae), quo tempore in toto imperio Ludowici tres filii eius potestate partim imperiali, partim regia, provinciis praecssent.

XXII.

Anno 828. 22. Mart. Aquisgrani.

Ludowicus pius et Lotharius I. imperatores monasterio Cremisa, sito in pago Trungowe, donant quoddam territorium iuxta montem Sumarperch, terminis descriptum, in pago Grunzwiti, ubi monachi praefati monasterii ecclesiam et domus construxerunt.

In nomine domini dei et Saluatoris noſtri Jeſu Chriſti Hludowicus et Hlotharius diuina ordinante prudentia. Imperatores auguſti. Si erga loca diuino cultui mancipata. imperiali more beneficia largimur oportuna id nobis procul dubio ad ſtabilitatem imperii noſtri et anime ſalutem perficere minime dubitamus. Igitur notum eſſe uolumus cunctis fidelibus ſancte dei Eccleſie et noſtris preſentibus ſcilicet et futuris, quia ad deprecationem dilecti filii noſtri Ludowici regiſ Baioariorum et Ge-

roldi Comitis conceſſimus Cuidam Monaſterio noſtro cuius vocabulum eſt Cremiſa. quod eſt conſtructum in honore et uenerationc domini et ſaluatoris noſtri Jeſu Chriſti ſitum in pago Trungowe ubi preſenti tempore uir Honorabilis Sigehardus Abbas preeſt. et monachis ibidem per tempora degentibus quoddam territorium quod eſt in pago Grunzwiti iuxta montem Sumarperch. quod uſque modo ſerui uel Sclaui eiuſdem monaſterii ad cenſum tenuerunt. quia (qui) ad partem Comitis ſoluebatur. ubi etiam monachi de prefato monaſterio eccleſiam et domos et cetera edificia conſtruxerunt. Quod territorium ita terminatur. Incipit enim ex plaga orientali a Sumerperch ſicut miſſi Geroldi deſignauerunt. uſque in Dreiſma ad locum qui uocatur Hohogapleichun et inde ſurſum uſque ad territorium epiſcopatus eccleſie patauienſis. et exinde ad plagam auſtralem. uſque in Heribrunnun. Deinde ex parte occidentali uſque ad eum locum ubi Flinſpach exit de ſilua a parte aquilonis. ſicut ipſa ſilua pergit uſque ad iam dictum montem. qui dicitur Sumerperch. Memorato uero territorio quantumcunque infra ſupraſcripta terminatione conſiſtit. ſaluis tamen proprietatibus liberorum Sclauorum reliquum quicquid infra has terminationes preſenti tempore ad partem Comitum pertinebat omnia ſuper dicti monaſterii Chremiſe per hanc noſtram auctoritatem preſentaliter tradimus. et de noſtro iure in ius et dominationem eius tranſfundimus. ita uidelicet ut quicquid de prefatis territoriis ob utilitatem et profectum preſcripti monaſterii rectores et miniſtri eius facere uel iudicare uoluerint libero in omnibus potiantur arbitrio. faciendi quicquid elegerint. Et ut haec auctoritaſ noſtris futuriſque temporibus domino protegente ualeat inconuulſa manere. manibus propriis noſtris ſubter firmauimus. et anuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Signum Hludowici ſereniſſimi imperatoris (Monogramma). Signum Lotharii glorioſiſſimi imperatoris auguſti (Monogramma). Duranduſ Dyaconus ad uicem Fridagiſi recognoui. Data XI. Kalendas aprilis anno Chriſto propicio XV. imperii domini Ludowici ſereniſſimi imperatoris et Lotharii VI. Indictione VI. Actum aquiſgrani. palacio regio. In dei nomine feliciter amen.

a) Ex tribus antiquissimis libris copialibus episcopatus pataviensis, I. f. 11. II. f. 37. b. III. f. 45.

b) Indictio et anni imperii utriusque imperatoris conveniunt anno Chr. 828.

c) Editum in Rettenpacher annal. cremifan. 30—32, memoratum et illustratum à Pachmayr in hist. cremif. 17.

XXIII.

Anno 829. 18. Novembr. Regansburch.

Ludowicus rex Baioariorum, postea dictus germanicus, controversiam de terminis dyocesium salisburgensis et pataviensis prope montes Comagenos, per ripas utriusque fluvii Sprazae definiisse, sicque utrosque antistites, Adalrammum archiepiscopum, et Reginharium episcopum, ad mutuam concordiam revocasse dicitur.

In nomine domini dei et ſaluatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludowicus diuina ordinante providentia Rex Baioariorum. Notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini preſentium ſcilicet et futurorum. qualiter uiri venerabiles adalrammus juuauenſis eccleſie archiepiſcopus. et Reginharius patauienſis Sedis epiſcopus ad noſtram uenientes preſentiam non minimam inter (se) queſtionem habuerunt. ſuper parrochia que adjacet ultra Comagenos montes. Nam adalrammus archiepiſcopus dicebat Arnonem anteceſſorem ſuum ipſam parrochiam habuiſſe et ibi predicaſſe atque predicaſſe. Reginharius epiſcopus dicebat ipſam parrochiam ad dyoceſim patauienſium pertinere debere. Nos autem audita atque diſcuſſa eorum queſtione. ut in unam eos Karitatem atque concordiam reuocaremus. et ut in futurum tam inter ipſos quam et Succeſſores eorum omnis controuerſia atque diſceptatio penitus

tus fuiſſet ablata, predictam parrochiam eo modo inter eos diuidere iuſſimus. ut Reginharius epiſcopus habeat ad Dyoceſim ſuam de illa occidentali parte fluvii (fluuium) qui uocatur Spraza ubi ipſa exoritur et in aliam Sprazam cadit. et ipſa in Rapam fluit. Adalrammus uero Archiepiſcopus ex occidentali ripa ſupradictarum aquarum in Orientali et in Auſtrali parte ad dyoceſim Juuauenſem. Et ita inantea ſicut Arno anteceſſor eius habuit pleniter habeat. Hac igitur diffinitione a nobis promulgata precipimus atque iubemus. ut tam preſentes uiri. Adalrammus ſcilicet Archiepiſcopus et Reginharius antiſtes quam et Succeſſores eorum in futurum contenti ſint ex utraque parte noſtro iudicio. ut inter eos ſecundum rectitudinis normam propter Karitatem et pacem quam inter tales uiros decet conſeruandam. iudicauimus. Et ut de hac re nulla amplius queſtio uel controuerſia moueatur hanc igitur noſtre auctoritatis iuſſionem conſcribere iuſſimus. Et ut certius credatis anulo noſtro iuſſimus ſigillari. Actum ad Reganſburch regio palacio. anno domini DCCCXXVIIII. Indictione VIII. anno XVII. Hludowico Imperatore filio eius Hludowico regnante in Baioaria. anno V. XIIII. Kal. Decembris et Luna XVI. Angelmarus ad uicem Gozbaldi ſcripſi et ſupſcripſi.

a) Ex solo codice Ionstorfiano sive III. f. 63. b.

b) Notae chronologicae utcumque inter se concordant: Indictio, nimirum caesarea dicta, annus imperii duobus mensibus anticipatus, et annus regni a mense Octob. 825. computatus, luna denique unitate decurtata, sive postridie novilunii numerari incepta.

c) Ineditum, copiose autem extractum ab Aventino inter eius excerpta pataviensia apud Oefele I. 704. a.; memoratum etiam in Hund. metr. I. edit. Mon. 296. ed. Ratisb. 197. et in Hansiz. Germ. sacr. I. 155.

d) Extraordinaria in hocce instrumento ista sunt: 1. usus aerae christianae; 2. defectus monogrammatis, passim in caeteris transsumtis ipsius codicis Ionstorfiani occurrentis; 3. locus recognitionis insolitus. Quae omnia, simul considerata, persuadent, ad formam potius actorum sive, quod aiunt, protocolli, quam iusti diplomatis, istud instrumentum pertinere.

XXIV.

Anno 830. 6. Octobr. Ragenaburch.

Ludowicus rex Baioariorum Gozpaldo summo palatii capellano et abbati in Altaha, necnon ipsi monasterio confirmat possessiones in Wachawa in terra Avarorum Marchiaque.

In nomine domini noſtri ihesu chriſti Dei omnipotentis HLUDOWICUS diuina fauente gratia rex baioariorum. Si igitur erga loca diuiniſ cultibus mancipata propter amorem dei eorumque in eiſdem lociſ ſibi famulantibuſ (ium) beneficia oportuna largimur. premium nobis apud dominum in eterna beatitudine recipere confidimus. Proinde notum ſit omnibus fidelibus ſancte dei eccleſie noſtriſque preſentibus ſcilicet et futuris. quia uir Venerabilis Gozbaldus ſacri Palacij noſtri ſummus Capellanus et Abba Monaſterij quod dicitur Altaha quod eſt conſtructum in honore ſancti MAURICII. martyriſ Chriſti. adiens excellentiam noſtram innotuit clementie noſtre qualiter poſtquam terra Auarorum ex parte ab auo noſtro domno Karolo Imperatore capta fuiſſet. Ipſius permiſſu atque conſenſu quedam res in ipſa Marchia ad iuſ regium pertinenteſ eidem monaſterio collate fuiſſent, quas etiam uſque nunc predictum poſſedit Monaſterium. Sed quia auctoritaſ traditioniſ exinde minime apparebat. deprecatuſ eſt idem Gozbaldus Abba ut noſtre auctoritatis largitionem atque confirmationem eidem daremus Monaſterio. per quam ipſas res inpoſterum predictum Monaſterium ciuſque rectores abſque cuiuſlibet impedimento aut contradictione tenere et dominare potuiſſet. (ent) Cuiuſ deprecationem (ni) propter diuinum amorem et reuerentiam ipſius ſancti loci libenter annuimus. et ipſas res perpetuo poſſidendas. ſollempni datione eidem conceſſimus Monaſterio. id eſt locum qui nuncupatur Wachawa. qui terminatur a fonte riuuli qui uocatur Mvſtrica. uſque in eum locum

ubi ipſe Danubium influit ac deinde tendit ſurſum in ripam Danubij. uſque in Bochbach. et vltra bochbah manſum unum. et inde iuxta bochbah ſurſum uſque in uerticem montiſ qui nuncupatur Ahornico nec non et alium locum nuncupatum Accuſbach iuxta ripam Danubij cuius menſura eſt in longitudine miliarium unum et ſimiliter in latitudine. nec non et campum unum qui continet manſum unum quem inter iacet cauſa FRiſingenſis eccleſie. Has itaque res cum mancipiiſ domibuſ, Edificiiſ. vineiſ. terriſ. ſiluiſ. Pratiſ Paſcuiſ. Aquiſ Aquarumve decurſibus. quantumcumque infra predicta terminia (terminos) de eiſdem rebus continetur totum et ad integrum in ius et dominationem predicte eccleſie perpetualiter ad habendum conferimus. Ita uidelicet. ut quicquid de ipſis uel in ipſis rectores et miniſtri ſupra memorate ſedis ob utilitatem et comoditatem ipſius eccleſie facere uel iudicare uoluerint liberam in omnibus habeant poteſtatem faciendi quicquid elegerint. Et ut hec auctoritaſ largitioniſ atque confirmationiſ noſtre per curricula annorum inuiolabilem atque inconuulſam obtineat firmitatem Manu propria ſupter firmauimus et anuli noſtri inpreſſione ſignari iuſſimus. Adalleodus diaconus ad uicem Gozbaldi recognoui. Datum pridie nonaſ Octobris. Anno Chriſto propitio XVII. Regni domni HLudowici ſereniſſimi Auguſti. Indictione VIIII. Actum Ragenſburch ciuitate. In dei nomine feliciter. Amen.

a) Ex codice membranaceo Hermanni abb. niederaltach. fol. 67. b. num. 6, ubi quaedam per litteras notata inveniuntur, ab editoribus minus bene lecta; vocabula quoque imperii ac regni signo deletionis subducta sunt, adeoque ab Hermanno abbate haud bene intellecta, qui hoc diploma extra locum suum sive ordinem chronologicum disposuit.

b) Indictio caesarea et reliquae notae chronologicae conveniunt in annum Chr. 830.

c) Editum in Hund. metr. II. ed. Mon. 12. edit. Ratisb. 9. et in Mon. boic. XI. 104. num. 5. ubi p. 105. lin. 14. leg. Mustrica; lin. 16. post vocabulum alterum Bochbach potius Bochbah inserantur haec ibi omissa: mansum unum. et inde iuxta Bochbah.

d) Locum confirmatum inscriptio numeri et summarium designant nomine: Spitz sive Spitze.

XXV.

Anno 831. 14. Maii. Ingelinheim.

Ludowicus pius imperator monasterio Campidona decimam partem de omni tributo concedit, quod a populo in duobus comitatibus Attonis, qui sunt in Bertoldesbara, ad partem publicam exigitur.

In nomine domini dei et ſaluatoriſ noſtri iheſu chriſti. Hludouuicus diuina ordinante prouidentia imperator auguſtus. Si locis deo dicatiſ ſeruiſque dei in eiſdem lociſ conſiſtentibus talia conferimus. de quibus uberiuſ et abundatius (abundantius) ſubſidia neceſſaria eiſ et miniſtrari et procurari poſſint. inde praemia beatae et aeternae uitae promereri posse confidimus. Idcirco notum fieri volumus omnium fidelium noſtrorum tam praeſentium quam futurorum induſtriae. qualiter nos pro emolumento animae noſtrae decimam partem de omni tributo et de hiſ omnibus quae a populo in duobus comitatibus attonis qui sunt in bertoldeſbara ad partem publicam exigitur. monasterio quod dicitur campidona ubi praeſenti tempore uenerabiliſ tatto abba paſtor et rector eſſe dinoſcitur. ad neceſſitates fratrum ibidem conſiſtentium peragendas concedimus. Et ideo hanc noſtram auctoritatem firmitatiſ gratia fieri decreuimus. ut per eandem auctoritatem ad partem iam dicti monaſterii ſemper conceſſum habeatur. et ſicut dictum eſt ad ſupplementum alimoniarum ſeruorum dei et receptionem pauperum ibi aduenientium faciendam recipiatur. Et ut haec nostra auctoritas perpetuo inuiolabilius perſeueret. de anulo nostro subtus eam iuſſimus ſigillare. Signum domni (Monogramma) hludouici imperatoriſ auguſti. Hirminhardus (Hirminmaris) notarius ad uicem fridugiſi recognoui et ſubſcripſi (Signum recognitionis).

Data pridie idus maii. anno chriſto propitio. XVIII. imperii domni hludouuici piiſſimi auguſti. indict. VIIII. Actum ingelinheim palatio regio in dei nomine feliciter. AMEN.

a) Ex codice antiquissimo copiali monasterii campidonensis, medio saec. XI. conscripto, fol. 56. b.

b) Indictio et annus imperii respondent anno Ch. 831.

c) Editum in Neugart cod. Alemanniae dipl. II. 4. num. 804. ex eodem codice.

XXVI.

Anno 832. 28. Mart. Aquisgrani.

Ludowicus pius imperator monasterio Campidona perplures hubas, in pagis Hilargowe, Nibilgowe, Augustgowe, Gildinstein, Lintgowe et Albinesbara donatas, confirmat et censum, qui ad publicum exigebatur, remittit.

In nomine domini dei et ſaluatoriſ noſtri iheſu christi. Hludowicus diuina ordinante prouidentia imperator augustus. Si lociſ deo dicatiſ propter amorem dei eique inibi famulantes liberalitatiſ noſtrae munere de rebus tranſitoriiſ et caducis aliquid conferimus. praemium apud dominum aeternae remunerationiſ nobis rependi non ambigimus. Igitur notum eſſe uolumus omnium fidelium noſtrorum induſtriae praeſentium ſcilicet et futurorum qualiter tatto abba ex monaſterio nuncupato campidona in quo corpora beatorum martyrum chriſti gordiani et epimachi requieſcunt. acceſſit ad aures clementiae noſtrae. ac nobis innotuit. diceſ quod ſuperioribus anniſ temporibus uidelicet domni et genitoriſ noſtri Karoli piissimi imperatoriſ ſimul et noſtriſ temporibus a quibusdam liberis hominibus in pago hilargowe

et nibilgowe hobae octoginta duae et in pago auguſtgowe et gildinſtein hobae decem. et in pago lintgowe hobae tres. et in pago albineſbara hoba una ſollempni donatione per publica conſcripta ad ius memorati monaſterii traditae atque delegatae habeantur et poſſideantur. Et quia ex eiſdem hobiſ cenſuſ annualiſ ad publicum perſoluebatur. peciit ac deprecatus est noſ. ut per noſtrae auctoritatis conſcriptum et eaſdem hobaſ eidem monaſterio confirmando concederemus. et cenſum qui ab eiſ ſicut diximus ad publicum exigebatur ad augmentum alimoniarum ſeruorum dei inibi deo famulantium in elemoſina noſtra concederemuſ. Cuius poſtulationi pro aemolumento animae noſtrae libenter annuimus. et hoc noſtrae auctoritatiſ praeceptum eidem monaſterio fieri decreuimuſ. per quod poſtulata concedimus. et interdicendo praecipimus. ut nullus abhinc in futurum aut aliquid de eiſdem hobis diminorare aut aliquem cenſum uel redibitionem exinde quoquo modo exigere praeſumat. ſed quieto ordine perpetua poſſeſſione a praelatiſ uel agentibus memorati monaſterii teneantur et possideantur. Ea tamen conditione premiſſa conceſſimus. ut nemo prelatorum uel agentium huius monaſterii ea in poſtmodum a quolibet accipiat. unde ad publicum cenſus uel aliqua functio perſoluitur. Et ut haec auctoritas firmum et inuiolabilem obtineat uigorem. de anulo noſtro ſubter eam iuſſimuſ affignare. Hirminhardus (Hirminmaris) notarius ad uicem fridugisi recognoui et ſubſcripſi (Signum recognitionis). Data V. Kalendas aprilis anno chriſto propitio. XVIIII. imperii domni hludowici ſereniſſimi imperatoriſ. indictione. X. Actum aquisgrani palatio regio in dei nomine feliciter AMEN.

a) Ex antiquissimo libro copiali campidonensi saec. XI. fol. 68.

b) Indictio et annus imperii conveniunt cum anno Chr. 832.

c) Editum a Neugart in cod. dipl. Alemanniae II. 5. num. 805. ex eodem codice.

XXVII.

Anno 832. 13. Jul. Frankenfurt.

Ludowicus pius imperator monasterium Hasarieht, novo opere a Cadoldo super flumen Altmuel constructum, eo quod pauperrimum erat, ad preces Deokarii abbatis, a publicis servitiis eximit.

In nomine domini dei et ſaluatoris noſtri Jeſu Chriſti. Lvodewicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Si locis deo dicatis quoddam honoris conferimus et deo in eis famulancium, pacis, et tranquillitatis curam gerimus et ad miniſterium ſuum liberius exequendum, opem ferimus hoc nobis procul dubio ad ſtatum terreni regni corroborandum, et ad eterne vite beatitudinem cappeſsendam profuturum eſse confidimus. Idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus ſancte dei eccleſie, et noſtris preſentibus ſcilicet et futuris. Quod venerabilis Deokarius Abbas, ex monaſterio cuius vocabulum eſt Haſarieht, accedens ad aures manſuetudinis noſtre. Retulit nobis, qualiter quidam religioſus vir nomine Cadoldus memoratum monaſterium Haſenrieht nouo opere in honore domini noſtri Jeſu Chriſti ſuper fluuium Altmvel conſtrui fieret religioſosque viros ut inibi ſub regula ſancti benedicti deo militarent hinc inde colligendo adgregauerit. et res Sibi proprias vnde idem ipſi et ſucceſsores eorum, qui per ſucceſsiones ad idem locum aduenturi erant ſubſidium neceſsarium habere potuiſsent eidem monaſterio contulerit, ſed quia idem ipſi (ipſe) locus rebus pauperrimus erat. et turma religioſorum virorum ſub regula ſancti benedicti, deo militancium ibi non modica conſtituta habebatur. Idem religioſus Deokarius abbas peciit ac deprecatus eſt nos, vt memoratum monaſterium in elemoſina noſtra ab omni publica functione per *noſtre* auctoritatis preceptum inmunem eſse ferifsemus (feciſſemus). Cuius peticioni ac deprecationi propter honorem et amo-

rem domini noſtri Jeſu Chriſti libenter annuimus, et hanc noſtre auctoritatis preccpcionem fieri decreuimus, per quam memoratum monaſterium ab omni publico ſeruicio uel functione, noſtris et ſucceſsorum noſtrorum temporibus ita inmunem eſse conſtituimus, vt memoratus abbas, aut ſucceſsores eius neque legacionibus, neque miſsis diſcurrentibus neque nobis neque filiis noſtris, inde ſeruiant aut aliquas privatas uel publicas functiones ex rebus preſcripti monaſterii faciant, quando contigerit nobis aut illi qui deo annuente imperialem locum noſtrum poſt nos obtinebit, per loca eidem monaſterio contigua tranſire, tunc iuxta qualitatem uel poſsibilitatem rerum ſuarum, ſecundum quod ordinatum fuerit, aut ſingillatim, aut cum aliis tale ſeruicium cum alimônijs dandis inde exhibeant ne morathorum (monachorum) ſtipendia exauriantur, ſed eis pleniter adminiſtrata eſse poſsint, quatenus et idem ipſi deo ſeruire et pro nobis continue filiisque noſtris ac cuncto populo francorum domini miſericordiam exorare delectet. Et ut hec auctoritas perpetuum obtineat uigorem, de annulo noſtro ſubter eam iuſsimus Sigillare.

Data III. Idus Julii. Anno Chriſto propicio XVIIII. Imperii domini Ludewici piiſsimi Auguſti. Indictione X.

Actum Frankenfurt, Palacio Regio in dei Nomine feliciter Amen.

a) Ex libro copiali eichstettensi saec. XII. finiente incepto et usque ad saec. XIV. continuato vid. fol. 19. confr. fol. 11.

b) Indictio et annus imperii respondent anno Chr. 832.

c) Editum in Falkenstein cod. dipl. antiq. Nordgav. 11. n. 5. sed valde incorrecte, nonnullis vocabulis erronee lectis aut mutatis. Iterum accuratius editum a Barth in der Gesch. des Benedictiner-Klosters Hasenrieth ap. Büttner in Franconia II. 47. n. 1. ubi etiam notatur locus sigilli cum Hirminmari notario ad vicem Theotonis, nimirum ex originali, quod adhuc desideratur.

XXVIII.

XXVIII.

Anno 832. 13. Jul. Frankenfuort.

Ludowicus pius imperator commutationem bonorum in pago Magininsi et in castro Bodobrio, inter Theuhtgarium abbatem hasenriedensem et Tanculfum camerarium imperatoris factam, confirmat.

In Nomine domini dei et Saluatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ludewicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Si enim ea, que videlicet Imperii noſtri (fideles) pro eorum oportunitatibus inter ſe commutauerint, noſtris confirmamus edictis, Imperialem exercemus conſuetudinem, et hoc in poſtmodum iure firmiſsimo manſurum eſse volumus. Idcirco notum eſse volumus omnium fidelium noſtrorum ſagacitati. Quia fidelis noſter. Richardus innotuit nobis, qualiter venerabilis Teuhtgarius abbas ex monaſterio, quod dicitur Haſenrida, quandam paginam terre Cum Tanculfo camerario fidelique noſtro pro amborum (ambarum) partium oportunitate commutaſset. Dedit igitur memoratus venerabilis Teuhtgarius abbas per noſtram licentiam de rebus antedicti Monaſterii ſui in pago magininſe in caſtro quod dicitur Bodobrium predicto Tanculfo camerario noſtro et ad proprium ad habendum quandam pagina (paginam) de terra et econtra in compenſacione cuius (eius) pagina (paginae) dedit predictus Tanculfus camerarius noſter in predicto pago, atque predicto Caſtro de rebus Sibi propriis predicto Teuhtgario abbati ad partem prenominati Monaſterii paginem (am) de terra. vnde duas commutaciones pari tenori conſcriptas manibusque bonorum hominum roboratas illis pre manibus ſe habere profeſsus eſt. ſed pro integra firmatione (firmitate) peciérunt celſitudinem noſtram, ut ipſas cautiones (commutaciones) denuo per noſtram manſuetudinis preceptum plenius confirmare deberemus. quorum peticionibus (aſſenſum) denegare noluimus, ſed ſicut unicuique

fidelium noſtrorum juſte et racionabiliter petencium ita nos conceſsiſse atque in omnibus confirmaſse cognoſcite. Precipientes ergo iubemus ut quicquid pars iuſte et legaliter alteri contulit parti deinceps per hanc noſtram auctoritatem iure firmiſsimo teneat atque poſsideat et quicquid exinde facere voluerit liberam in omnibus pociatur arbitrio faciendi. Et ut hec auctoritas firmior habeatur de anulo noſtro ſubter iuſsimus Sigillari.

Data III. Idus Julii. Anno Chriſto propicio XVIIII. Imperii domni Ludewici ſereniſsimi Imperatoris. Indictione X.

Actum frankenfvort. In dei Nomine feliciter Amen.

a) Ex lib. cop. eichstet. f. 11, ubi quaedam litteris cursivis hic expressa, recenti manu licet male correcta, et supra lineam inscripta sunt.

b) Indictio et annus imperii respondent anno Ch. 832.

c) Editum in Büttner Franconia II. 50. n. 2.

XXIX.

Anno circa 833. Regnesburch.

Ludowicus rex Baioariorum, postea dictus germanicus, fideli suo Gauzberto sive Gozberto diacono hobas duas in loco Thisarespach donat, quas hic ipse iam olim a quibusdam barscalcis regiis comparavit.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti dei omnipotentis. Ludowicus diuina largiente gratia Rex Baioariorum. Decet regiam dignitatem fideles ſuos honorare in hiis que ſibi conpetentibus iuſte cognouerint. Proinde nos morem parentum noſtrorum regum uidelicet ſequentes libuit excellentie noſtre fidelem quendam noſtrum. nomine Gauzbertum diaconem (diaconum) de quibusdam rebus honorare atque in eius iuris poteſtatem libe-

ralitatis noſtre gratia conferre. Idcirco nouerit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum magnitudo, quia nos conceſſimus eidem Gauzberto diacone (diacono) ad proprium quaſdam res quas ipſe iam olim dicta ſua precia (dato ſuo pretio) de quibusdam barſcalcis noſtris comparauit. que ſunt in loco qui dicitur Thiſareſpach. id eſt hobas duas cum Caſis deſuper poſitis. edificiis cultis terris et incultis. ſiluis. paſcuis. aquiſ. aquarumque decurſibus adiacentiis. preuiis et inuiis. exitibus et regreſſibus. queſitum et inquirendum quantumcunque de predictis rebus preſenti tempore in quolibet loco eſſe uidetur. totum et ad integrum eidem Gozberto diacono ad proprium conceſſimus. et de noſtro iure in ius et donationem liberalitatis noſtre munere contulimus. ita uidelicet ut quicquid exinde ab hodierno die et tempore iure proprietario facere uel iudicare uoluerit. libero in omnibus perfruatur arbitrio faciendi quicquid elegerit. Et ut hec auctoritas largitionis noſtre per curricula annorum inuiolabiliter atque inconuulſam obtineat firmitatem. manu propria ſubtus firmauimus. et anuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Signum Ludowici glorioſiſſimi regis (Monogramma). Adalleodus dyaconus ad uicem Gauzbaldi recognoui. Actum Regneſburch in dei nomine feliciter amen.

a) Ex tribus antiquissimis libris copialibus, I. f. 12. b. II. 38. b. III. 43. b.

b) Ubique deficiunt notae chronologicae, quae si defuerint in prototypo, indicarent, ad tempus regiminis turbati in Germania, sive seditionis filiorum Ludowici P. adversus patrem, hoc instrumentum pertinere, scilicet post 27. Maii et 1. Octobris. anni 833, quando Ludowicus hic, antea rex Baioariae, factus et dictus est rex orientalis Franciae.

c) Ineditum.

XXX.

Anno 833. 13. vel 14. Febr. Regenesburc.

Ludowicus germanicus commutationem inter coniugem suam Hemmam, et Batrichum episcopum regenesburgensem factam, confirmat, nimirum coniux sua monasterium Oberunmunestri in eadem civitate ab episcopo praefato recepit, qui á rege eodem monasterium Manenseo ad Sctum Petrum et ad Sctum Emmerammum obtinuit pro fratribus Scti Emmerammi.

In nomine ſancte et indiuiduc trinitatiſ hluduuicuſ diuina fauente gratia rex. Notum ſit omnibus ſancte eccleſie fidelibuſ noſtriſque preſentibus ſcilicet et futuriſ qualiter clariſsima coniux noſtra hemma unacum ceteriſ noſtris fidelibus noſtram ſerenitatem deprecata eſt ut quandam commutationem cum batricho uenerabili ſancte eccleſie regeneſburgenſiſ epiſcopo faceremuſ hoc eſt ut ſupra memorata Kariſsima coniux noſtra monaſterium in eadem ciuitate quod dicitur oberunmuneſtri in quo ſanctaemonialeſ feminae deo famulari noſcuntur et quod praefatus uenerabiliſ epiſcopus uſque huc habuit per noſtram auctoritatem habere mercatur et prefatus epiſcopus econtra recipiat monaſterium quod dicitur manenſo. Cuiuſ igitur petitioni libenti animo aſsenſum prebenteſ decreuimuſ ita fieri ut illa poſtulauit. Dedimuſ itaque prefate Kariſsimae coniugi noſtre monaſterium in regeneſburc quod dicitur oberunmuneſtri cum conſenſu batrici prefati epiſcopi. Et econtra dedimuſ atque tradidimuſ prefatum monaſterium manenſeo ad ſanctum petrum principem Chriſti apoſtolum et ad ſanctum emmeramum martyrem Chriſti Et iuſsimus fieri noſtrae autoritatis (auctoritatiſ) preceptum per

quod decernimus atque iubemuſ ut ab hodierna die et deinceps memoratuſ epiſcopus per honorem beati petri apoſtoli et ſancti emmerammi martyris Chriſti idem monaſterium cum omnibuſ rebuſ ad hoc pertinentibus et omneſ ſucceſsores eiuſdem epiſcopi abque (absque) aliqua contradicione (dictione) filiorum noſtrorum omniumque inposterum ſuccenum (ſuccedentium) noſtrorum firmiter habeant et ſecuriter poſsideant quatenuſ fratres domino et ſancto emmeramo famulanteſ pro nobiſ atque coniuge nec non pro Kariſsima prole noſtra et ſtatu totiuſ regni noſtri inde meliuſ delectet domini clementiam exorare. Et ut haec auctoritaſ noſtrae conceſsionis firmior habeatur. et per futura tempora ab omnibuſ fidelibus noſtris melius credatur et diligentiuſ obſeruetur manu propria noſtra ſubter eam firmauimuſ et anuli noſtri impreſsione ſubter eam ſignare iuſsimus.

Data XVII. Kad. (Kal.) marcii anno dominice incarnationiſ DCCCXXXI. Indictione XI. anno regni ludouuici regiſ VII. Actum eſt regeneſburc in dei nomine feliciter Amen.

a) Ex cod. I. cop. S. Emmerami f. 34. b. num. 35.

b) Indictio et annus regni Ludowici germanici in Baioaria respondent anno Chr. 833, cui favet tempus iteratae eius cum aliis fratribus in patrem insurrectionis, quo prima vice diplomatibus suis addere neglexit annos imperii patris, Ludowici pii. Cum calendarium romanum non admittit XVII. Kalend. Martii, hic dies erronce positus est pro Idibus Februarii, aut abundat unitate, et legendus XVI. Kal. Mart. Aera autem ab incarn. dom. tunc adhuc insolita absque dubio a descriptore addita sive interpolata censetur.

c) Editum in Pez. thes. I. III. 14. n. 2. Lünig Spicileg. eccles. III. Theil. von Aebtiss. 177. Chronico lunelacensi I. 73. Libro probat. S. Emmer. 38. n. 12. Ried. cod. dipl. ratisb. I. 29. n. 27; memoratum autem in Mon. Boic. XI. 18.

XXXI.

Anno 833. 4. Mart. Ostrehoua.

Ludowicus, rex Baioariorum, postea dictus germanicus, Reginario pataviensi episcopo eiusque ecclesiae proprietatem in loco Litaha, super fontem Sconibrunno, in provincia Auarorum donat, ita tamen, ut Anno Corepiscopus et Anno nepos eius ad dies vitae eorum illam possideant.

In (n) omine domini noſtri Jeſu Chriſti dei omnipotentis. Hludowicus diuina largiente gratia Rex Baioariorum. Si liberalitatis noſtre munere de beneficiis diuinitus nobis collatis locis ſanctorum quiddam conferimus. id nobis procul dubio ad eterne remunerationis premia capeſcenda per futurum (profuturum) liquido credimus. Proinde nouerit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum induſtria. quia nos pro mercedis noſtre augmento conceſſimus eccleſie patauienſi. que eſt conſtructa in honore ſancti Stephani prothomartiris ubi etiam ſanctus Valentinus confeſſor Chriſti corpore requieſcit cui preſenti tempore uenerabilis uir Reginarius epiſcopus preeſſe uidetur. quaſdam res proprietatis noſtre que ſunt in prouincia Auarorum in loco qui dicitur Litaha (Lithaha) ſuper fontem qui uocatur Sconibrunno. quas olim Theodericus habuit in ſua poteſtate. Has itaque res ſicut diximus cum caſis. domibus. terris. cultis et incultis. pratis. ſiluis. paſcuis. aquis. aquarumve decurſibus adiacentiis. preuiis et inuiis. exitibus et regreſſibus totum et ad integrum quemadmodum predictus Theodericus eas habuit in ſua poteſtate. ita predicte eccleſie preſentaliter conceſſimus. et de noſtro iure in ius et dominationem eius liberalitatis noſtre munere conferimus ita uidelicet ut quicquid rectores et miniſtri ſupra dicte ſedis de ipſis rebus iure eccleſiaſtico facere uolue-

rint. libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi. tantum ſcilicet ut dum anno corepiſcopus atque anno Nepos eius aduixerint. ipſas res tenere et uſare (uſuare) faciant et nullus eis ipſas abſtrahere preſumat. et poſt illorum diſceſſum cum integritate ad eandem eccleſiam reuertantur. Et ut hec auctoritas largitionis noſtre per curricula annorum inuiolabilem atque inconuulſam optineat firmitatem manu propria ſubter firmauimus. et anuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Signum Ludowici glorioſſiſſimi regis (Monogramma). Adalleodus dyaconus. ad uicem Gauzbaldi recognoui. Datum IIII. Non. Martii anno XX. imperii domini Ludowici ſereniſſimi auguſti et anno VII. Regni noſtri. Indictione XI. Actum Oſtrehoua palatio noſtro in dei nomine feliciter amen.

a) Ex tribus antiquissimis libris copialibus, I. f. 21. II. f. 46. b. III. f. 44. b, in primo unicum vocabulum deest, ex incuria scriptoris.

b) Indictio et annus uterque imperii Ludowici P. et regni Ludowici german. in Baioaria conveniunt anno Ch. 833.

c) Ineditum.

d) Cnfr. diploma Ludowici II. suspectum 823. 28. Jun.

XXXII.

Anno 833. 17. Mart. Reginesburch.

Ludowicus rex Baioariorum, postea dictus germanicus, fidelem suum Hunrocum presbyterum manumittit, cui etiam res in loco ad montem Unruoches dicto, in pago Quinzinchewe, donat, quas ille hactenus sibi comparavit et secundum legem regi acquisivit.

In (n) omine domini nostri Jesu Christi dei omnipotentis Lhudowicus diuina fauente gratia Rex Baioariorum Si erga (o) eos qui iugo seruitutis detinentur obnoxii. liberos dimitimus preceptum diuinum per ysaiam prophetam obedimus dicentis. Dimitte eos qui confracti sunt liberos et omne onus dirumpe. Qua propter comperiat omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum sollertia. quia nos diuina inspiratione conpuncti fidelem quendam nostrum nomine Hunrocum presbiterum in procerum nostrorum presentia manu nostra propria excutientes a manu eius denarium. liberum dimisimus. et ab omni iugo seruitutis absoluimus. Et insuper concessimus ei ad proprium quasdam res et mancipia quas ille hactenus tam ex comparatione quam etiam ex donatione quorumdam hominum sive de quolibet attractu habere uisus fuit. Et ad nos secundum legem peruenerunt. que sunt in pago Quinzingewe. in loco qui dicitur ad illum montem ad unruochesf Has itaque res sicut diximus cum ecclesia ibidem constructa et cum domibus edificiis. mancipiis. utriusque sexus. terris. pratis. siluis. pascuis. aquis. aquarumve decursibus adiacentiis preuiis. exitibus et regressibus quantumcunque de predictis rebus presenti tempore esse uidetur totum et ad integrum uel inexquisitum eidem Hunroco presbitero ad proprium concessimus. et de iure nostro in ius et dominationem eius liberalitatis

litatis noſtre munere contulimus ita uidelicet ut quicunque (quodcumque) exinde ab hodierna die et tempore iure proprietatis facere uel iudicare uoluerit libero in omnibus perfruatur arbitrio. faciendi quicunque elegerit. Et hec auctoritas largitionis noſtre per curricula annorum inuiolabilem atque inconuulſam optineat firmitatem, manu propria ſubter firmauimus et anuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Signum hlodowici glorioſiſſimi regis (Monogramma). Adalleodus Dyaconus ad uicem Gunzbaldi recognoui. Datum XVI. Kal. aprilis anno XX. imperii domini hludowici ſereniſſimi auguſti anno VII. regni noſtri. Indictione XI. Actum Reginesburch ciuitate dei nomine feliciter amen.

a) Ex codice tertio, sive lonstorfiano fol. 64. b.

b) Indictio et annus uterque tam imperii Ludowici pii, quam regni Ludowici germanici in Baioaria conveniunt anno Chr. 835.

c) Copiose extractum ab Aventino inter eius excerpta passav. apud Oefele I. 704. erronee ad an. 829. editum in Wiener Jahrb. Bd. XLIV. Anzeigebl. 4. n. 21.

XXXIII.

Anno 833. 18. Decemb. Maguntiae.

Lotharius I. imperator monasterio Orembach (Hornbach) privilegium patris sui, Ludowici pii, super restitutione possessionum in loco, dicto „ecclesia Abbonis," et in Gylnheym confirmat.

In nomine Domini nostri Jesus Chriſti Dei eterni HLotharius diuina ordinante providentia Imperator Augustus Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei eiusque in eisdem locis ſibi famulantibus beneficia oportuna largimur primum nobis apud Dominum eterne remunerationis rependi non diffidi-

mus Igitur notum esse volumus omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industrie quia adiens Serenitatem culminis nostri quidam abba nomine Wyrundus ex Monasterio Orembach quod est proprium quibusdam fidelibus nostris lantberti scilicet et herardi constructum in honore sancti petri principis apostolorum detulit nobis auctoritates Domni et genitoris nostri Hludowici sereniſſimi Imperatoris in quibus continebatur qualiter quidam homines cupiditate ducti aliquas res in loco qui dicitur ecclesia abbonis ſeu mansum vnum iuxta ipsam ecclesiam videlicet (ex) rebus quas Hagano ibi delegavit cum omnia (omni) pertinencia ſua nec non in pago Wormacenſe in marcha gilmheym quidquid ipsum monasterium ibi habere videbatur iam olim per malum ingenium de predicto monasterio abstracte fuissent (abstraxissent) Et idem domnus et genitor noſter per suos miſſos hoc inquiſierat et ut iuſtitiam in ciſdem rebus eum habere cognovit per eaſdem auctoritates ad iam dictum monasterium. ipsas res confirmauerat Petiit obnixe ut noſtram ſuperadderemus auctoritatem per quam ipsas res abhinc inantea absque alicuius contrarietate idem monasterium tenere et poſsidere valeat Quapropter hos nostros imperiales apices erga Sepedictum monasterium fieri iussimus per quos praecipimus atque iubemus vt de predictis rebus nullus fidelium ſanctæ dei eccleſiae nostrorumque de predicto monasterio quid abstrahere aut minuere preſumat aut vllus (vllo) vmquam tempore vllam inquietudinem inferre valeat ſed liceat eas habere et possidere et quitquid inde predictus abba ſucceſſoresque ſui ad vtilitatem ſuam suorumque fratrum facere aut disponere ſeu ordinare voluerit (rint) liberam in omnibus habeant potestatem Et ut hec auctoritas confirmationis nostre firmior habeatur et per futura tempora melius conservetur de anulo noſtro ſubter iuſſimus ſigillari. Luithausus (Liuthardus) Notarius recognovi. Data XV. Kalend Januarii anno Christo propitio Imperii domni Hlotharii gloriosiſſimi augusti in francia I. In Italia XIII. Indictione XII. Actum Maguncia Civitate in Dei nomine feliciter amen.

a) Ex codice dankartiano f. 5. n. 10.

b) Indictio, caesarea dicta, annique imperii, italici et francici, respondent anno Chr. 833.

c) Ineditum. In omnibus autem convenit cum memorato diplomate Ludowici pii, quod carens anno ad an. 819. 7. August. collocatum est.

XXXIV.

Anno 833. 18. Decembr. Maguntiae.

Lotharius I. imperator monasterio Horumbach privilegium patris sui Ludowici imperatoris, super immunitate a tributis, sub eadem conditione confirmat.

In nomine domini noſtri Jheſu Chriſti dei eterni Hlotharius diuina ordinante prouidencia imperator auguſtus Si erga loca diuino cultui mancipata pro oportunitatibus ſeruorum dei ibidem conſiſtencium beneficia congrua ſine dubio concedimus (ſine dubio) ad eterne beatitudinis premia capescenda talia facta nobis proficere non diffidimus Igitur comperiat omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet et futurorum ſolercia quia vir venerabilis wyrundus abba ex monaſterio gamundias quod alio nomine Horumbach appellatur conſtructum in honore ſancte dei genitricis marie ſeu ſancti Petri principis apoſtolorum veniens ad nos detulit nobis preceptum domni et genitoris noſtri in quod reperimus inſertum qualiter auus noſter bone memorie carolus preſtantiſsimus imperator ſeu et proauus noſter pippinus glorioſus rex eundem locum propter diuinum frequentaſsent amorem et familiariter congregacionem ſub regulari habitu ibidem degentem intimo cordis amorem (c) dilexiſsent uel quomodo, propter eorum compendium de hominibus ingenuis qui ſuper terras ipſius monaſterii commanebant qui freda aut tributa aut cenſum ſeu heribannum aut aliqua exacta uel quaſcunque redi-

buciones ad partem fiſci perſoluere debebant conceſsimus (conceſſiſſent) ut ibidem in luminaria predicte eccleſie vel ad compendia monachorum ibidem degentium futuris temporibus proficeret in augmentum deprecatus eſt namque nos predictus abba ut pro mercedis noſtre augmento erga ipſum locum vel congregacionem ibidem deo famulancium ſimiliter concederemus Cuius peticionem (petitioni) libenter annuimus et ut a genitori (genitore) noſtro uel auo ſeu eciam ab anteceſsoribus eorum regibus ibidem conceſsum eſse cognouimus per hanc noſtram auctoritatem denuo confirmauimus ita tamen ut quamdiu heredes eiuſdem monaſterii ita indiuiſum eum (locum) manere permiſerint ut monachi ibidem deo famulantes preſentes et futuri regulam obſeruare valeant fiat indultum Quod ſi vero aliquas exinde diuiſiones fecerint ut ipſi monachi propoſitum ſuum ibidem obſeruare non valeant tunc quidquid exinde ad partem fiſci exactandum erat exactetur Quapropter precipimus omnibus ſancte dei eccleſie ac noſtris uel procuratoribus eorundem locorum preſentibus et futuris ut nemo de hominibus qui ſupra prefati monaſterii terras commanent freda nec tributa vel cenſum ſeu haribannum aut ulla exacta uel quaſcunque redibuciones que ad partem fiſci debebantur perſoluere (debebant perſolvi) exactare ab eis nec requirere preſumat ſed ſicut genitor et auus noſter ſeu anteceſsores illorum reges ibidem conceſserunt Ita et per hanc noſtram auctoritatem pleniter ad eorum ſtipendia concedimus quamdiu obſeruatum fuerit que (quod) ſuperius intulimus Et vndecunque predictum (monaſterium) noſtris anteceſsorumque noſtrorum temporibus iuſte et racionabiliter veſtituram habuiſse dinoſcitur vel quidquid eciam diuina pietas ibidem in antea augeri voluerit nullus eum (illud) iniuſte diſpoliare aud aliquid abſtrahere vel minuere preſumat ſed liceat eum (illud) cum omnibus ſuis rebus quamdiu ita fuerit conſeruatum ſicut ſupra intulimus per hanc noſtram auctoritatem integrum manere et ſaluum et ab infeſtacione malorum hominum quietum et a cunctis redibucionibus abſolutum ſicut ab anteceſsoribus noſtris ibidem indultum eſse cognouimus Et ut hec noſtre auctoritatis precepcio noſtris futuriſque temporibus firma et ſtabilis manere valeat et a fideli-

bus noſtris certius credatur annuli noſtri impreſsione ſubter eam ſigillari iuſsimus.

Linthauſus (Liuthardus) notarius recognouit.

Data XV Kalendas Januarias anno Chriſto propitio Imperii glorioſiſsimi auguſti lotharii in francia primo In Ytalia XIII Indictione XII. Actum Maguncia ciuitate in dei nomine feliciter amen. —

a) Ex codice dankartiano f. 1. num. 2.

b) Notae chronologicae, inter quas indictio caesarea est, inter se et cum historia Lotharii I. imp. conveniunt, et respondent an. Chr. 853, quo tempore Lotharius patrem exauctoratum sub custodia tenuit, novamque epocham imperii in francia adhibuit.

c) Editum in Actis mannheim. VI. 254. num. 7.

d) Memoratum privilegium Ludowici pii imp. vid. 819. 7. August.

XXXV.

Anno 833. 18. Decembr. potius, quam 17. Novembr. Maguntiae.

Lotharius I. imperator monasterio Haurumbach (Hornbach) libertatem a theloneis, ab avo et proavo nec non genitore suo, Ludowico imperatore, illi concessam, sub eadem conditione confirmat, si haeredes eiusdem monasterii ita indivisum illud manere permiserint, ut monachi ibidem regulam observare valeant.

In nomine domini noſtri Jheſu Chriſti dei eterni Hlotharius diuina ordinante prouidencia imperator auguſtus Notum ſit omnibus fidelibus noſtris ſeu iunioribus veſtris preſentibus et futu-

ris Quia Wyrundus abba ex monaſterio Gamundias quod alio nomine Haurumbach appellatur veniens ad nos detulit preceptiones aui et proaui ſeu et genitoris noſtri hludowici ſereniſſimi imperatoris necnon et anteceſsorum eorum regum in quibus invenimus inſertum qualiter ad ipſum monaſterium propter compendium monachorum ibidem conſiſtencium conceſsiſsent ut quandocunque fratres ibidem degentes in quaſcunque partes regni eorum miſsos ſuos negociandi cauſa dirigere voluiſsent licentiam haberent pergere abſque ullis exactionibus uel theloneis Peciit namque predictus Abbas ut nos ſimiliter eis pro mercedis noſtre augmento concederemus Cuius petitionem denegare noluimus ſed ita in omnibus conceſſum eſse omnes fideles noſtri preſentes et futuri cognoſcite Precipientes ergo iubemus ut ubicunque infra dicionem imperii noſtri eorum homines negociandi cauſa cum nauibus videlicet et Carris vel ſaumis vel cum quibuslibet oportunitatibus in miniſteria vel poteſtates fidelium noſtrorum advenerint licentiam habeant negociare quidquid eis libuerit abſque ullius contradictione et nemo ab eis theoloneum neque rotaticum aut pontaticum aut ciſpitaticum vel ſalutaticum ſeu pulueraticum aut portaticum nec vllum cenſum vel vllam redibutionem requirere aut exactare preſumat Et ad quaſcunque ciuitates uel portus aut quelibet loca acceſsum habuerint per hanc noſtram auctoritatem quieti et ſecuri ire et redire et negocia ſua peragere valeant Ita tamen ut quamdiu heredes eiuſdem Monaſterii ita eum (illud) indiuiſum manere permiſerint ut monachi ibidem conſiſtentes regulam obſeruare valeant fiat conceſsum Quod ſi vero aliquas diuiſiones exinde fecerint ut ipſa congregacio propoſitum ſuum ibidem obſeruare non valeant (eat) tunc quidquid exinde ad partem fiſci exactandum erat exactetur. Et ut hec auctoritas firmior habeatur vel a fidelibus noſtris melius conſeruetur de annulo noſtro ſubter eam iuſsimus ſigillari.

Linthauſus (Liuthardus) Notarius recognouit.

Data XV Kal. Decembris anno Chriſto propitio Imperii Do-

mini Hlotharii glorioſiſsimi Auguſti in francia I In italia XIII Indictione XII Actum Maguncia ciuitate in dei nomine feliciter Amen. —

a) Ex codice dankartiano f. 2. n. 4.

b) Indictio, caesarea dicta, et epocha imperii in Francia ac in Itália respondent anno Chr. 833, locus autem, Moguntia, docet, potius ad XV. Kal. Jan., quam XV. Kal. Decemb. hoc instrumentum pertinere; nam ex annalibus bertinianis ad h. a. constat, Lotharium I. Moguntiam ad colloquium cum Ludowico rege post 29. Novemb. h. a. accessisse, et paucis diebus ante Natale Domini (25. Decemb.) inde Aquisgranum rediisse. Adeoque Lotharius I. 18. Decemb. huius anni Moguntiae substitit.

c) Ineditum. Per omnia tamen convenit cum diplomate Ludowici pii imp. 814. 1. Sept., quod, licet authographum, inter authographa tamen omissum est (Mon. Boic. vol. XXVIII no VI p. 10), eo quod lacuna quaedam ibi reperta ex codice dankartiano supplenda fuisset, qui tunc ad manus non erat; re autem vera nec ipse Crollius eius editor ex dicto codice lacunam feliciter supplevit, restituendam potius ex hoc Lotharii I. diplomate.

XXXVI.

Anno 837. 8. April. Otingas palatio.

Ludowicus germanicus monasterio Campidona ad locum Hallo immunitatem thelonei mutaeque pro certa salis quantitate concedit.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ. Hludowicus diuina fauente gratia rex. Omnibus episcopis comitibus ſiue cunctis iunioribuſ et miniſterialibus noſtriſ in regno noſtro conſiſtentibus. ſiue etiam actoribus noſtris tam in hallo quam etiam in ceteris uillis noſtris notum ſit. quia noſ in elemoſina noſtra con-

cessimus monasterio quod dicitur campidona ubi praesenti tempore uenerabilis uir tatto abba praecesse uidetur. ut sex carra liceat ei dirigere ad hallo propter sal accipiendum et ad necessaria fratrum in eodem monasterio degentium deducenda. Propter ea hanc nostram auctoritatem circa ipsum monasterium fieri decreuimus per quam praecipimus atque iubemus. ut quandocunque predicta sex carra ad praefatum locum sal accipiendum uenerint. nullum theloneum ministri eiusdem loci ab eis exigere praesumant. et ubicunque tam in eundo quam in redeundo transitum siue accessum habuerint. nullum theloneum neque quod lingua theodisca muta vocatur. aut portaticum. aut pontaticum. aut rotaticum. aut pulueraticum. aut salutaticum. aut ullum censum uel ullum redibitionem ab eisdem exigere uel exactare praesumatis. sed liceat ea ut diximus et homines qui cum ipsis perexerint libere et secure ire et redire et necessitates praefati monasterij perficere. Et ut hanc auctoritatem nostram esse credatis. et eam melius conseruetis. de anulo nostro subtus iussimus sigillare. Signum (Monogramma) Hludowici regis. Adalleodus diaconus ad uicem grimaldi recognoui. (Signum recognitionis) Data. VI. Idus Aprilis anno christo propitio quarto regni domni Hludowici regis in orientali francia. indict. XV. Actum otingas palatio regio in dei nomine feliciter. AMEN.

a) Ex antiquissimo libr. cop. campidonensi saec. XI. f. 47.

b) Indictio et annus regni in orient. Francia conveniunt cum anno Chr. 837.

c) Editum in Neugart cod. dipl. Alemanniae pag. 7. num. 807. ex eodem codice.

XXXVII.

XXXVII.

Anno 838. 14. Junii. Nouiomago palatio

Ludowicus pius imperator concambium, inter monasterium Campidona et Waningum comitem de quibusdam locis initum, confirmat.

In nomine domini et dei et ſaluatoriſ noſtri iheſu chriſti. hludouuicus diuina repropitiante clementia imperator auguſtus. Si ea quae fideles imperii noſtri procerum (pro eorum) oportunitatibus inter se commutauerint noſtris confirmamus edictis. imperialem exercemus conſuetudinem. et hoc in poſtmodum iure firmiſſimo manſurum esse uolumus. Idcirco nouerit omnium fidelium noſtrorum tam praeſentium quam et futurorum induſtria. quod dilectus filius et aequivocus noſter Hludowicus glorioſus rex nobis innotuit. coquod tatto uenerabiliſ abba monasterii uocabulo campidona. necnon et waningus comes quasdam res pro ambarum partium oportunitate commutassent. Dedit igitur nostro permissu praedictus tatto abba ex rebus praeſcripti monasterii ſui praenominato waningo comiti ad proprium quicquid iuris eiusdem monasterii in locis que dicuntur plezza pazcinhoua hooruuanc et in ſundheim habebatur. excepta marka ſiluae et curtili, quae pro aldrico ad memoratum monasterium delegata est. et exceptis illiſ pratiſ in gundilenſtec et cuttinwanc. reliqua omnia quae in ſupradictis locis in iure praeſcripti monaſterii poſſidebantur. cum markis et omnibus appendiciis ſuis praedicto waningo comiti commutando tradidit. Et econtra in conpensatione earumdem rerum dedit ſaepedictus waningus comes ex rebus comitatus ſui antedicto tattoni abbati ad partem praenominati monasterii ſui quicquid in uilla uocabulo reoda tam terris quam et pratis atque etiam ſiluiſ aquis et markiſ *uel* omnibus rebus ex iure comitatus ſui inibi poſſidere di*noſcitur*. similiter et quicquid in loco qui dicitur citraha de

iure praefati comitatus ſui possidebat. Vnde et duaſ commutationes pari tenore conſcriptaſ. manibusque ſuorum et aliorum bonorum hominum manibus roboratas prae manibus ſe habere professus eſt. ſed pro integra firmitate peciit celſitudinem noſtram. ut eaſdem commutationeſ denuo per noſtrae manſuetudinis praeceptum plenius confirmare deberemus. Cuius petitioni denegare nolumus. ſed ſicut unicuique fidelium noſtrorum iuste et rationabiliter petentium. ita nos illiſ conceſſiſſe atque in omnibus confirmasse cognoſcite. Precipientes ergo iubemus. ut quicquid parſ iuſte et rationabiliter alteri contulit parti. per hanc nostram auctoritatem deinceps iure firmissimo teneat atque possideat. et quicquid exinde facere decreuerit. libero in omnibus potiatur arbitrio faciendi. Et ut haec noſtrae confirmationiſ auctoritaſ inuiolabiliſ perſeueret. de anulo noſtro ſubter eam iuſſimus ſigillare.

Signum domni Hludowici (Monogramma) imperatoriſ auguſti. Bartholomeuſ notarius ad uicem hugoniſ recognoui et ſubscripſi. (Signum recognitionis.)

Data XVIII. K. iulii anno chriſto propitio XXV. imperii domni Hludowici piiſſimi auguſti. indictione prima. Actum nouiomago palatio regio in dei nomine feliciter. AMEN.

a) Ex antiquissimo libro copiali campidonensi saec. XI. fol. 58. b.

b) Notae chronologicae, indictio et annus imperii, conveniunt cum anno Chr. 838.

c) Editum in Rassler vindicatio contra vindicias in append. 27. ex eod. cod. et in Neugart cod. Alemann. dipl. I. 231. n. 284. ex Rassler, cum notis eruditis, inter quas illa lit. f. de notario Bartholomeo, qui legitur in Schannat. tradit. fuld. 176. num. 443. an. 839. 17. Febr. et fuisse creditur abbas S. Martini in insula barbara dioecesis lugdunensis. De eodem vide etiam Kopp. I. 398.

XXXVIII.

Anno 839. 18. April. Bodama palatio.

Ludowicus pius imperator praestariam confirmat, quam Tatto campidonensis abbas cum Ratulfo presbytero et capellano imperatoris fecit super cellula Aldrici, in pago Albigoi, et aliis nominatis locis in pagis Keltinstein et Augustgoi.

(Chrismon.) In nomine domini dei et ſaluatoriſ nostri ihesu christi. hludouuicus diuina repropitiante clementia imperator auguſtus. Si lociſ deo dicatiſ propter amorem dei et reuerentiam inibi ſibi famulantium quippiam benefitii de rebus tranſitoriiſ ad neceſſitates eorum ſubleuandaſ conferimus. id nobis procul dubio ad aeterna premia conſequenda profuturum minime dubitamus. Idcirco nouerit industria omnium fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet et futurorum. quia ad deprecationem dilectiſſimi fratris nostri drogoniſ uenerabiliſ archiepiſcopi. ſacrique palatii noſtri ſummi capellani. quandam cellulam appellatam aldricicella. quae domno ac genitori nostro Karolo praeſtantiſſimo imperatori tradita est. quae in ducatu alamanniae ſita est. in pago albigoi. ad quoddam monasterium quod dicitur Campidona. ubi praeſenti tempore uenerabiliſ tatto abba praeest. ob emolumentum animae noſtrae et aeternae retributioniſ fructum ſubdere. et de nostro iure in ius et potestatem praedicti monaſterii ſolemni donatione nobis tranſferre placuit. Pro hac (hoc) itaque nostro fauore atque licentia dedit iam dictus uenerabiliſ abba tatto ex ratione monaſterii ſui ratulfo preſbitero atque capellano noſtro qui iam pridem eandem cellulam noſtra largitione tenuit. ad habendum in benefitium diebus uitae ſuae. in pago Keltenſtein in loco qui dicitur hrovdoldiſhoua ſex obaſ (hobas) ueſtitas. ſub integritate earum. et in alio loco in

pago auguſtgoi quandam cellulam nuncupatam herileſcella cum omnibus ad ſe pertinentibus. Eo uidelicet modo. ut praefatas res monasterii diebus. tantum uitae ſuae habeat. et poſt obitum suum reuertantur ad praenominatum monasterium perpetualiter possidendae. Unde uero ob firmitatiſ studium hoc praeceptum uenerabili monaſterio campidonae pro utriſque rebus confirmandis fieri iussimus. per quod decernimus atque iubemus. ut ab hinc in futurum modo ſuperius taxato in iure et dominatione eius conſisteant. Ita ut quicquid utilitatis rectores praedicti monaſterii de utriſque rebus facere. ordinare. diſponere decreuerint. libero in omnibus perfruantur arbitrio. Et ut haec noſtrae confirmationis auctoritaſ per futura tempora inuiolabilem et inconuulſam obtineat firmitatem. manu propria nostra ſubtus eam firmauimus. et impressione anuli nostri iuſſimus ſigillare. Signum (Monogramma) hludowici ſerenissimi imperatoriſ. Hirminhardus (Hirminmaris) notarius ad uicem hugonis recognoui et.... (ſignum recognitionis) Data XIIII. Kal. maias anno chriſto propitio. XXVI. imperii domni Hludowici piissimi augusti. indictione ſecunda Actum bodoma regio palatio in dei nomine feliciter. AMEN.

a) Ex libro copiali antiquissimo campidonensi saec. XI. fol. 43. b.

b) Indictio et annus imperii respondent anno Ch. 839.

c) Editum in Rassleri vindicatione contra vindicias in append. 29. et in Mabillonii vet. Analectis 448. ex eodem codice; iterum in eiusdem Mabillonii Annal. Bened. Tom. II. 690, in Lünig spicileg. eccl. III. sive operis XVIII. Vol. 170. num. 3, et in Baringii clavi diplom. edit. primae 1754. 363, denique in Neugart cod. Alemann. dipl. I. 237. n. 292.

XXXIX.

Anno 839. 21. April. Bodama palatio.

Ludowvicus imperator monasterio Lindaugia infra lacum Withse possessiones, ab Adalberto fundatore collatas, confirmat ac de advocatis et abbatissis eligendis statuit.

In nomine Domini Dei et Salutoris nostri Jesu Christi Hludowvicus diuina repropiciante clementia Imperator Augustus. Si locis Deo dicatis quippiam muneris conferimus et imperialis munificentiae morem exlequimur et Diuinum per hoc nobis fauorem facilius conciliandum confidimus. Idcirco nouerit colligium omnium fidelium nostrorum prefentium videlicet et futurorum qualiter adalbertus fidelis vasallus nofter et facri palatij comes prefentibus fcilicet nonnullis fidelium noftrorum principibus noftrum adiens celfitudinem obtulit obtutibus noftris quoddam cenobium fanctimonialium nomine Lindaugia fitum infra lacum withse et conftructum in honore fanctae Dei genitricis Mariae quod idem adalbertus pro falute et remedio animarum omnium parentum fuorum et fuae primo fundauit omnibusque fuis allodiis augmentauit et juge Dei feruitium ibi ordinauit. Sed ne deinceps laudes diuine et regulares discipline ibidem deficerent dignitatem noftram per interuentum fidelium noftrorum illuftrium rabani fcilicet fanctae mogontinae accleliae metropolitae nec non falomonis videlicet conftantienfis ecclefiae praefulis poftulauit. quatenus pro redemptione animae noftre nec non parentum noftrorum eidem monaiterio aliquid munera conferremus et eandem libertatem et juftitiam quam conftantienfis habet accleſia in omni jure concederemus. Cui rationabili et ut credimus diuinitus illi inftinctae petitioni libenti animo aſsenſum praebentes decreuimus ita fieri et fecundum Dei jucationem ac fidelium noftrorum fuggeſtionem hoc noſtrae auc-

Digitized by Google

toritatis praeceptum iuſſimus inde conſcribi. Per quod decernimus atque omnino jubemus quatenus prenominatus ſacer locus habeat (et) poſſideat quidquid ex libera hereditate prefati fidelis noſtri fiſcus noſter ſperare debeat. in tributis in monetis in teloneis et nauigationibus ac liber ſaluus et quietus ſine cujuslibet perſone contradictione vel moleſtacione prorſus permaneat et in diſpoſicione abbatiſſae eiusdem monaſterij conſiſtat. Statuimus quoque per eiuſdem auctoritatis municionem ut nullus publicus judex neque dux neque comes aut quislibet ex judiciaria poteſtate aeccleſias curtes aut loca vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones memorato monaſterio preſenti tempore ſubjacentes vel quae deinceps in jus et dominium eiuſdem monaſterij diuinae pietatis augmento peruenerint ad cauſas audiendas vel freda exigenda vel paratas faciendas aut homines etiam tam ingenuos quam et ſeruos ſuper terram eiuſdem monaſterij commanentes diſtringendos nec ullas redibitiones vel bannos aut illicitas occaſiones requirendas ſeu ullum publicum placitum habendum ullis temporibus ingredi vel ea quae ſupra memorata ſunt exigere preſumat. Et ut cenſales homines ſiue familiae in quibuscunque locis ſint conſtituti (ae) pacem habeant et coram nullo comite regant, aut bannum perſoluant aut ſeculare negocium habeant niſi coram abbatiſſa vel ipsius monaſterij aduocato.

Idem autem aduocatus bis in anno ſemel in eſtate ſecundo in hieme placitum habeat ſed ultra XII equos nullum adducat. Et tunc honeſte procuretur. quicquid placitando acquiſierit due inde partes erunt abbatiſse tertia aduocati. Nullum domus Dei ſeruientem ſine abbatiſſa vel ipſius conſenſu ad judicium cogat. Nullum de familia ſine juſta ſociorum ſuorum deliberatione dampnet vel coherceat. Nullum ſubaduocatum vel exactorem ſine abbatiſsae permiſsione ſibi conſtituat. Nihil priuati muneris vel ſeruitij a quolibet loco ſiue curte ſiue a cellararijs quaſi ex debito et ſtatuto ſibi jure exigat. Manſiones ſeu pernoctationes undique in locis ejusdem monaſterii frequentare caueat. Quod ſi ultra ſtatutum noſtrum alicubi placitare uoluerit ipſe de tercia ſui parte ibidem ſibi contingente prouideat quid ad

ſumptum habere debeat niſi forte aliqua de cauſsa ab abbatiſsa illuc vocetur a qua tunc decenter ſibi exhibeatur quod oportet.

Proinde ſi quisquam aduocatus haec ſtatuta obſtinata audacia transgreſsus fuerit niſi ſane reſipuerit ſexaginta libras auri optimi XXX palacio noſtro XXX ſupra dicto monaſterio perſolvat. Et ipſa aduocacia cum ceteris commodis in perpetuum careat Nos quoque ſupra dicti fidelis Vaſsalli noſtri peticionibus et voluntati per omnia ſatisfacere cupientes firmiſſima largitate conſtituimus ut quando diuina vocatione abbatiſsae prefati monaſterij ex hac luce migrauerint quamdiu ipse (ae) ſanctimoniales inter ſe tales invenire potuerint quae ipsam congregationem ſecundum regulam ſuam bene regere preualeant eligant ſin autem firmiſsimam licentiam alias eligendi Dominas cum conſenſu regis vel imperatoris habeant. Si quis autem homo cuiuslibet poteſtatis exiſtens auſu temerario contra hoc priuilegium agere preſumpſerit aut prefatum venerabile monaſterium vel aliquas pertinentias eiusdem beneficiali cauſa cuiquam homini concedere temptauerit niſi reſipuerit et his noſtris inſtitutis adquieverit nomen et memoriale illius de libro vitae ſubtractum maneat in aeternum maledictum. Haec autem ſuperius comprehenſa pro emolumento animae noſtre ad idem monaſterium contulimus quatenus abbatiſsa eiusque conſorores nec non canonici ſanctiſsimae Virgini Mariae ibi famulantes ſtipendium neceſsarium habeant et pro nobis alacrius Dei miſericordiam exorare procurent et ut haec noſtra imperialis auctoritas pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem anuli noſtri impreſsione adſigniri juſsimus. Signum (Monogramma) hludouuici ſereniſſimi imperatoris. hirminmaris notarius ad uicem hugonis recognoui. anno incarnationis domni DCCCLXVI. data XI. Kal. maiaſ anno chriſto propicio XXVI. Imperii domni hludouuici piiſſimi auguſti Indictione II. Actum bodama palacio regio in dei nomine feliciter amen.

a) Ex copia quadam circ. medium saec. XVtum conscripta, collata cum duobus speciminibus huius privilegii, novissimo tempore, nimirum

circ. an. 1700. non minimo labore exaratis. Antiquius enim instrumentum, cui sigillum esset impressum, nondum est inventum.

b) Indictio annusque imperii respondent anno Chr. 839, cui locus quoque consentit; nam tempore paschali, nimirum a 6. April per duas saltem vel tres hebdomadas Hludowicum pium imp. Bodomae fuisse, testantur annalistae coaevi ac diplomata anthentica v. g. wirceburgense 839. 23. April.

c) Annus Chr. 866. erronee ac loco haud congruenti adscriptus, quo tempore aera christiana in diplomatibus regum ac imperatorum nondum occurrit; nominati quoque interventores, Rabanus archiep. moguntinus ac Salomon episc. constantiensis, nec anno Ch. vero 839, nec anno falso 866 consentanei; cumulata tandem privilegia, aetate Carolingorum fere incognita, maximam suppositionis huic diplomati suspicionem generarunt eruditis, adeo, ut inde bellum illud diplomaticum oriretur, de quo ex instituto agit Baringius in clavi diplomat. edit. Hanover. 1754. p. 34 et 35, paucis referens authores impugnantes ac defendentes hocce diploma.

Conquerenti olim ibi p. 364 Baluzio in epistola ad Conringium, nullum adhuc specimen eiusdem diplomatis exhibitum fuisse, ut satisfiat, ex duobus illis speciminibus indicia quaedam novioris ac refectae scripturae hic addere placuit.

1. Correctura aliquorum vocabulorum quaternis vicibus supra lineas semel in margine primo lineae, scripta;
2. Intervalla inter lineas octo ultimas iusto minora, si comparentur intervallis priorum undecim linearum ac illis, quae in omnibus genuinis eiusdem temporis Ludowici pii imp. chartis observantur;
3. Ineptus locus sigilli, ultra lineam contextus ultimam extensus, in qua praeter ullam aliam rationem spacio vacuo contextus interrumpitur; nisi quod noviori scriptori coarctandae essent lineae, quibus diploma amplificatum inscriberetur;
4. Defectus notarum Tironiarum, aegre a posteriore scriptore effingendarum;
5. Inconcinna ac inconstans quarumdam literarum efformatio, saepius oculos legentium offendens, inprimis in litteris minoribus c, e, et r, compa-

comparatione cum scriptura diplomatum authenticorum facta, facile apparens.

d) Editum in Heideri grundlichen Ausführung 724; in Tenzelii historicis vindiciis 27—30; in Lünig spicileg. eccl. III. Theil Aebtissinnen 146. n. 11.

XL.

Anno 839. 1. Septemb. Cabalano sive Cabilone civitate.

Ludowicus pius imperator monasterio Campidona liberam eligendi abbatem licentiam concedit.

(Chrismon.) In nomine domini dei ſaluatoriſ nostri iheſu chriſti. HLVDOWICVS diuina ordinante prouidentia Imperator auguſtuſ. Si erga loca diuiniſ cultibuſ mancipata propter amorem dei eique in eiſdem lociſ famulanteſ beneficia oportuna largimur. praemium nobiſ apud dominum aeterne remunerationiſ rependi non diffidimuſ. Idcirco notum eſſe nolumuſ cunctis fidelibus noſtriſ praeſentibus ſcilicet et futuriſ. quia concessimus monaſterio quod dicitur Campidona quod eſt conſtructum in honore ſanctae Mariae ſemper uirginiſ et ſanctorum Gordiani et Epimachi martyrum quoſ bonae memoriae Hildigarda mater noſtra ad eundem locum pro diuiniſ eiſ officiis adhibendiſ collocauit. vbi et nunc uenerabilis abbaſ Tatto praeeſt. ut quandocumque diuina uocatione praedictuſ abbaſ uel ſucceſſoreſ eius de hac luce migrauerint. pro diuinae auctoritatiſ gratia et amore prefatae Hildigardae matriſ nostrae. monachi ibidem deo militantes licentiam habeant. quamdiu inter ſe taleſ inuenire potuerint qui ipſam congregationem ſecundum regulam ſancti benedicti regere ualeant. per hanc noſtram auctoritatem et conſenſum eligendi abbates. quatenus ipſos monachos qui ibidem deo famulantur pro nobis et conjuge proleque noſtra atque ſtabilitate totius imperii noſtri. proque memoria beata genitoris noſtri matriſque nostrae Hildigardae domini immenſam

clementiam exorare delectet. Hanc itaque auctoritatem ut pleniorem in domino optineat uigorem. et a fidelibus ſanctae dei aecclesiae et noſtriſ ueriuſ credatur et diligentiuſ conſeruetur. eam manu propria ſubter firmauimus. et anuli nostri impressione ſignari iuſſimuſ.

Signum (Monogramma) HLVDOWICI ſerenissimi imperatoriſ. Hirminharduſ (Hirminmaris) notarius ad uicem Hugoniſ recognoui et ſubſcripſi (Signum recognitionis) Data Kal. Septembriſ anno chriſto propitio XXVI. imperii domni Hludouuici piiſſimi auguſti. Indictione II. cabalauno ciuitate palatio regio. In dei nomine feliciter. AMEN.

a) Ex libr. cop. antiquissimo campidonensi saec. XI. fol. 11. b.

b) Indictio et annus imperii respondent anno Chr. 839. Consentiunt quoque coaevi scriptores annalium et vitae Ludowici pii imperatoris, testantes, illum Kalendis Septembr. an. 839. Cabilone fuisse ac negotia disposuisse.

c) Editum in Mabillon. vet. analectis nov. edit. 448. in Lünig spicileg. eccl. III. P. operis XVIII. Vol. 169. num. 2 et in Neugart. cod. Alemann. dipl. I. 239. num. 294.

XLI.

Anno 852. 16. Jan. Radasbona civitate.

Ludowicus rex Hartwico episcopo pataviensi generalem concedit licentiam, permutandi res et mancipia ecclesiae cum rebus et mancipiis nobilium uirorum.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ hludouuicuſ diuina fauente gratia rex. Notum ſit igitur omnibuſ fidelibuſ ſanctae dei eccleſiae. Noſtriſque preſentibuſ ſcilicet et futuriſ. quia

harduuicuſ Uenerabiliſ epiſcopuſ Noſterque familiariſ excellentiam noſtram adienſ. deprecabatur. ut sibi liceret. a uiriſ nobilibuſ eorum reſ propriaſ. et mancipia. cum rebuſ eccleſiae et mancipiiſ. quae in honore ſancti ſtephani protomartiriſ chriſti dedicata eſt. ubi domino auxiliante corpuſ beati ualentini requieſcit ac ei ad regendum commiſſa commutare. Ea uidelicet ratione quod ipſa eccleſia nichil iuriſ ſuae (sui) careret. ſed potiuſ compendium et utilitaſ eidem eccleſiae exinde generatur (generaretur). Noſ uero ſolemni more. ſicut omnibuſ iuſta et racionabilia petentium agere uolumuſ. peticioni eiuſ aurem ſerenitatiſ noſtrae accomodauimuſ. ac per hoc. hanc auctoritatem noſtram prefato harduuico epiſcopo. ſeu ſucceſſoribuſ ſuiſ fieri decreuimuſ per quam uolumuſ atque iubemuſ ut ubicumque ipſi et aduocati eorum. taleſ reſ inueniant. quae aeccleſiae illorum aptiuſ et utiliuſ. atque conuenientiuſ coniacere uideantur. liberam poteſtatem habeant commutare. et ad opuſ ſediſ ſuae ſubicere. et hoc illorum et aduocatum (advocatorum) eorum prouiſioni conſiſtat. Ut cum ſumma cautela et diligentia conſideretur. Ne peiuſ atque deteriuſ uel minuſ in nullo negotio iſto. parti et poteſtate (i) iam nominati (ae) ſediſ. et monaſteriiſ. ex illa comutatione proueniat. ſtatuenteſque ut deincepſ quicquid pro utilitate ſepedictae eccleſiae. et monaſteriiſ prefatuſ epiſcopuſ. ſucceſſoreſque illiuſ et aduocati eorum Commutauerint. In mancipiiſ ceteriſque rebuſ. ſiluiſ. uel etiam territoriiſ per hanc noſtrae beneuolentiae conceſſionem firmum et inconuulſum perpetuo permaneant (eat) et ut nulli liceat. illam commutationem infringere et inrumpere aut infeſtare ſed ut diximuſ. quicquid parſ altera alteri dederit ſtabilitum et incontaminatum futuriſ temporibuſ permaneant. (eat) et ut haec noſtrae conceſſioniſ. Auctoritaſ firmiorem. atque diutiorem obtineat vigorem. et a cunctiſ fidelibuſ ſanctae dei eccleſiae. noſtriſque meliuſ credatur. et diligenciuſ conſeruetur. Manu propria noſtra ſubter eam firmauimuſ et anuli noſtri inpreſſione adſignari iuſſimuſ. Signum (Monogramma) domni hludouuici ſereniſſimi regis. Comeatus notarius ad uicem rudleici recognoui. Data in XVII. Kal. Febr. In anno chriſto propicio. XVIIII. regni domni hludouuici ſereniſſimi regiſ. In orien-

tali francia Indictione XV. Actum radaſbona ciuitate regia In dei nomine feliciter amen.

a) Ex libro copiali pataviensi primo saec. Xmi num. 89.
b) Indictio et annus regni in orient. Francia respondent anno Chr. 852.
c) Editum ex eodem codice in Bar. de Freyberg Sammlung hist. Schr. und Urk. I. Bd. 447. n. 89 et in Mon. Boic. XXVIII. pars II. 70. n. 89.

XLII.

Anno 857. 27. Mart. Wormatiae.

Ludowicus germanicus conventiones, inter duos episcopos wirzeburgenses Gozboldum et Arnonem, duasque filias suas Hildegardam et Berhtam, de monasterio Swarzaha, quod amita sua Thedrada ecclesiae wirceburgensi tradiderat, initas, confirmat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Ludewicus diuina fauente clementia Rex. Notum ſit igitur cunctis fidelibus ſancte dei eccleſie preſentibus ſcilicet et futuris. qualiter Theodia (Thedrada) quondam amita noſtra, quaſdam res proprietatis ſue hoc eſt Monaſterium, quod dicitur Swarzaha. cum omnibus adiacentijs uel appendicijs ſuis ad Monaſterium Wirzeburg. quod eſt conſtructum in honore ſancti ſaluatoris et beati Kyliani martyris chriſti, manu poteſtatiua tradidit. Ea ratione quatenus dilecta filia noſtra Hildegarda ipſum monaſterium uſque ad obitum ſuum haberet. Poſtea uero Gozboldus Epiſcopus. qui tunc prefate eccleſie Rector eſſe uidebatur. ac reliqui fratres petierunt. quatenus Hildegarda prefatum Monaſterium in ius ſancti Kyliani manu etiam ſua redderet. quod tam feciſſe omnium fidelium noſtrorum magnitudo cognoſcat. at uero memorata humiliter Hildegarda ad Arnonem Epiſcopum et ſucceſſorem eius. ac

reliquum clerum accedens petijt. ut idem monaſterium ad dies uite Berhta (Berhte) ſororis ſue ſub cenſu decem ſolidorum annuatim in palmis reddendo preſtarent, quod ita fecerunt. ſed pro integra firmitate petierunt iterum Arn. Epiſcopus ac reliquus clerus. ut hanc compactionis rationem noſtra auctoritate firmaremus. quorum petitionem (petitioni) libenter acquieſcentes hoc preceptum manſuetudinis noſtre eis conſcribere iuſſimus. per quod precipientes precipimus. ut ſicut ipſi inter ſe placitarunt. ita deinceps per hanc noſtram auctoritatem iure firmiſſimo permaneat. Et poſt obitum Berchte filie noſtre prefatum Monaſterium in ius et poteſtatem ſancti Kyliani redeat et nullus ſucceſſor noſter. illud inde ſubtrahere poſſit. ſed ſemper ac perpetualiter ad iam dictum locum chriſto propitio permaneat. Et ut hec auctoritas compactionis per futura tempora firmior habeatur et melius conſeruetur. veriusque credatur. ſubter eam ſigillo noſtro iuſſimus ſigillare. Hadeberus (Hadebertus) subdyaconus ad uicem Grimoldi Archicapellani Recognoui et ſſ. (S. R.)

Data VI. Kalend. Aprilis Anno XXV. Regni Ludewici ſereniſſimi Regis in Orientali Francia regnante (regnantis). Indict. V. Actum in ciuitate Wormatia in dei nomine feliciter amen.

a) Ex libro copiali wirceburgensi, novissime signato 5, conscripto circ. an. 1278. p. 275, quod etiam occurrit in codice bebenburgiano num. 9, sed omisso signo recognitionis, et in libr. albo privil. f. 42.

b) Indictio et annus regni respondent anno Chr. 857.

c) Editam ex chronico schwarzachensi apud Ludewig. volum. II. script. rer. German. 10; in Eckhart Franc. orient. II. 887. num. 13. ex chartariis in Wirceburg et ex chronici schwarzachensis codice; ex Lünig. spicileg. eccl. contin. I. sive operis Tom. XIX. 749. num. 5 et in Ussermann cod. probat. ad episcopatum wirceb. 13. num. 12. male ad num. 865.

XLIII.

Anno 859. 16. April. Reganespurc.

Ludovicus germanicus rex dicitur monasterio Campidona concessisse, ut tres naves salinariae ad hallo sine omni vectigale dirigi et redire possint.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis hludouuicuſ diuina fauente gratia rex omnibuſ epiſcopiſ abbatibuſ Comitibuſ ſiue cunctiſ Junioribuſ et miniſterialibuſ noſtris In regno adeo nobiſ conlato conſiſtentibuſ ſeu etiam cunctiſ actoribus noſtriſ tam in hallo quam etiam in ceteris uilliſ noſtriſ commorantibus notum ſit quia noſ in elemoſina noſtra conceſſimuſ monaſterio quod dicitur campidona ubi praeſenti tempore erchambertef (us) frigiſienſiſ eccleſiae epiſcopuſ rector praeceſſe uidetur ut treſ nauef liceat ei dirigere ad hallo propter ſal accipiendum et ad neceſſaria fratrum in eodem monaſterio degentium deducenda. Propterea hanc noſtram auctoritatem circa ipſum monaſterium fieri decreuimuſ per quam decernimuſ atque ſanccimuſ ut quandocumque denominatuſ (tae) treſ nauef ad praefatum locum ſalaccipiendum uenerint. nullum theloneum miniſtri eiuſdem loci neque ceteri miniſtri nullum ex eis qui eaſ deduxerint exigere aut exactare praeſumant. Et ubicumque tam in eundo quam in redeundo tranſitum ſiue acceſſum habuerint nullum theloneum neque quod lingua theodiſca muta uocatur aut portaticum aut pontaticum. aut rotaticum aut puluueraticum aut ſalutaticum aut ullum cenſum uel ullam redibitionem ab eiſ ſicut ſuperiuſ diximuſ exigere aut exactare ullo umquam tempore praeſumatiſ ſed liceat eaſdem treſ nauef et hominef qui cum eaſ (eis) prorexerint (perrexerint) libere et ſecure ire et redire et neceſſitateſ praefati monaſterii perficere. Et ut hanc auctoritatem noſtram eſſe credatiſ et eam meliuſ conſeruetis de anulo noſtro ſubter Juſſimuſ ſigillari.

Comeatuſ notariuſ ad uicem radleici recognoui.

Data xvj. kl. mai anno christo propitio domni hludouici regis xxvj indictione vij inorientali francia Actum regnesſpure palatio nostro in dei nomine feliciter amen.

c) Sigillum studio exciſum est, uno superiſtite foramine rotundo.

b) Characteres ipsius instrumenti aetati Ludovici germanici omnino conveniunt; non autem illi, qui habentur in ultimis duabus lineis: Data etc.

c) Notae tironicae etiam ad finem contextus apparent, quae illis notariis Comitati conformes sunt, expositae a Hepp. Pal. act. I. n. 4. sq.

d) Suspectum hoc instrumentum redduntur:

1) Tres anachronismi, in Erchamberto episcopo frisingensi, Comeato notario et Radiscо archicapellano, quorum nullus annum regni Ludowici in orientali Francia attigit, sive annum Chr. 829, cui regni eiusdem XXVIus et indictio VIIma respondent. Nec licet substituere annum Chr. 844, quod fecere Campidonenses in libro copiili anni 1761, nam eidem anno personae quidem supradictae et indictio praedicta, non autem annus regni responderent, a quacunque epocha inceptus.

2) Errores in contextu bina vice commissi, in medio, ubi duplex vocabulum: *nullum* sensum interrumpit, in fine, ubi vocabula in *orientali francia* absque signo intercalationis inepte a regno separantur, interpositis vocabulis *indictione* VII.
Primum errorem emendare volens manus saec. XIImi in adiacente copia pergamena suspicionem suppositionis non tollit sed auget.

3) Studiosa sigilli exciso iam memorata, quae nisi ab ipsis possessoribus instrumenti fieri non potuit, cum tantopere illud pessumdarent nec unquam sibi illius vidimationem procurarent.
Quae cum ita sint, et suspicio suppositionis magis in expeditionem, quam in contextum instrumenti cadat; illud pro salvanda saltem historica eius fide dicendum restat: nimirum instrumentum inter annos 844. usque 855, quibus Erchambertus episcopus frising. monasterio Campidona praefuit, exaratum; notas autem chronolo-

Digitized by Google

gicas dati instrumenti demum saec. XImo aut XIImo esse additas; nam ex hac aetate illas esse, ipse character litterarum persuadet.

e) Absque notis criticis, quod mireris, illud ad annum 859 edidit Neugart in codice dipl. Alemann. II. p. 8. n. 808.

XLIV.

Anno 860. potius, quam 836. 31. Julii. Papiae.

Ludowicus II. imperator Adhalhardo veronensi episcopo eiusque ecclesiae, in honore Scti Zenonis constructae, curtem Ripa, prope lacum gardianensem, qui et genacus (benacus) dicitur, donat cum pertinentiis.

(Chrismon.) In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti Hludoviculſ diuina ordinante gratia romanorum imperator Auguſtus. Si erga loca diuino cultui mancipata noſtrae munificentiae fundamus obſequia ad ſuſtentionem (sustentationem) uidelicet ſeruorum dei ibidem famulantium non ſolum regium morem decenter implemus ipſosque in noſtriſ orationibus efficimus. verum etiam et nobis proſperitatem praeſentis uitae et aeterna gaudia liquido confidimus. Qua propter nouerit omnium fidelium ſanctae dei aeccleſiae induſtria noſtrorum praeſentium ac futurorum qualiter quidam uir uenerabiliſ ueronenſium epiſcopuſ adhalharduſ per admonitionem dilecti dapiferi noſtri aureſ noſtrae ſerenitati pulſando adiit. poſtulanſ ut quaſdam res noſtrae proprietatiſ ad ſanctam dei aeccleſiam cui ipſe epiſcopuſ preeſſe dinoſcitur ad ſupplementum eccleſiaſtici miniſterii traderemus. Noſ autem admonitioneſ huiusmodi illataſ iuſtaſ ac ſalutiferas agnoſcentes dedimus ad praefatam aeccleſiam quae eſt in honore ſancti Zenoniſ conſtructa. curtim noſtram quae dicitur ripa prope lacum Gardianenſe (gardianenſem) qui et Genacuſ (Benacus) dicitur ſita cum omni-

omnibus ſuis pertinentiiſ et adiacentiiſ cum domicoltibus et aedificiiſ omnibus cum agriſ cultiſ et incultiſ uineiſ pratiſ paſcuiſ ſiluiſ piſcationibus uenationibus uiiſ et inuiiſ aquiſ aquarumque decurſibus molendiniſ exitibus et reditibus. et cum uniuerſis pertinentiiſ mobilibus et inmobilibus queſitiſ et inquirendiſ. Quatinus et omnia per hanc noſtram auctoritatem ad praefatam dei aeccleſiam ob noſtram eternae ſalutiſ mercedem perpetualiter pertineant. Nullo amplius quod abſit ſucceſsore noſtro hanc noſtram diuinitus inſpiratam donationem inmutante uel minorante. ſed liceat praefato epiſcopo ſuiſque ſucceſsoribus ab hodierna die et deincepſ eaſdem reſ in omnibuſ ita regere ac diſponere nec non et ordinare prout ſibi libitum ſit. utque utilitaſ ipſius eccleſiae depoſcit. quatinus ex ipſo licet pauco augmento donationiſ eiſdem ſeruiſ dei Chriſto Jeſu ibidem famulantibus aliquantulum maioriſ mercediſ excreſcat conſolatio et noſtra ac piorum parentum noſtrorum iugiſ inperpetuum maneat oratio. Siquis uero quod fieri non credimus contra hanc noſtram auctoritatem ire temptauerit. aut in aliquo uiolare auſuſ fuerit. aut per aliquam uiolentiam uel fortiam eaſdem reſ inuadere praeſumpſerit. et ſeruoſ uel ancillaſ in aliquo iniuſte conſtrinxerit. mille mancuſos auri optimi coactus exſoluat medietatem camere noſtrae et medietatem ad eandem domum dei. Et ut haec auctoritaſ noſtrae donationiſ per futura tempora firma habeatur. manu noſtra ſubtus eam firmauimus. et ſigillo noſtro ſigillari iuſsimus.

Signum mānus domni Hloudowici (Monogramma) ſereniſſimi imperatoriſ.

Ego Sigifredus clericus ex iuſsu imperiali recognoui.

Data II. Kal. Auguſti. Anno dominicae incarnationis DCCCXXXVI. imperii vero domni Hloudowici VII. Indictione VIII. Actum Papie feliciter Amen.

a) Ex libro I. copiali frisingensi, qui conscriptus est medio saec. XII. fol. 10. b.

b) Annus vitiatus seu potius male insertus est apographo, cum usus aerae christianae in nullo diplomate authentico Ludovici alicuius imperato-

ris, Imi seu pii ac IIdi occurrat. Est autem hoc diploma Ludovici II. imperatoris, qui cum patre suo Lothario I., Ludovici pii filio, iam ab anno Ch. 849. 2. Decemb., et post eius obitum 855. 28. Sept. solus imperium tenuit, atque 975. 13. Augusti e vivis excessit. Plura eius passim apud collectores monumentorum extant diplomata, ex quibus patet, et locum peracti negotii et annum imperii cum indictione convenire anno Chr. 860. Cnfr. inprimis Ughelli Ital. sacr. T. IV. 337. actum Papiae VI. Idus Jun. (10. Jun.) imperii VII. an. 862, ubi tamen legendum 860, vel omnino annus omittendus est.

c) Ineditum.

d) Manus saec. XVI. in margine haec notat: Ripa prope genacum, cui Meichelbeck sua manu addidit: Neben dem gartsee (gardasee) in Lombardia. Intellige oppidum Riva ad ripam septemtrionalem, lacus guardiani, qui alias dicitur: Lacus Benacus.

XLV.

Anno 860. 24. Septembr. Hostermontingon.

Ludowicus germanicus fideli suo Albrico, episcopi pataviensis chorepiscopo, X. mansos ad Nuzpach et ad Odinburch atque ad loca, ubi montana incipiunt, donat.

In nomine fancte et indiuidue Trinitatis Luodowicus diuina fauente gratia Rex. Si de rebus terrenis quas diuina fumus largitate confecuti fidelibus noftris adiutorium prebere ftuduerimus. non folum regium morem decenter implemus. uerum etiam eos procul dubio fideliores in noftro efficimus feruicio. Qua propter comperiat omnium fidelium noftrorum prefentium fcilicet et futurorum follertia. qualiter uenerabilis epifcopus noftcr Hardwicus ueniens in procerum noftrorum prefentiam. poftulauit ferenitatem noftram ut de rebus proprietatis noftre X Manfos Albrico fideli noftro fuoque Choriepifcopo conceffiffemus. confif-

tentes inter Raba et Chuomberch. cuius petitioni ob amorem et ſeruicium ſuum libenti animo aſſenſum prebentes dedimus ei predictos manſos X. ad Nuzpach. cum edificiis deſuper poſitis. et campis et pratis. paſcuis. ſiluis. aquis aquarumue decurſibus in preſcriptis X manſis. qui coniacent intra Alode Amalgeri et Waltiloni et ad Odinburch atque ad loca ubi montana incipiunt extolli. et ſic in communem ſiluam. ea uidelicet ratione et iure et dominatione noſtra preſcriptos X manſos in ius et dominationem preſcripti Albrici choriepiſcopi tradimus atque tranſſundimus. ut quicquid ab hodierno die et deinceps preſcriptus choriepiſcopus Albricus. de preſcriptis X. manſis. quos deprecatus eſt celſitudinem noſtram et quos ei conceſſimus facere uoluerit. nullo inquietante ſed deo auxiliante perpetuis temporibus poteſtatem habeat faciendi quicquid eligerit abſque ullius contradictione. Et ut hec auctoritas largitionis atque conceſſionis noſtre firmior habeatur. et per futura tempora a fidelibus noſtris uerius credatur et diligentius obſeruetur manu propria noſtra ſubter eam firmauimus. et anuli noſtri impreſſione aſſignare iuſſimus Signum domini Luodowici ſereniſſimi regis (Monogramma). Hebarhardus Notarius ad uicem Witgarii recognoui. Data VIIII. Kal. Octobris. anno Chriſti propicio. XXVIII. regni domini Luodowici ſereniſſimi Regis in orientali frantia regnante (is). Indictio VIII. Actum Hoſtermontingon. uilla regia. in dei nomine feliciter amen.

a) Ex tribus antiquissimis libris copialibus I. 27. b. II. 53. b. III. 44. a.

b) Indictio et annus regni in Francia orientali respondent anno Chr. 860. Diem mensis libri copiales I. et II. VIII. Kal. Octob., IIItius autem, verisimiliter erronee, VIIII. Kal. Octob. notarunt.

c) Ineditum, copiose autem excerptum ab Aventino apud Oefele I. 704. b, memoratum etiam in Hund. metrop. I. ed. Mon. 296. ed. Ratisb. 197 et in Hansiz Germ. sacr. I. 158.

XLVI.

Anno 865. 4. Julii. Gundulf villa.

Lotharius II. rex, Lotharii I. imp. filius, monasterio Horumbach decimam picis in Rymilingas, a Carolo magno illi concessam, confirmat.

In nomine omnipotentis dei et saluatoris nostri Jhesu Christi Hlotharius diuina preueniente clementia rex omnium sancte dei ecclesie fidelium nostrorum presentium scilicet ac futurorum nouerit vniuersitas Quia veniens coram presencia nostra Richardus abba ex monasterio quod dicitur gamundias seu horumbach ubi corpore tumulantur sanctus Pirminius confessor ac sanctus fabianus glorioſissimus Christi martir detulit auctoritatem quondam sereniſsimi attaui nostri Karoli in qua continebatur qualiter prefato cenobio ob mercedis suc augmentum decimam que ex pice in rymilingas ad opus regis ex teloneo exigebatur sub integritate per confirmacionem sui precepti concesserit petens ut eandem auctoritatem nostro confirmaremus edicto Cuius supplicationi pro amore diuino et prefatorum sanctorum atque maxima sui senioris warnarii fidelitate nostrum libenter prebentes assensum hos regio more iussimus apices fieri per quos memorato sacro monasterio ac sancte congregacioni inibi deo seruienti iugiter designatam decimam picis concedimus et roboramus quatinus deinceps a ministris reipublice nostris et successorum temporibus nostrorum absque negligencia et tarditate aut eciam vlla diminoracione pleniter tribuatur ut in usus et supplementum a predecessore nostro deputatum in eodem venerabili loco ad nostram seu progenitorum nostrorum elemosinam perpetuo jure detur ac famuletur Et ut hec concessionis nostre et confirmacionis auctoritas firmior habeatur et diligencius conseruetur manu propria subter firmauimus annulique nostri impressione iussimus assignari.

Signum Hlotharii glorioſi regis.
Bernharius ad vicem Archambaldi recognouit.
Data IIII Non. Julii anno Chriſto propicio regni domni Hlotharii glorioſi regis X. Indictione XIII. Actum gundulf uilla palacio regio in dei nomine feliciter amen.

a) Ex codice dankartiano f. 7. b. n. 14.
b) Indictio et annus regni Lotharii, filii secundi Lotharii I. imperatoris, regis in Lotharingia ab eo dicta, inde a 22. Sept. 855. duobus mensibus ac 18 diebus anticipatus respondent anno Chr. 865.
c) Editum in Actis mannheim. VI. 256. n. 8. ex eodem codice, cum notis Crollii, qui p. 258. not. h. situm loci Gundulfi villae ex iisdem actis V. 208 et 209. prope Tullum in Lotharingia exponit, hodie dicti Gondreville.

XLVII.

Anno 877. 24. Februar. Matachove.

Karlomannus rex monasterio, in loco Otinga a fundamentis a se constructo, abbatiam Mataseo cum eius pertinentiis, insuper capellam ad Otingas et curtem Buoche cum earum pertinentiis tradit ac donat.

In nomine ſancte et indiuiduc Trinitatis Karlomannus diuina auxiliante clementia rex. Si de rebus terrenis quas diuina conſecuti ſumus clementia. fidelibus quibuscunque noſtris idcirco adiutoria eterna prebere contendimus. ut nobis in ſecularibus negociis deuotiores exiſtant. quanto magis nobis premeditandum ſummopere eſt. ut etiam de ipſis terrenis rebus pro amore diuino atque pro eterna remuneratione eccleſias dei ditare ſatagamus. Qua propter nouerit omnium fidelium ſancte dei eccleſie induſtria tam preſentium ſcilicet quam futurorum. quomodo

diuina inſpiratione compuncti. conplacuit nobis tradere pro augmento mercedis eterne quandam Abbatiam que dicitur Mataſco ad monaſterium nouiter a nobis a fundamentiſ conſtructum in loco qui dicitur Otinga. quod etiam in honore ſancte dei genitricis ſemper uirginis Marie. et ſancti Phylippi apoſtoli domini noſtri Jeſu Chriſti. aliorumque ſanctorum plurimorum quorum reliquias deo propicio aggregare potuimus ornatum eſſe cernitur. ea uidelicet ratione. preſatam Abbatiam ad ſuper nominatum monaſterium tradidimus. ut ab hodierna die cum omnibus ad hanc ipſam Abbatiam pertinentibus. tam traditionibus regum uel etiam aliorum liberorum hominum ad iam dictum monaſterium a nobis conſtructum perpetualiter pertineant ſine ullius Succeſſoris noſtri contradictione. Inſuper etiam notum ſit omnibus tam preſentibus quam et futuris. quomodo illam ad Otingas Capellam et illam Curtem ad Buoche ad praefatum monaſterium ad Otingas tradidimus. cum omnibus adiacentiis. terris cultis et incultis. agris. mancipiis. pratis. paſcuis. ſiluis. aquis. aquarumue decurſibus. queſitis et inquiſitis. Omnia enim hec que ſupra memorauimus. tam ipſam Abbatiam ad Mathaſco. quam ipſa duo loca. item illam capellam ad Otingas et Curtim ad Buoche. exintegro tradidimus ad iam ſepedictum monaſterium perpetuis temporibus poſſidendum. ita ut nullus deinceps nec de parentibus. nec de filiis. ſi eos nobis deus dederit. neque de nepotibus ſiue de ſucceſſoribus noſtris hanc traditionem noſtram uiolare uel inquietare audeat. Siquis uero quod abſit hoc preceptum donationis noſtre infringere diſpoſuerit. primum iram dei ſanctorumque eius incurrat. et in die iudicii tremendi pro hac ipſa temeritate redditurus rationem ante dominum ſiat. ſed liceat ſeruis dei ibidem deo famulantibus cunctas prefatas res ad laudem dei eorumque ſuſtentationeſ perpetuis poſſidere temporibus. quatinus quiete uiuant pro nobisque atque cuncta ſancta dei eccleſia deum attentius exorent. Et ut hec auctoritas traditionis noſtre firmior habeatur. et uerius credatur ac diligentius conſeruetur. manu propria noſtra ſubter eam firmauimus. et anuli noſtri impreſſione ſigillari iuſſimus. Signum domini Karlomanni ſereniſſimi regis. (Monogramma) Madalwinus Notaris ad uicem Baldonius Can-

cellarii recognoui. Data VI. Kal. Martii anno Chriſto propicio regni domini Karlomanni ſereniſſimi regis Bawariorum. Indictio VIIII. Actum Matachoue Curte regia. In dei nomine feliciter Amen.

a) Ex tribus antiquissimis libris copialibus. I. 22. b. II. 48. b. III. 45. a.

b) Indictio erronea est, decurtata unitate, loco Xmae, quae cum anno regni primo Karlomanni convenit anno Chr. 877, qui revera patri suo Ludowico germanico non successit ante eius obitum 876. 28. Augusti. Annus autem regni, licet non expressus, satis ex ipsa constructione intelligitur, et ab editoribus, mox laudandis, etiam suppletus est.

c) Editum in Aventini historia oettingana apud Ludewig Scr. rer. germ. II. 390. et in Hund. metr. III. edit. Mon. 60. edit. Ratisb. 41.

XLVIII.

Anno 877. 28. Junii. Rantesdorf.

Karlomannus rex monasterio Cremisa duo territoria, ad duas Sprazas fluvios in loco Benninwanc et ad Danubium in loco Smidaha terminis designata, tradit et confirmat, quae iam pater suus, Ludowicus rex, illuc donaverat, sed nullo auctoritatis praecepto confirmaverat.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Karolomannus diuina ſauente gratia Rex. Si erga loca diuino cultui mancipata. regali more beneficia largimur. oportuna *id nobis procul dubio ad ſtabilitatem regni noſtri et anime ſalutem proficere minime dubitamus. Qua propter nouerit induſtria omnium fidelium ſancte dei eccleſie noſtrorumque uidelicet preſentium et futurorum quomodo compuncti amore diuino quedam loca noſtre hereditatis ad monaſterium quod uocatur Cremiſa tradimus. que quam-

uis nobiliſſimus pater noſter diue memorie Luodowicus rex ad id monaſterium donaret. tamen nullo auctoritatis ſue precepto confirmauerat. Idcirco conplacuit regalitati noſtre pro remedio anime prefati beatiſſimi genitoris noſtri et noſtre hanc ipſam donationem per preſentem auctoritatem noſtram confirmare. quatinus perpetualiter firma et inconuulſa permaneat. Tradimus ad prefatum monaſterium per hoc preſens preceptum noſtrum territorium quoddam iuxta fluuium qui dicitur Spraza (Sprazah) quod a capite ab eo loco incipit ubi unus fons in loco qui Benninwanch dicitur intrat in Sprazam. et ſic inter duas Sprazas uſque in eum locum ubi ipſe due Spraze ſimul unum curſum conſaciunt. Hoc igitur totum ſicut iam advobis (a duobus) Comitibus Arathoto et Ernuſto circum equitatum fuerat cum omni integritate ad prefatum monaſterium Chremiſa quod eſt in honore domini et ſaluatoris noſtri Jeſu Chriſti conſtructum tradimus atque donamus. et de noſtro iure in ius et dominationem eiuſdem monaſterii tranſſundimus. ita uidelicet ut quicquid de prefatis rebus ob utilitatem et profectum preſcripti monaſterii rectores et miniſtri eius facere uel iudicare uoluerint. libero in omnibus potiantur arbitrio faciendi quicquid elegerint. Aliud uero territorium tradimus ad ipſum prefatum monaſterium ſub ſimili confirmatione in loco qui dicitur Smidaha. cuius terminus a Danubio ubi unus fons emanat ex una parte incipit et ſic uadit in eum uſque locum ubi dicitur Wachrein. Hoc igitur totum ſicut diximus et ſicut hoc Willehelmus Comes quondam ad id monaſterium circuit atque ſignauit. ex noſtra poteſtate in poteſtatem eiuſdem pronominati monaſterii ſecuriter tradimus. quatinus rectores ſicut iam diximus eiuſdem eccleſie liberam poteſtatem ad utilitatem eiuſdem loci ſancteque congregationis in omnibus habeant inde facere quicquid elegerint. nullo unquam ſucceſſore noſtro irrumpente uel inquietante. ſed deo auxiliante perpetuis temporibus firma inuiolabiliſque hec donatio permaneat. Qua propter ut firmiorem in dei nomine obtineat firmitatem. manu propria noſtra ſubter eam confirmauimus. et anuli noſtri impreſſione ſigillari iuſſimus. Signum domini Karlomanni ſereniſſimi regis. (Monogramma) Baldo namque

que Cancellarius ad uicem. Diotmari recognoui. Datum IIII Kal. Julii anno Chriſto propicio I. Regni domni Karlomanni ſereniſſimi regis. Indictio VIIII. actum Ranteſdorf. Curte regia. In dei nomine feliciter amen.

a) Ex tribus antiquissimis libris copialibus, I. f. 19. b. II. 45. III. 44. b.

b) Indictio erronea est loco X. Annus regni convenit anno Chr. 877, qui confirmatur etiam ex anno ac die obitus patris Carlomanni, in hoc diplomate memorati; nam defunctus est 876. 28. Aug.

c) Editum in Rettenpacher annal. cremifan. 32—34, laudatum et illustratum a Pachmayr in hist. cremif. 19.

XLIX.

Circa 878 vel 879. 6. Junii. Wormatiae.

Carolus crassus rex legem, sive constitutionem, super romana expeditione promulgat.

In nomine ſancte et individve trinitatis Karolus divina fauente gratia rex francorum et romanorum. Si predeceſſorum noſtrorum morem ſequimur. non ſolum preſentibus sed et ſuccedentibus ſubuenire nitimur. Hac de cauſa uniuerſorum cognoſcat experientia. qualiter dum pro noſtra conſecratione coroneque perceptione proficiſcendi tempus ad apoſtolicam ſedem inſtaret cum quam multiſ principibus annum wormatie tranſegimus. ibique omnem rei publice ſtatum utilem et honeſtum confirmare nociuum atque contrarium radicitus exſtirpare decreuimus. Interim dum hec agerentur caſu contigit. principeſ cum militibus de romana expeditione que tunc inſtabat acerbe contendere. conſtringentes eos multo plures halſpergas de beneficiis ſuis ſibi ducere. quam illi faterentur ſe poſſe uel iure debere. Sed quoniam hoc non ab aliquo antecceſſorum noſtrorum terminatum fuerit. dignum duximus. ut eorum altercationi finem et modum

imponeremus. atque decretum et certam aliquam legem ſuper omni romana expeditione concederemus. Statuimus ergo et decreuimus cum conſenſu tam ſpiritualium quam ſecularium principum ibidem nobiscum aſſidentium. quando pro corona noſtra uel aliqua regni utilitate aut honore romana expeditio a nobis uel a ſucceſſoribus noſtris preparetur ad omnium nobiscum euntium preparationem annus cum VI ebdomadibus pro inducii ſ detur. et taliter per totum regnum fidelibus noſtris indicetur. Cuicumque autem ſecundum hanc legem eadem expeditio imperetur. ſi ad curiam gallorum hoc eſt in campum qui uulgo rungalle dicitur dominum ſuum non comitetur. et ibi cum militari apparatu non repreſentetur. feodo preter hoſ qui cum gratia dominorum ſuorum remanſerint in conſpectu noſtro abſque ſpe recuperationis priuetur. Qui autem per hominium ſiue liberi ſiue famuli domnif ſuis adheſerint. quot Xcem manſos in beneficio poſſideant. tot bruniaſ cum duobus ſcutariiſ ducant. ita tamen ut pro halſperga treſ marcas et pro ſingulis ſcutariiſ ſingulas marcas accipiant. et ſic eundo ac redeundo cum hoc ſtupendio (stipendio) ſine omni dominorum dampno uel expenſa in quantum ipſis dominis placuerit fideliter ſeruiant. Si autem forte quod abſit accidat. ut idem militeſ diuerſos dominos propter diuerſa beneficia acquirant. ne aliquod beneficium indebitum uel ſine ſeruitio remaneat. ſinguli ſingula debita ſinguliſ dominiſ perſoluant. uidelicet quantum ab ipſis ſi irent accepturi erant. tantum ſe daturoſ cognoſcant. uel in prefato loco ut dictum eſt feodum amittant. niſi aliqui a nobis uel a regno ſint inbeneficiati. hi ſi nobiscum uadant. nolumus ut feodum amittant. ſed ſtipendia niſi uoluntate dominorum non pretermittant. Similiter de eccleſiarum filiiſ uel domeſticiſ idem (item) miniſterialibus uel quorumcumque principum clientela qui cottidie ad ſeruiendum parati eſſe debent. ſtatuimus. ut quicumque. V. manſoſ in beneficio poſſideant. domino ſuo ad quem pertinent bruniam cum uno ſcutario ducant. et hoc in arbitrio dominorum pendeat. quos ducant. a quibus ſtipendia accipiant. quibus halſpergas concedant. Ipſis et ad itineriſ preparationem. V. libre ſue monete in ſtipendium tribuantur. et duo equi. unus currenſ.

alter ambulanſ addantur. ac duobus ſociiſ ſoumarius uictilibus bene oneratus commitatur qui ab ipſiſ ad opus dominorum diligenter cuſtodiatur. Ipſi quoque in dominorum tamdiu uiuant procuratione quamdiu in incepta uadant expeditione et quicquid a rebellibus regniſ pugnando acquiſierint partes duaſ ad dominoſ deferant. terciam ſibi pro conſolatione retineant. Quoſ autem non paſcunt domini ad ipſoſ reportent terciam partem ſui acquiſiti. Singuli vero principeſ ſuoſ habeant officionarioſ ſpeciales. marſcalcum. dapiferum. pincernam. et kamerarium. Qui IIIIor quanto plus sunt laboraturi. tanto pluſ in ſtipendio. in ueſtitu. in equitura. pro ceteris sunt honorandi. scilicet unicuique iſtorum. X. libre cum tribus equiſ tribuantur. quartus marſcalco addatur. quorum unum ad precurendum. alterum ad pugnandum. tertium ad ſpatiandum. quartum ad loricam portandum. Iſti vero tales remanere cupientes. ſi apud dominos impetrare ualeant. quot manſoſ poſſideant. tot libraſ ſue monete uel totum fructum ſeodi in illo anno pro ſtipendio perſoluant. Vt autem noſtrum imperium ab omnibus habeat ſupplementum. hoc conſtituimus et firmiter precipimus ut ſinguli buringi decem cum XII. funibus de canapo ſolidoſ dominiſ ſuis impendant. et inſuper ſoumarium cum capiſtro concedant. quem ſi domini uoluerint. ipſi ad primam naualem aquam uſque perducant. Manſionarius. V. ſolidoſ. abſarius. XXX. denarios. bunuarius. XV. quorumlibet larum poſſeſſores. VI. ſuppleant. et ut hec noſtri decreti auctoritaſ inuiolabilem et incorruptam in dei nomine apud omnes successores nostros obtineat emunitatem cunctiſ principibus qui aderant aſtipulantibus manu propria ſubter eam roborare decreuimus, et anuli noſtri ſigno aſſignari iuſſimus. Signum Karoli (Monogramma) glorioſiſſimi regis. Hernuſtus notarius ad uicem lutwardi cancellarii recognoui. Data VIII. idus Junii. Anno ab incarnatione domini noſtri ihesu Chriſti. DCCXC. regni autem eius XXII. ante conſecrationem actum wormatie feliciter. Amen.

a) Ex codice olim chiemensi, nunc Bibliothecae regiae monacensis, dicto Lippertino num. XII. fol. 38. b. et 39, manu finientii saec. XI. aut incip. XII. conscripto.

b) Annus Chr. et regni certe fallit, qui convenit quidem aetati Caroli M., ast constitutionem esse Caroli crassi res ipsa luculenter demonstrat. Habita ergo ratione tam ad historiam ipsius Caroli crassi, cui pars Lotharingiae cum urbe Wormatia ex divisione regni paterni 876. mens. Novemb. et corona imperii 880. 25. Decemb. obtigere, quam praecipue ad notarium et cancellarium in hoc diplomate expressos, qui in aliis huius Caroli ap. Neugart. cod. dipl. Aleman. I. p. 415. n. 509. p. 417. n. 513. tántum an. 878. occurrunt, ad annum 878. vel an. 879. istam constitutionem collocandam esse credimus, nam ab an. 880. constanter Liutwardus archicancellarius vocatur. Confr. Schannat Histor. wormat. I. 319. et Notam. b. neugart l. c. p. 423.

c) Edita ista constitutio in constitutionibus imp. Goldasti I. 207. Senkenbergii I. 3. in Lehmanni chronica der R. St. Speyer 152. in Dumont Corps dipl. T. I. P. I. p. 48. in Lünig continuat. II. partis generalis 48. et in Mon. Boic. II. 372, ubi aliqua minus bene vel male lecta emendentur: p. 373. lin. 31. vel 2. ab infra incepta pro cepta; p. 374. lin. 5. IIII. pro IV; lin. 19. bunuarius pro Bunuiarius; lin. 22. principibus pro presentibus; lin. 24. suppleatur monogramma Caroli, quod delineatum habetur in codice.

d) Praeter notas chronologicas aperte corruptas in titulo etiam verba: Francorum et Romanorum abundare et posterioribus saeculis interpolata esse videntur.

L.

Anno 878. 9. Septembr. Rantesdorf.

Carlomannus rex novae suae aedificationis basilicae ad Otingas, quo corpora Scti Maximiliani et Sctae Felicitatis collocari curavit, atque monasterio illuc, curtem ad Trebinam, terminis descriptam, et insuper montem Sikkowa, in partibus Carentaniae sclaviniaeque regionis, donat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Karolomannus diuina fauente gratia rex. Si pro amore dei ac reuerentia ſanctorum illius locis deo dicatis noſtriſque laboribus a fundamentis Chriſto miſerante conſtructis et terrenarum prebere ſatagamus rerum. liquido nobis inde eterna credimus prouenire premia. Qua propter nouerit iuduſtria omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum. quomodo pro redemptione anime noſtre ac coniugis. parentumque noſtrorum quaſdam res proprietatis noſtre in partibus Carentanye ſclauinieque regionis ſitas ad ſanctum Maximilianum confeſſorem Chriſti necnon et ad ſanctam felicitatem ſeptem filiorum martyrem et matrem tradidimus. quorum corpora in nouam noſtre edificationis Baſilycam ad Otingas collocare in timore et amore dei omni modis curauimus. cui abbas uenerabilis Werinolfus preeſſe dinoſcitur. quatenus in luminaribus eiuſdem eccleſie et in alimoniis pauperum ſeruorumque ibidem degentium perpetualiter proficiant in augmentum. dedimus namque ad prefatas ſanctorum dei reliquias locumque nominatum Curtem illam ad Trebinam cum domibus et uniuerſis edificiis cum mancipiis infra Curtem morantibus utriusque ſexus decem et nouem cum manſis LXX cum agris cultis et incultis. pratis. paſcuis. ſiluis. aquis. aquarumque decurſibus. mobilibus et inmobilibus et cum omnibus pertinentiis et adiacen-

tiis. Termini uero eiuſdem noſtre donationis ita ſe concludunt. tendunt igitur in partes occidentales ſurſum per fluuium Traam uſque ineum locum qui uulgo dicitur ad Buochun in aquilonem inter duos lacus qui ibi ſunt ſe continent. Et in orientem iuxta illum lacum ſimulque cum et lacu. uſque in eum locum ubi rubra petra e regione eiusdem loci prominet. et in meridiem uſque in riuulum qui dicitur Durrenbach dicitur et ſic uſque ad Pontem Villah. Inſuper et Montem qui uocatur Sikkowa. ad eundem locum preſcriptum dedimus. quatenus hec omnia cum omnibus integritatibus ſuis ad prefatos ſanctos dei per hoc preſens preceptum noſtre munificentie perpetualiter ſine ulla diminoratione ſeu moleſtatione pertineant liceatque pronominato Abbati ſuiſque Succeſſoribus eaſdem res ordinare diſponere per omnia iuxta id quod ipſis fratribus ſub eis degentibus complaceat. Et ut hec auctoritas noſtre donationis per futura tempora firmior habeatur et uerius credatur. manu propria noſtra ſubtus eam firmauimus. et anulo noſtro ſigillari iuſſimus. Signum Karlomanni inuictiſſimi regis (Monogramma). Madalwinus notarius ad uicem Theothmari recognoui. Data V. Idus Septembris. anno Chriſti propicio ſecundo (III) domini Karlomanni piiſſimi regis in Bauuaria et I in ytalia (Italia). Indictione XIa. Actum in Ranteinſdorf (Ranteſdorf). Curte regia in dei nomine feliciter amen.

a) Ex codice IIItio f. 65. a, et ex cod. I. f. 30. a signo f; nam in hoc fragmentum solummodo, nimirum extrema pars diplomatis invenitur, folio saltem integro exciso et perdito, quod in codice secundo penitus exulat, cum parte diplomatis fine medio praecedentis an. 1014. 15. Jul., cuius adest authographum.

b) Indictio et annus regni in Italia conveniunt anno Chr. 878, immo etiam annus regni in Bauuaria ante dies undecim completus. Notandum autem in codice tertio, dicto Lonstorfiano, exprimi annum tertium regni in Baioaria, qui, utut verior, vix tamen ipsi authographo congruentior.

c) Editum, minus tamen correcte, in Aventini hist. ottingana apud Ludewig scr. rer. germ. II. 591, in Rund. metr. III. edit. Mon. 64. edit. Ratisb. 42.

LI.

Anno 879. 9. April. Ad Oningas.

Carlomannus rex conplacitationem inter abbatem Hittonem et monachos in coenobio Maninseo peractam confirmat, qua praefatus abbas praedicto monasterio proprietatem suam in Sulzibach tradidit, ab eodem autem monasterio per manum advocati Atonis beneficia Perhtrammi presbyteri, in Kegingen, Erlafa, Chauinga et Osteringa, ad vitae suae tempus possidenda recepit.

In nomine sancte et indiuiduae trinitatiſ Karlomannu (s) diuina fauente gratia rex. Si enim fructuoſas conplacitationeſ circa eaſas dei fieri conſentimuſ. Non ſolum temporaliter nobis profuturum eſſe credimuſ. uerum etiam et ad aeternam uitam feliciter peruenientibus nobis profructuoſum eſſe liquido non dubitamuſ. Icirco notum ſit omnibus fancte eccleſiæ noſtriique feliciet praeſentibus et futuriſ quoniam quidam uenerabiliſ ac dilectuſ abbaſ noſter nomine Hitto peciit culmen ſerenitatiſ noſtre ut ſibi liceret quandam conplacitationem agere cum monachiſ in cenobio quod maninſio dicitur conſiſtentibus quod etiam conſtructum eſſe uidetur in honore beati michahelis archangeli domini noſtri Jeſu Chriſti. Noſ autem peticionibuſ libenter illiuſ aurem accommodanteſ permiſimus ita fieri ſicut rogauit. Et ideo praefatus abbas cum manu aduocati ſui tradidit ad ſupra dictum monaſterium proprietatem ſuam qualem uiſus eſt habere in loco qui dicitur ſulzibach cum mancipiiſ V. cum domibuſ et ceterif

Digitized by Google

edificiiſ cum terriſ agriſ pratiſ uiiſ et inuiiſ paſcuiſ ſiluiſ aquis aquarumue decurſibus et cum omnibus integritatibus ſuis. Econtra uero tradidit aduocatuſ ſancti michahelis nomine ato. memorato abbati cum conſensu et licentia omnium fratrum in eodem cenobio conſitentium (conſiſtentium) omnia beneficia quae perhtrammuſ presbyter cum ſua proprietate conplacitauit uſque ad finem uite ſue haberet. Id est ad Kegingon et ad erlafu et chauinga et oſteringa cum omnibuſ locif illuc aſpicientibus. et cum omnibus integritatibus ſuis. Id eſt cum mancipiiſ utriuſque ſexſuſ (ſexus) cum domibuſ et ceteriſ edificiiſ cum terriſ cultiſ et incultiſ agriſ pratiſ paſcuiſ ſiluiſ aquis aquarumue decuribus (decurſibus). omnia uero hec praedictuſ aduocatuſ hittoni abbati tradidit ea ratione ut poſt obitum memorati presbyteri uſque ad finem uite ſue in prietatem (proprietatem) haberet aque (atque) poſsideret et poſt diſceſsum eius omnia cum integritate ad praefatum cenobium conueterentur (conuerterentur) meliora. ſed pro firmitatis gratia idem abbas popoſcit ſerenitatem noſtram ut praeceptum noſtrum ſuper adderemuſ ut illiuſ conplacitatio firma et inconcuſsa perſiſtere potuiſset. Noſ uero uoluntarie peticionem illiuſ ſuſcipienteſ per hoc praeſens praeceptum noſtrum ſancimuſ atque iubemus ut quod ille ad iam dictum monaſterium tradidit ut hoc deincepſ illuc perpetualitér (pertineat) atque aſpiaciat (aſpiciat). Et quod ipſe abbaſ ab eodem cenobio ſuſcipit. hoc omnibus diebuſ uite ſue habeat teneat atque poſſideat in proprietatem cum omni integritate ſua. ea ſidelicet ratione poſt obitum illiuſ redeant cum omnibus adiacentiiſ ſuiſ meliorata ad praefatum monaſterium. nullo umquuam (unquam) ſucceſsore noſtro hanc traditionem inrumpente ſed deo auxiliante perpetuiſ temporibus ſalua et inconcuſsa permaneat. Et ut hec auctoritaſ praeceptioniſ noſtre per cuncta futura ſecula inuiolabilem in dei nomine obtineat uigorem manu propria noſtra ſubter eam confirmauimuſ et anuli noſtri inpreſsione aſigillari iuſsimus.

Data V Id. aprilis anno Chriſto propicio III domni Karlomani piiſsimi regiſ In bauuaria. Et II In italia Indictione XII. actum ad ötingaſ cum regina in dei nomine feliciter amen.

a) Ex

a) Ex codice I. cop. S. Emmer. f. 38. absque num.
b) Indictio et anni regnorum respondent anno Chr. 879.
c) Editum in Pez. thesaur. I. III. 28. n. 3. chronico lunelac. 86. libr. probat. S. Emmer. 64. n. 25.

LII.

Anno 880. 3. Maii. Forchaym.

Ludowicus II, alias dictus iunior, rex monasterio S. Michaelis (Meten) quaedam bona, terminis designata, donat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Hludwicus, diuina fauente gratia, Rex, Si peticiones ſeruorum dei iuste et rationabiliter aurem ſerenitatis nostre petencium, ad effectum perducimus, hoc nobis procul dubio ad eterne remunerationis premia capienda profuturum liquido credimus Qua propter notum sit omnibus sancte dei eccleſie fidelibus, noſtrisque preſentibus et futuris, qualiter nos ob nostre mercedis augmentum et pro remedio anime matris nostre et anteceſſorum nostrorum conceſſimus quaſdam res proprietatis nostre in comitatu cunberti cuidam Monasterio constructo in honorem Sancti Michahelis archangeli ad peticionem wypponis abbatis, qui eidem monasterio preesse dinoscitur, omne ſcilicet forestum et predium intra ipsum monasterium et danubium, hoc est in pago de staine uſque in chraphanrain, inde in prant. inde in dic twerchloe uſque in zeydloren. et ſic uſque in danubium. Itaque quitquit inſra ſcriptos terminos habere uiſi ſuimus, totum in proprietatem donacione iam dicto Abbati et fratribus predicti loci perpetualiter poſſidendum condonauimus, ut eos pro nobis coniuge proleque nostra et tocius regni proſperitate miſericordiam omnipotentis domini melius exorare delectet. Et ut hec nostre concessionis auctoritas firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus nostris melius credatur, manu propria nostra ſubter eam firma-

uimus et annuli noſtri impreſſione aſſignari iuſſimus. ſignum (Monogramma) hludwici ſereniſſimi regis. Arnolfus cancellarius ad uicem Luitwerti archycappellani recognoui. Data quinto nonas May Anno dominice incarnationis dccc. lxxx. Indictione xij. Anno iiii regni Ludwici ſereniſſimi regis. Datum forchaym villa regia in dei nomine feliciter Amen.

a) Ex libro copiali monasterii metmensis cura Petri abbatis an. 1407. conscripto et usque in ann. 1422. continuato, fol. 1, estque prima copia totius collectionis.

b) Annus regni et historia Ludowici II. regis, alias dicti iunioris, annum Chr. 880. expressum stabiliunt, adeo ut indictio XII posita sit pro currente XIII.

c) Editum ex supplemento bruschiano per Nesselium in Michaelis (Huen) collectione scriptorum monasticorum tom. II. p. 83. et ex eo Mon. Boic. XI. 430.

d) Facta comparatione huius copiae cum fragmento diplomatis authographi in Mon. Boic. vol. XXVIII. p. I. num. 50. authenticorum memorato, ac in Mon. Boic. XI. 429. num. 7. edito, constat, in ea plures sententias inepte transpositas, vocabula plura partim omissa, partim autem corrupta esse, eo, ut videtur, fine, ut falsus abbas Wippo, loco veri abbatis, qui verisimiliter Lantbertus tunc praefuit, substitueretur. Juvat igitur anachronismo sublato, ipsum textum originalem ista ex comparatione restituere.

e) Termini foresti et praedii in ipso diplomate isto memorati fol. 2. b. eiusdem codicis sub sequenti titulo rubro taliter describuntur. „De „foresto et praedio inter monasterium et Danubium."

„Anno ab incarnatione Domini DCCCo LXXXo. Indictione XII. „Iste Ludwicus rex serenissimus anno IIIIto regni sui donavit Mona„sterio Metmensi forestum et praedium inter monasterium et Danu„bium infra terminos subscriptos videlicet de loco qui dicitur Steine „usque in Chrapfenrayn inde in Prant inde in di Dwerchla usque in „Zeidloren et sic usque in Danubium perpetualiter possidendum, sicut „per privilegium eius patet. Arnolfus cancellarius ad vicem Liutwerti

„archicapellani recognovit. Actum forchheim villa regia in Dei no„mine feliciter amen.“ Ubi etiam monogramma regis in margine exhibetur, et collector quosdam in praedicta copia commissos errores correxisse comprobatur.

LIII.

Anno 883. 2. April. Regenspurch.

Carolus crassus quasdam possessiones monasterii altahensis in villis Winchilinga, Thuomthorf, Otilinga et Sweinaha monacho Richoni presbyteroque Richardo ad dies vitae concedit.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis KAROLVS diuina fauente clementia. Imperator Augustus. Notum sit omnibus sancte dei ecclesie fidelibus nostrisque presentibus scilicet et futuris. qualiter nos cuidam monacho nomine Richo ex monasterio quod dicitur Altaha et cuidam presbitero nomine Richart. beneficium quod ab eodem monasterio uisi sunt habere diebus uite illorum sub usu fructuario. in proprietatem concessimus. hoc est in uilla Winchilinga et Tvomthorf. et In Otilinga et Sweinaha. Idcoque hoc nostre auctoritatis preceptum eis inde conscribi iussimus per quod decernimus atque iubemus ut prefati homines Richo et Richart. predictas res diebus uite illorum sub usu frvctuario teneant atque possideant. Post illorum uero obitum ad eundem monasterium cum omni integritate earum reuertantur ad luminaria facienda et ad stipendia fratrum ibidem deo famulantium. Et vt hoc nostre auctoritatis preceptum uerius credatur et diligentius obseruetur. de anulo nostro subter iussimus insigniri. Waldo Cancellarius ad uicem Liuthardi (vvardi) Archincancellarii recognoui. Datum IIII non. aprilis. Anno Ab incarnatione domini DCCCLXXXIII. Indictione I. Anno im-

perii Imperatoris Karoli III. Actum in Regenſpvrch. In dei nomine feliciter Amen.

a) Ex codice membranaceo Hermanni abb. fol. 72. a. num. 13.
b) Notae chronologicae inter se conveniunt.
c) Editum in Hund. metr. II. ed. Mon. 18. edit. Ratisb. 13. et in Mon. Boic. XI. 125. num. 16.

LIV.

Anno 885. 25. August. ad Weibelingan.

Carolus crassus imperator capellae, in villa Otinga sitae, donat nonas omnium rerum suarum in curtibus suis, nominatis: Vueles, Atarnhova, Matachove, Rantesdorf, Muninga, Swindilenbach, Otingen, Ostermundingen, Salzburchoue, Salina, Atilla, Osternhova, Dingolvingan, Livchinga, Incingan, Peringan, Chieminchhoue, Ueldan, Helsendorf, et nonam partem mutae ad Rantesdorf et Taberesheim.

In Nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ. Karoluſ diuina fauente clementia imperator auguſtus. Si ergo lociſ diuiniſ cultibus mancipatiſ aliquid emonumenti (emolumenti) contulerimus. preſentiſ uitae proſperitatem a deo nobis donari credimus. et aeternae uitae beatitudinem conſequi non dubitamus. Quapropter comperiat omnivm fidelivm noſtrorum preſentium ſcilicet ac futurorum induſtria qualiter nos ob amorem dei ac pro remedio animarum parentum noſtrorum genitoriſ et genitriciſ noſtrae fratrum ſororumque noſtrarum ac pro noſtra et coniugiſ noſtrae aeterna remuneratione nonaſ de curtibus noſtriſ ſubter nominatiſ omnium rerum noſtrarum ad capellam quae ſita eſt in

villa quae dicitur Otinga perdonauimus. id eſt de Vueles. de Aternhova. de Matachove. de Rantesdorf. de Muninga. de Svuindilenbach. de Otingen. de Oſtermundingen. de Salhburchhoue. de Salina. de Atilla. de Oſternhoua. de Dingoluingan. de Livchingan. de Incingan. de Peringan. de Chieminchhoue. de Ueldan. de Helfendorf. et nonam partem. mutae. ad Rantesdorf. et Taberesheim. Ideoque hoſ noſtrae auctoritatis apicef inde conſcribi mandauimus. per quod decernimus atque omnino ſancimus. ut prefatae reſ ad prefatam cappellam deinceps ſecuriter atque inuiolabiliter permaneant. nullo umquam ſucceſſorum noſtrorum eaſ inde irrumpente. Et ut haec largitioniſ noſtrae auctoritaſ firmior habeatur. manu propria ſubter eam firmauimus. et anuli noſtri inpreſſione iuſſimus inſigniri. Signum Karoli ſereniſſimi imperatoris auguſti (Monogramma). Amalbertus notarius ad uicem Livtvuardi archicancellarii recognoui. Datum VIII. Kalendas Septembris. Anno incarnationis domini. DCCCLXXXV. Indictione III. anno imperii piiſſimi imperatoriſ Karoli in italia. Vo. in francia. IIIIto. In gallia. Io. Actum ad Vueibelingan. in dei nomine feliciter. Amen.

a) Ex tribus libr. cop. I. 24. b. II. 50. b. III. 40. b.

b) Omnes notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Aventini hist. otingana ap. Ludewig scr. rer. germ. II. 393, in eiusdem Aventini excerptis passav. ap. Oefele I. 704. b, et in Hund. metrop. III. edit. Monac. 62. edit. Ratisb. 42.

LV.

Anno 888. 4. Januar. Regenesburch.

Arnolfus rex monasterio Cremisa, a flumine eiusdem nominis dicto, curtem Niuvanhova in pago Truongowe donat cum omnibus pertinentiis, excipiens autem illud, quod prius Purchardo fideli regis, et Snelloni, eiusdem monasterii abbati, per praeceptum donatum fuit.

In nomine fancte et indiuiduc trinitatis Arnolfus diuina fauente clementia Rex. Si locis deo dicatis aliquid noftri fuffragii folamen contulerimus. id nobis et ad ftatum regni noftri et ad perpetuam beatitudinem promerendam profuturum effe manifefte credimus. Qua propter nouerit omnium fidelium noftrorum prefentium atque futurorum induftria. qualiter nos pro remedio anime noftre nec non uenerande memorie pro animabus patris noftri Karlomanni uidelicet fereniffimi regis auique noftri Luodouuici (Hludowici) piiffimi regis. quafdam res proprietatis noftre in Bawaria (ae) partibus fitis (as) in pago Trvngowe ad monafterium Chremifa a flumine eiusdem nominis ibidem fluente fic dictum in honore Saluatoris domini noftri Jefu Chrifti conftructum iure perpetuo inproprietatem donauimus. Hoc eft Curtem unam Niwanhoua nuncupatam cum omnibus ad eam rite pertinentibus cum beneficiis illuc afpicientibus. mancipiis. edificiis. terris. cultis et incultis. agrif. pratif. campif. pafcuis. foreftis. omnibusque foreftariis et uenatoribus. quorum princeps fuondimuh uocatur. filuis. aquis. aquarumue decurfibus. molendinis. pifcationibus et pifcatoribus uiis et inuiis. exitibus et reditibus. queſitis et inquirendis. mobilibus et immobilibus nichil inde extra dimittentes. excepto quod prius Purchardo fideli noftro et Snelloni eiufdem monafterii abbati per preceptum donatum eft. et iuffimus

inde hoc noſtre auctoritatis fieri preceptum. per quod decreuimus atque iubemus. ut ab hodierna die et deinceps hec donatio noſtra nullo inquietante ſed deo auxiliante per omnia ſecula firma et ſtabilis perſeueret. Abbateſque ipſius Cenobii poteſtatem habeant pro communi utilitate omnium fratrum ibidem domino famulantium, eaſdem res ita ordinare atque diſponere. ut illis placuerit ſine alicuius perſone uim inferentis obſtaculo. Et ut hec auctoritas noſtre conceſſionis pleniorem in dei nomine optineat firmitatem idem preceptum propria manu firmauimus. anuloque noſtro aſſignari iuſſimus. Signum domini Arnolfi glorioſiſſimi regis (Monogramma). Aſpertus Cancellarius ad uicem Theothmari archicapellani recognoui. Datum II Nonas Januarii anno incarnationis domini DCCCLXXXVIII. Indictione VI. anno I. regni arnolfi ſereniſſimi regis. Actum Regeneſburch in dei nomine feliciter Amen.

a) Ex tribus libris copialibus I. f. 10. b. II. f. 37. III. 66. a.

b) Notae chronologicae inter se concordant.

c) Editum in Rettenpacher annalibus cremifan. 38. 39. extractum ab Aventino in excerptis passav. apud Oefele I. 705. a. b.

d) Vocabulum *avique*, in tertio solum codice rectissime scriptum est, quod in reliquis erronee *atque* legitur.

LVI.

Anno 888. 5. Januar. Regina civitate.

Arnolfus rex Snelperoni, abbati monasterii Chremisa, donat omne illud, quod prius in beneficium ipse abbas habuit in loco Nezzilapach iuxta rivum Chremisa, in pago Trungouui, in comitatu Arbonis.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Arnolfus diuina fauente clementia Rex. Si clericorum atque famulorum Chriſti votis de rebus ſuperno munere collatis. quiddam ſolacii prebentes. clementer annuere ſtuduerimus apud deum remuneratorem omnium premia ſempiterna nos proinde adipiſci poſſe minime dubitamus. Qua propter comperiat omnium ſancte dei eccleſie fidelium noſtrorumque preſentium ſcilicet ac futurorum induſtria. qualiter Snelpero uenerabilis abba monaſterii ad locum qui dicitur Chremiſa. quod conſtructum fore dinoſcitur in honore ſancti Saluatoris mundi. precatus eſt celſitudinem noſtram ut ei quandam potentie regalis cauſam quam ipſe prius in beneficium habuit in proprietatem concederemus. Nos autem ob amorem et pro gratiſſime ſue ſeruitutis frequentatione petitionibus eius aſſenſum prebentes dedimus illi quicquid antea in loco Nezzilapach dicto iuxta Riuum qui dicitur Chremiſa ipſe in beneficium tenuit in Comitatu Arbonis in pago Trungowi nuncupato cum omni integritate iure perpetuo in proprietatem cum curtibus et caſis aliisque edificiis. cum mancipiis utriusque ſexus. terris. cultis et incultis. pratis. paſcuis. campis. ſiluis. aquiſ. aquarumue decurſibus. molendinis. piſcationibus. uineis. ſaltuum finibus uiis et inuiis. exitibus et reditibus. mobilibus et inmobilibus. queſitis et inquirendis. et cum uniuerſis appendiciis et adiacentiis ad ipſam proprietatem iuſte legitimeque reſpicien-

cientibus totumque ex integro quicquid dici uel nominari potest quod illuc recte pertinere censetur. de nostro iure sibi in ius et dominationem donauimus et tradidimus eo uidelicet tenore. ut deinceps de prefatis omnibus securam habeat potestatem. quicquid sibi placuerit facere nullo inquietante sed deo propiciante hec donatio nostra potestate concessa et per hoc presens preceptum nostrum roborata. firma stabilisque in eternum permaneat. Et ut hec largitionis nostre auctoritas per cuncta succedentium temporum curricula pleniorem in dei nomine obtineat firmitatis securitatem manu propria nostra subtus eam confirmauimus. et anuli nostri impressione iussimus insigniri. Signum domini Arnolfi glorioſissimi regis (Monogramma). Aspertus Cancellarius ad uicem Theotmari archicapellani recognoui. Datum Nonis Januarii anno dominice incarnationis DCCCLXXXVIII. Indictione VI. anno regni domni Arnolfi piissimi regis IIdo. Actum Regina Ciuitate in dei nomine feliciter Amen.

a) Ex tribus libr. copialibus antiquissimis, I. f. 6. b. II. 33. III. 46. a.

b) Indictio convenit anno Chr. indicato; non autem annus regni, qui tunc primus adhuc currebat, et erronee scriptus est II. Primum annum regni expresserunt editor et epitomator mox laudandi, vix tamen ex originali.

c) Editum a Rettenpacher in annal. cremifan. 39, extractum ab Aventino in excerptis passav. ap. Oefele I. 705. a.

LVII.

Anno 888. 8. Februar. Civitate Regina.

Arnolfus rex cuidam Engilfrido, homini comitis sui Adalharti, hobam unam in villa Wolfheresdorf, in pago Tunahgouve et in comitatu Chuoniberti, ad dies vitae eius liberam ab omni census persolutione donat, post obitum autem posteri eius cum eodem servitio, sicuti antea ex eadem hoba priores fecerant, in potestatem monasterii Sctae Mariae Pataviae constructi redigantur.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Arnolfus diuina ordinante clementia Rex. Comperiat omnium fidelium preſentium ſcilicet et futurorum induſtria. qualiter quidam Comes noſter nomine Adalhart precatus eſt clementiam noſtram. ut cuidam homini ſuo Engilfrid (Engilfrit) uocato. quaſdam res quas ipſe prius in beneficio habebat in Comitatu Chuniberti in pago Tunahgowe in uilla Wolfheresdorf nuncupata. id eſt hobam unam in proprium donaremus. Cuius petitioni libenter ob mercedis noſtre augmentum. aſſenſum prebentes. decreuimus ita fieri. Dedimus quoque eidem uiro preſcriptam Hobam cum uniuerſis appendiciis ſuis. diebus uite ſue in proprietatem. hoc eſt Curtem cum caſa et mancipiis. agris. pratis. paſcuis. ſilvis. aquiſ. aquarumue decurſibus. mobilibus et immobilibus uiis et inuiis. acceſſibus. et regreſſibus omnibusque adiacentiis illuc iuſte reſpicientibus et iuſſimus inde hoc noſtre auctoritatis fieri preceptum. per quod decernimus atque iubemus ut iam dictus Erchanfrid (potius Engilfrid vel Engilfrit) de hiis omnibus ſecuram habeat poteſtatem. cunctis diebus uite ſue ſine ulla cenſus ſtrictura et poſt obitum illius poſteri ſui cum tali ſeruicio ſicuti

antea ex eadem Hoba priores fecerant. in ius et poteſtatem monaſterii ſancte Marie Batauie conſtructi. tota integritate poſſeſſionis ſue redigantur. Et ut hec auctoritas noſtra firmior habeatur. et a fidelibus noſtris melius credatur. ac diligentius obſeruetur. manu noſtra ſubtus eam firmauimus. et anuli noſtri impreſſione aſſignari iuſſimus. Signum domini Arnolfi piiſſimi regis (Monogramma). Aſpertus Cancellarius ad uicem Theotmari Archicapellani recognoui. Data VI. Idus februarii. anno incarnationis dominice DCCC. LXXXVIII. (dccc. LXXXVIIII.) Indictione VI. anno primo regni domini Arnolfi piiſſimi regis. (Monogramma). Actum Ciuitate Regina in dei nomine feliciter Amen.

a) Ex tribus libris cop. I. 9. II. 35. III. 49. b. In primo tamen deest initium diplomatis usque ad verba: „Sctaeque Dei ecclesiae fidelium nostrorumque praesentium et futurorum sollertia: Qualiter"; in quibus magna animadvertitur diversitas a copiis aliis duabus.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. met. II. cd. Mon. 587. ed. Ratisb. 404. Extractum ab Aventino in excerptis passav. ap. Oefele I. 705. b. attamen erronee ad an. 889, quem errorem solus codex lonstorfianus commisit. Editum etiam a Bar. de Hormayr Jahrb. Bd. XLIV. Anzbl. 6. n. 23.

LVIII.

Anno 888. 23. Februar. Aterhove.

Arnolfus rex ad preces Erkenboldi episcopi eystetensis abbatiam Hasarieda cum eius pertinentiis episcopatui tradit.

(Chrismon.) In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Arnolfus diuina ordinante clemencia Rex. Si ſeruorum dei peticio-

nibus, maxime autem Epiſcoporum quas pro Eccleſiarum ſibimet commiſsarum vtilitatibus nobis ſuggeſserint clementer annuere, ac pie proſpicere volumus id nobis et ad preſentis vite curſum proſpere peragendum et ad perpetue beatitudinis premia promerenda oppido profuturum eſse credimus. Quapropter ediſcat omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet, atque per ſuccedencia temporum ſpacia futurorum induſtria, quia Erkenboldus venerabilis ac dilectus Epiſcopus noſter celſitudinem noſtram, quatenus ſedem Episcopatus ſui Eyſtet nuncupati templumque ibidem in honore ſaluatoris omnium conſtructi (um) et dedicati (um) ob noſtre, ac venerande memorie Karlomanni patris noſtri piiſsimi regis anime remedium aliqua donacione augeremus deprecatus eſt nominatim flagitans ut abbatiam Haſarieda (Haſereda) dictam eidem Episcopatui contiguam ad preſcriptum templum dei vbi ſanctus Willibaldus corpore quieſcit traderemus. Cuius racionabili ac iuſte peticioni aſsenſum prebentes. tradidimus eandem abbaciam ad preſcriptum epiſcopatum ut utraque domus dei et abbacia et Epiſcopatus ab alia gubernetur et adiuuetur. et quidquid ad illam pertinere videtur, cum eccleſiis decimis curtibus. mancipiis. terris. cultis. et incultis, queſitis rebus et inquirendis, vineis. agris. pratis. paſcuis. Siluis. aquis. aquarumue decurſibus. cenſibus, finibus. acceſsibus. ac regreſsibus, mobilibus. et immobilibus, uel quidquid dici ſeu nominari poteſt, quod iuſte legittimeque ad eandem abbaciam aſpiciat totum et integro (ex integro) in dominium eiuſdem epiſcopatus conceſsimus. ea videlicet racione. ut ab hodierna die et deinceps memoratus epiſcopus Erkenboldus ſuique ſucceſsores liberrimam poteſtatem teneant predictas res pro utilitate Sibi commiſsorum ita ordinare atque diſponere. prout illis placuerit. iuſsimus quoque inde hoc noſtrum fieri preceptum. per quod ſancimus, atque iubemus, ut hec donacio noſtra incommutabilis ſtabiliſque perpetim conſiſtat, ſine alicuius aduerſantis obſtaculo. Et ut hec auctoritatis noſtre conceſsio pleniorem in dei nomine obtineat firmitatem manu propria eam firmauimus. et anulo noſtro Sigillari iuſsimus.

Data VII. Kalendas Marcii. Anno Incarnacionis domini DCCCLXXXVIII. Indictione VI. Anno. Arnolfi, invictiſsimi Regis Primo. Actum Aterione (Aterhoue). In dei Nomine feliciter Amen.

a) Ex libro cop. eichstett. fol. 9. b. et 10. item 11. b. et 12, bina enim vice insertum est hoc instrumentum eidem libro copiali, ita tamen, ut altera copia ubique habeat meliores lectiones, autographo magis consentientes, per parenthesim notatas, ex altera copia depromtas atque cum editione ex originali, mox afferenda collatas. Excipitur solus locus, ubi peractum est negotium, quem prior copia cum editione praedicta recte legit Aterhoue, cum altera copia erronee legat: Aterione.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in deductione theodisca eichstettensi an. 1798. Eichstadii impressa, cui titulus: Widerlegung der bei Gelegenheit der k. preuß. gewaltſ. Vorſchritte in Franken erſchienenen Druckſchrift ꝛc. Urkundenbuch S. 3. num. 1. et quidem ex originali, in quo solo desumi potuerunt verba signo ( ) indicata, monogramma regis et notarium cum archicapellanum exprimentia, quae in utraque copia desunt et ex ea ipsa editione suppleta sunt. Antea iam edidit Falkenstein cod. diplom. antiqq. Nordg. 13. num. 7. sed in aliquibus locis depravate, et in Büttneri Franconia II. 55. n. 4.

LIX.

Anno 888. 1. April. ad monasterium Scti Floriani.

Arnolfus rex Snelperoni, abbati suo, tres hobas dominicales iuxta riuum Scalaha in comitatu Arbonis, quas prius duo sclavi, Wartman et Saxo, tenuerunt, donat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Arnolfus diuina ordinante clementia rex. Si ſacerdotum dei precatibus preſertim eorum qui nunquam noſtro deſuere obſequio aſſenſum prebemus non ſolum regalem morem decenter implemus. uerum etiam ardentiores ab hoc nunquam ceſſare efficimus. Qua propter nouerit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet atque futurorum ſollertia. quia nos Snelperoni uenerabili abbati noſtro pro eternitatis gaudiis acquirendis grateque ſeruitutis ſue meritis. quaſdam res proprietatis noſtre in proprium conceſſimus. Hoc eſt tres Hobas. Dominicales iuxta riuum Scalaha. in comitatu Arbonis. quas prius duo Sclaui Wartman et Saxo nuncupati. tenuerunt cum omnibus ad eas iuſte pertinentibus. terris. cultis. et incultis. agris. pratis. campis. paſcuis. ſiluis. aquis aquarumue decurſibus uineis. uiis et inuiis. egreſſibus et regreſſibus. mobilibus et immobilibus et iuſſimus eidem Snelperoni hoc noſtre regalitatis inde ſieri preceptum per quod uolumus firmiterque iubemus. ut in omnibus que illi in poteſtatem tradidimus liberam habeat poteſtatem habendi. donandi. uendendi conmittandi uel quodcunque ex hiis elegerit agendum abſque alicuius contradicentis obſtaculo. Et ut hec donationis noſtre auctoritas pleniorem in dei nomine ſtabilitatem optineat manu propria eam firmauimus anulique noſtri impreſſione ſigillari iuſſimus. Signum domini Arnolfi inuictiſſimi regis (Monogramma). Aſpertus Cancellarius ad uicem Theotmari Archicapellani recognoui. Data Kalendas Aprilis anno domini incar-

nationis. dccc LXXXVIII. Indictione VIa. anno arnolfi regis I. Actum ad monaſterium ſancti Floriani martyris Chriſti feliciter Amen.

a) Ex libro III. cop. dicto lonstorfiano f. 68. a. nam in prioribus non habetur.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum, extractum autem ab Aventino in excerptis passav. apud Oefele I. 705. a.

d) Huic primae donationi accèssit altera eiusdem regis eidem Snelperoni abbati, etiam Snello dicto, anno 889. 3. Maii, quae habetur ex originali inter Authentica.

LX.

Anno 888. 28. Junii. Franchonofurt.

Arnolfus rex nobili viro Folcwino sex hobas in nominatis sex locis, in pago Bliesiggowe, in comitatu Ereinfridi, donat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Arnolffus dei gratia rex Innoteſcat omnibus fidelibus noſtris preſentibus atque futuris, quia nos cuidam nobili viro folcwin vocato in pago bliefiggowe in comitatu Ereinfridi in villis que dicitur (dicuntur) walahefheim felifhawa lantoluinga roflohgounc Medilmefheim et appenchiricha ſex hobas cum quinque mancipiis omnibuſque ad eas de hobis iuſte pertinentibus ob eterne mercedis augmentum in proprietatem donauimus perpetuam (cum) curtibus edificiis terris cultis et incultis agris campis pratis paſcuis ſiluis aquis aquarumve decurſibus viis et inviis exitibus ac reditibus mobilibus et immobilibus Juſſimus quoque inde hoc preſens largicionis preceptum fieri per quod volumus firmiterque iubemus ut memoratus folgwin in omnibus que ei in proprium donauimus

liberam teneat poteſtatem habendi dandi vendendi commutandi vel quicquid ex hiis voluerit facere ſicut vnicuique lex et iuſticia de ſua proprietate concedit agere Et ut hec noſtre auctoritatis conceſsio pleniſsimam in dei nomine ſtabilitatem obtineat manu propria eam firmauimus anulique noſtri impreſsione inſignīri iuſsimus.

Signum domni Arnolffi invictiſsimi regis.

Arneſtus cancellarius ad vicem theotmari archicappellani recognoui. Data IIII Kal. Julias Anno. Incarnationis Domini DCCC.LXXVIII Indictione VI. Anno regni Arnolffi piiſsimi regis I. Actum Franchonofurt in dei nomine feliciter amen.

a) Ex cod. dankartiano f. 9. b. n. 18.

b) Indictio et annus regni respondent anno Chr. 888, in quo exprimendo librarius numerum denarium semel omisit.

c) Editum in actis mannheim. VI. 259. n. 10. ubi Crollius p. 260. nota n. recte advertit, nomen loci Roslogounc confuse esse scriptum, et legi etiam posse Roslogowe, de quo etiam p. 244. in not. egit. Extraxit idem Crollius in orig. bipont. I. 55. not. l.

LXI.

Anno 889. 3. Junii. Forahheim curte regia.

Arnolfus rex monasterio Campidona concedit, ut sex carra ad Hallum, propter sal accipiendum et alia fratrum necessaria deducenda, absque theloneo dirigat.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ. Arnolfus diuina auxiliante clementia rex. Omnibus episcopis. comitibus. ſiue cunctis iunioribus. et ministerialibus nostriſ in regno noſtro conſiſtentibus. ſiue etiam actoribus noſtriſ tam in halla quam etiam in ceteris uillis nostris notum ſit. quia nos in

in elemoſina nostra conceſſimus monaſterio quod dicitur campidona ubi praeſenti tempore uenerabilis uir uualdo episcopus preesse uidetur. ut sex carra liceat ei dirigere ad hallum propter ſal accipiendum. et ad necessaria fratrum in eodem monaſterio degentium deducendum. Propterea hanc noſtram auctoritatem circa ipſum monaſterium fieri decreuimus. per quam precipimus atque iubemus. ut quandocumque praedicta ſex carra ad praefatum locum ſal accipiendum uenerint. nullum theloneum miniſtri eiusdem loci ab eis exigere preſumant. Et ubicumque tam illuc eundo quam illinc redeundo tranſitum ſiue acceſſum habuerint. nullum theloneum neque quod lingua theodiſca muta uocatur. aut portaticum aut pontaticum aut rotaticum aut pulueraticum aut ſalutaticum. aut ullum cenſum uel ullam redibitionem ab eis exigere aut exactare praeſumant. ſed liceat ut diximus et hominef qui cum ipſis perrexerint. libere et ſecure ire et redire et necessitatef praefati monaſterij perficere. Et ut haec auctoritas nostra firma stabilisque consistat. manu propria eam ſigillari iussimus. Signum domini Arnolfi (Monogramma) inuictissimi regis. Aſpertus cancellarius ad uicem deotmari archicapellani recognoui et ſubscripsi (ſignum recognitionis.) Data III Nonas iunij. Anno dominicae incarnationis. DCCCLXXX. VIIII. Indict. VII. Anno II. regni piissimi regis arnulfi. Actum in forahheim curte regia. in dei nomine feliciter. AMEN.

a) Ex libro copiali antiquissimo campidon. saec. XI. fol. 52.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, nec contradicit Waldo episcopus, qui ecclesiae frisingensi praefuit ab an. 883. usque 906. 18. Maii.

c) Editum a Meichelbeck in hist. fris. I. II. 402. num. 901. ex codice campidonensi, et ex Meichelbeck a Reschio in annal. brixin. III. 247—250. cum notis.

d) In omnibus pene ad verbum consonat cum diplomate Ludowici germanici anni 857. 8. April.

LXII.

Anno 889. 8. Decemb. in Augusta civitate.

Arnolfus rex locum Sezzi cum parte silvae et foresti de curte Wizenburch, consensu Ernusti comitis, qui tunc eidem curti et comitatui dominabatur, episcopo eystetensi eiusque ecclesiae donat.

(Chrismon.) In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Arnolfus diuina fauente gracia. Rex. Si erga loca diuino cultui dicata curam gerimus, et ea largitatis noſtre ſubſidio more principali accumulando ditamus, perennis vite gaudia nobis inde augmentari liquido credimus. Idcirco vniuerſis chriſtiane religionis fidelibus noſtrisque preſentibus ſcilicet et futuris manifeſtum eſse volumus, quia Erkenboldus venerabilis Eyſtetenſis Eccleſie preſul ſerenitatis noſtre eminentiam precatus eſt, poſtulans et deprecans ut quendam locum. ſezzi nominatum. ad predictam Eccleſiam in honore ſancti ſaluatoris. que conſtructa eſt ſuper ripam fluminis alimonie, vbi electus dei confeſsor Willibaldus corporaliter requieſcit, pro commemoracione parentum noſtrorum animeque noſtre remedio traderemus, ut noua inſtitucione ad dei et ſanctorum bonifacii. et willibaldi, necnon ſanctiſsimorum abbatum Wunnebaldi videlicet et Sole, cultum. et celebracionem, eccleſiam, qui (quia) crebro adhuc viui cauſa oracionis eundem locum vnanimiter amando frequentare noſcuntur. conſtruere mereretur. Cuius eciam congrue peticioni libenti animo aſsenſum prebentes decreuimus ita fieri, dedimusque illuc prefatum locum cum quadam parte ſilue. et foreſti de curte Wizenburch cum conſenſu comitis Ernuſti, qui eidem curti et comitatui ad preſens dominari videtur, cum omni integritate ſicut ſubnotatis terminorum limitibus detinetur, perenni iure in proprietatem, hoc eſt inprimis de via que ducit de Bizwangen a meridie in fontem illum, qui eſt in medio campi, qui

dicitur Hiruzfeld, et inde per eandem viam in Salahinfeld, exinde vero in locum qui uocatur helmrikeswinkel, et inde in illum Phal. et ſic per ipſum Phal in orientem uſque in illam communem Marcham nordgauenſium, veluti hactenus predictus Comes in ea parte ad foreſtum in ueſtitura habuerat. Et iuſsimus hoc preſens auctoritatis noſtre preceptum inde fieri. per quod decernimus ac firmiſsime regali uerbo imperamus ut prelibate res ab hodierna die. et deinceps perpetuis temporibus. ex integro, ut preſcriptum eſt, ſub eodem banno, ſicut antea fuit, ad memoratam eccleſiam ſecure pertineant, in memoriam anteceſsorum noſtrorum beatiſsimorum regum ac noſtram. Ea videlicet racione. ut nullius ordinis uel poteſtatis perſona ullo vmquam tempore infra preſcriptos terminos. aut venacionem exercere, ſeu aliquam infeſtacionis calumniam ingerere. aut ligna cedere (caedere) uel fenum ſecare. ſeu aliquo paſtu perfrui, ſeu vllo vſu omnino potiri abſque licentia iam dicti antiſtitis preſumat uel ſucceſsorum eius. Et ut hoc verius credatur et per cuncta labentis mundi tempora ab omnibus fidelibus noſtris diligencius conſeruetur, manu propria noſtra ſubter hoc confirmauimus. Et ſigillo noſtro aſsignari iuſsimus.

Data VI Idus Decembris. Anno dominice incarnacionis DCCCLXXXVIIII. Indictione VIII. Anno vero II Regni domni Arnolfi piiſsimi Regis. Actum Auguſta Ciuitate. In dei nomine feliciter amen.

a) Ex libro cop. fol. 12. b. 13.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ex quibus indictio caesarea est.

c) Editum in Falkenstein cod. dipl. antiqq. nordg. 14. num. 8, et quidem ex apographo pleniore, desumto ex originali; nam monogramma et nomina notarii et archicapellani expressit, quae in copia nostra desunt. Caeterum negligentias non paucas huic editioni contraxit ipse editor, aliqua omittendo, plura erronee legendo, quae signo ( ) notata sunt. Ex Falkenstein iterum edidit Schütz corp. hist. brandenb. IV. abh. 22. n. 3.

LXIII.

Anno 890. potius, quam 891. 12. Januar. Regenesburch.

Arnolfus rex cuidam foeminae, Friderun, curtile unum in loco Hruodeshof, in pago Folchfelda, in comitatu Ebonis, cum pertinentiis donat.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis Arnolfus diuina fauente clementia Rex. Comperiat omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum induſtria. qualiter nos per interuentum Popponis Marchionis noſtri quaſdam res proprietatis noſtre cuidam femine ob memoriam et remedium anime noſtre Friderun nominata (nominate) in proprium conceſſimus. Condonauimus namque et in proprietatem Curtile vnum loco nuncupato Hruodefhof in pago Folchfelda in Comitatu ebonis. Hobas XIIII. et Manſos XX. cum uniuerſis attinentijs que legitime ad predictum locum attingere (attinere) dinoſcuntur. hoc eſt. Campis. agris. pratis. paſcuis. ſiluis. aquis. aquarumque decurſibus. exitibus et reditibus. Mobilibus et immobilibus queſitis et inquirendis. ſiluis etiam (in) duobus locis conſtitutis. una in Sulzheimare marcha. altera ad jam dictum locum pertinens id eſt Hruodefhof atque in utriuſque (utrisque) deſerta culta et inculta interjacentia iure perhenni poſſidendum. Juſſimus quoque ei inde preſens auctoritatis noſtre fieri preceptum, per quod uolumus firmiterque iubemus. ut prefata Friderun. de hiis ſupradictis locis omnibus firmam ſecuramque habeat poteſtatem habendi. donandi. vendendi. commutandi. uel quicquid ſibi exinde placuerit faciendi ſine ullius contradicentis obſtaculo. Et ut hec auctoritas conceſſionis noſtre firmior habeatur. et per futura tempora a fidelibus noſtris melius credatur ac diligentius obſeruetur. ipſi manu noſtra ſubtus notam impreſſimus. Inſuper etiam ſigillo bulle noſtre iuſſimus inſigniri. Signum domni Arnolfi pijſſimi Regis (Monogramma).

Apertus Cancellarius ad uicem Theotmari Archicapellani recognouit et ſ. (S. R. cum notis Tiron.)

Data. II. Idus Januarij. Anno dominice Incarnationis D.CCC.XCI. Indict. VIII. Anno IIII. Regni domni Arnolfi inuictiſſimi Regis. Actum Regenesburch feliciter Amen.

a) Ex libro copiali wirceb. signato 5, p. 245.

b) Indictio anno Chr. 890, annus autem regni anno Ch. 891. respondet, in quibus duobus annis circa eorum initium Ratisbonae rex versabatur. Ex quo vero authentica diplomata huius regis mense Januarii anni 891. non inveniantur, mendum potius in anno regni et Chr., quam in indictione esse putamus.

c) Editum in Eckhart Franc. orient. II. 896. n. 22. ex chartulario vetusto, quod nonnisi uno loco ab hocce codice signato 5. differt, cum legat: subternotavit, loco: subter notam impressit.

LXIV.

Anno 890. 14. April. ad Radesbonam urbem.

Arnolfus rex ex illis hominibus, qui de aliis villis advenientes silvam Scti Stephani (Pataviae) extirpaverunt, servos suos regios, quicunque illam marcam ad Grasaresaha invaserunt et modo ibi sedent, per advocatum episcopi (pataviensis) ad manum et opus regis revocatos, ad servitium eiusdem Scti Stephani tradit ac donat.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Arnolfus diuina fauente gratia Rex. Notum eſſe uolumus omnibus ſancte dei eccleſie fidelibus noſtrisque preſentibus ſcilicet et futuris qualiter Engilmarus dilectus epiſcopus et miniſterialis noſter inueſtigando res ſancti Stephani. quam ſedem ipſe preſidere dinoſcitur inue-

Digitized by Google

nit in marca predicti dei marthyris homines de aliis uillis uenientes. et iniuſte ſiluam predicti ſancti Stephani extirpantes. qui continuo finibus circumductis et populis confirmantibus nouerunt se iniuſte ibidem ſedem et terram cum compoſitione reliquerunt. Quando nos uero cognouimus talem iniuſticiam predicte caſe dei factam. placuit celſitudini noſtre quicunque ſerui noſtri illam marcam in Graſamareſaha inuaderent. unde cunque eſſent. et modo ibi ſederent qui ad opus noſtrum pertinerent. ut Aduocatus predicti epiſcopi illos ad manum noſtram inquireret. et quos cum iuſticia legali et cum populis ueracibus ad opus noſtrum acquirere poſſet ob reuerentiam ſancti Stephani prothomartyris Chriſti ad ſuum ſeruicium in perpetuum daremus. pro remedio parentum et uenia peccatorum noſtrorum et iuſſimus inde hanc noſtram ſcribi auctoritatem. per quam uolumus et decreuimus. ut hec pronotata donatio noſtra noſtris et futuris temporibus in perpetuum firma et inconuulſa permaneat. Et ut hec donationis noſtre auctoritas firmior habeatur et per futura ſecula a cunctis fidelibus noſtris uerius credatur. ac diligentius obſeruetur ad dei ſeruicium ſanctique prothomarthyris Stephani manu propria ſubtus eam firmauimus. et ſigilli noſtri impreſſione aſſigillari iuſſimus. Et hec ſunt nomina ſupradicte traditionis. Engilger cum filiis ſuis Reginpreth (Reinpreth) cum poſteris ſuis. Engizo cum filiis ſuis. Wolager et Iminolf Oſtiarii (hoſtiarii) cum poſteris ſuis. Signum domini arnolfi inuictiſſimi Regis (Monogramma). Aſpertus Cancellarius ad uicem Theotmari archicapellani recognoui. Datum XVIII. Kalendas Mai anno dominice incarnationis DCCCXC. Indictione VIII anno uero domini Arnolfi regni inuictiſſimi regis III. actum ad Radeſbonam urbem in dei nomine feliciter amen.

a) Ex tribus libris cop. I. f. 24. II. f. 49. b. III. f. 48. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Paucis extractum ab Aventino in excerptis passav. ap. Oefele I. 705. b. Editum a Bar. de Hormayr. Jahrb. Bd. XLIV. Anzeigebl. 7. n. 24.

LXV.

Anno 890. 26. Junii. ad Ulma.

Arnolfus rex, deprecante Yringo, comite et ministeriali suo, concambium quoddam confirmat, quo fratres monasterii Utinburric (Utenburen) cum licentia senioris eorum, Odalrici comitis, cuidam Hekisheri curtem Darki tradunt, qui econtra monasterio eorum proprietatem suam in loco Walo et duas hobas in Ostrindorf, in pago Augisgauue, tradit.

(Chrismon.) In nomine ſancte et indiuiduc trinitatiſ Arnolfuſ diuina fauente gratia rex. Notum eſse uolumus omnibus ſancte dei aeccleſiae fidelibuſ. noſtriſque preſentibus ſcilicet et futuriſ qualiter noſter quidam comeſ honorabiliſ et dilectuſ miniſterialis nomine Yringuſ obtulit noſtris obtutibuſ quandam cartulam in qua continebatur qualiter quidam fratreſ ſub regulari habitu degenteſ in loco vtinburric cum licentia et conſenſu Odalrici comitiſ noſtri et ſenioriſ eorum quoddam concambium facere uiſi ſunt. Tradiderunt itaque iamdicti fratres unanimi ſenſu parique conſilio cum licentia ſenioriſ eorum odalrici per manum aduocati eorum nomine Reginhoh cuidam ſeculari uiro cui nomen eſt hekiſheri unam curtem quae uocatur darki cum omnibus appenditiiſ idem (item) eccleſiam unam cum ediſiciiſ omnibuſ cum terris et agriſ ſiluiſ pratiſ paſcuiſ aquiſ aquarumque decurſibuſ mobilibus et inmobilibus et quicquid dici aut nominari poteſt quae ad ipſam curtem pertinere uidentur iure ac legitime. Econtra uero idem memoratus hekiſheri ad illorum tradidit monaſterium illiſque fratribus in proprietatem quicquid habere uiſus eſt in pago Augiſgauue in loco qui uocatur walo cum uniuerſis appenditiiſ ſuiſ et unam ſeruilem hobam et

in Oſtrindorf duaſ hobaſ ad curtem ipſam pertinenteſ deprecatus eſt etiam idem iam dictus fideliſ noſter Yringuſ ut ipſum concambium cum auctoritatiſ precepto confirmaremus. Noſ uero iuſsimus eidem Hegiſhero hoc preſens noſtrum preceptum inde conſcribi per quod uolumuſ firmiterque iubemuſ. ut quod parſ parti contulit. hoc firmum et inconuulſum perpetuiſ temporibus permaneat. Et ut hoc ueriuſ credatur et a cunctiſ fidelibus noſtris diligentiuſ conſeruetur manu propria noſtra ſubter hoc confirmauimus et ſigillo noſtro aſsignari iuſsimuſ.

Signum domni Arnolfi (Monogramma) ſereniſsimi regiſ Albertuſ (Aſbertus) cancellariuſ ad uicem Theotmari archicapellani recognoui.

Data VI Kal. Jvlii. Anno domini DCCCXC. indictione VIIII. Anno vero III regni domni Arnolfi ſereniſsimi regiſ.

Actum ad Ulma curte regia in nomine domini feliciter amen.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 55.

b) Annus regni respondet anno Ch. indicato; indictio autem abundat unitate.

c) Ineditum.

LXVI.

Anno 891. 24. Julii. Matahkove.

Arnolfus rex capellam sui iuris, in partibus Sclavaniae, ad curtem suam Liburnia consistentem, ecclesiae Sctae Mariae Frisingae nec non ecclesiae Sctorum martyrum Primi et Feliciani in loco Uuerid, in eisdem partibus, donat, ut ad praelibatam principalem diocesis frisingensis sedem pertineat.

(Chrismon.) In nomine sanctae et individuae trinitatis! Arnolfus divina fauente clementia rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata curam gerimus, et aliqua potestatis nostrae cil inpenderimus subsidia, pro eterna adipiscenda salute hoc nobis non ambigimus esse profuturum. Quapropter omnium Christicolorum patefieat agnitioni, quomodo nos pro diuine remunerationis emolumento, necnon ob interuentum waldonif sanctae frisingensis aecclesiae prefulf quandam iurisf nostri capellam in sclavinie partibus ad curtem nostram quae Liburna uocatur confinxtem quamque waningusf capellanuf noster in beneficium tenuit cum omnibus appenditif iuis ad prefatam sanctae dei genitricis semperque uirginif mariae aecclesiam clectumque Christi confefsorem Corbinianum qui ibidem corporaliter requiefcit. nec non ad sanctof dei martyref Primum uidelicet et felicianum pjorum in eisdem partibus in loco qui uulgo uocrid uocatur conferuata micat aecclefia perpetualiter confiftendam tradidimus. cum curtibus et aedificif familiif ac mancipiif decimif cenfibus terrif cultif et inculof. agrif pratif pafcuif fluif aquis aquarumque decurfibus molinif pifcationibus uiis et inuiif exitibus et reditibuf. queftif et inquirendis. et uniuerfis quae legaliter ad ipfum capellam pertinere cenfentur. Et iufsimus

hunc preſentem muniminiſ noſtri titulum inde conſcribi firmiter imperanteſ ut eadem capella cum uniuerſa integritate ſua ad prelibatam principalem dioceſis ſue ſedem noſtriſ futuriſque temporibus pertineat atque conſiſtat. ita ut rectoreſ eiuſdem aeccleſiae perenni ueluti de caeteris epiſcopii ſui rebuſ ſemper utantur arbitrio quicquid inde facere uoluerint ſine ulliuſ obſtaculo. Et ut hoc uerius credatur diligentiusque ab omnibus conſeruetur. manu noſtra ſubtus hoc idem roborante ſ preceptum anulo noſtro iuſsimus inſigniri.

Signum Arnolfi (Monogramma) piiſsimi regiſ.

Egilpero (Engilpero) notariuſ ad uicem theotmari archicapellani recognoui.

Data XII. Kal. Auguſti. Anno dominicae incarnationiſ DCCCXCI. indictione VIII. Anno regni domni Arnolfi piiſsimi regiſ IIII. Actum ad matahhoue curte regia in dei nomine feliciter Amen.

a) Ex libr. cop. frising. I. f. 24. II. f. 97. b.

b) Annus regni respondet anno Ch. notato; indictio decurtata est unitate.

c) Editum in Meichelbeck hist. fris. I. II. 405. num. 902. in Hund. metr. I. edit. Mon. 128. edit. Ratisb. 87. in Lünig spicileg. eccl. II. Th. 212.

d) In margine descriptor notat: De Lurna.

LXVII.

Anno 891. 21. Julii. Matahoue.

Arnolfus rex capellam sui iuris, in partibus Sclaviniae, ad curtem suam Liburnia, *vulgo Lurna*, consistentem, ecclesiae Sctae Mariae Frisingae donat, inserta de consecratione eiusdem capellae historia, quae interpolata videtur.

(Christmon.) In nomine sancte et individue trinitatis! Arnolfus divina fauente clementia rex. Si erga loca divino cultui (ui) mancipata curam gerimus, et aliqua eif potestatif nostrae impendimus fubfidia, pro aeterna adipifcenda falute hoc nobif non ambigimuf efse profuturum. Qua propter omnium pateſcat Chriſticolarum agnitioni, quomodo nof pro divinae remunerationif emolumento necnon ob interuentum waldonif fanctae Frifingenſis eccleſiae praefulif, quandam juris noſtri capellam in ſclauinie partibus, ad curtem noſtram quae liburnia *vulgo lurna* vocatur, conſiſtentem quam *Zacharias papa ob heredes (haereses) quasdam illis in partibus ob hortas (ohortas) necnullas illo tempore Johannie aquilegiensi praesule assistente in honore sancti Petri consecrauerat Pipini regis ob amorem* cum omnibuf appendiciif ſuif. ad preſatam ſancte dei genitricif marie eccleſiam electumque Chriſti confeſsorem corbinianum qui ibidem corporaliter requieſcit perpetualiter conſtituendam tradidimuſ, cum curtibus et aedificiif familiif ac mancipiif decimif *utraque trahasi fluuii in parte ad ipsam capellam antiquitus terminata* cenſibus terriſ cultiſ et inculti aqris pratiſ paſcuiſ iliuſ aquis aquarumque decurſibus molinif piſcationibus uiif et inuiif exitibus et redituibuſ queſtiſ et inquirendiſ. et uniuerſis quae legaliter ad ipſam capellam pertinere cenſentur. Et iuſsimus hunc preſentem munimini noſtri titulum inde conſcribi

Digitized by Google

firmiter imperantes. ut eadem capella cum uniuersa integritate sua ad praelibatam principalem sedem diocesis suae nostris futurisque temporibus pertineat atque consistat. ita ut rectores eiusdem aeccleſiae perenni semper utantur arbitrio quicquid inde facere libuerit sine ulliuſ obstaculo. Et ut hoc ueriuſ credatur diligentiusque ab omnibuſ conseruetur. manu nostra subtuſ hoc idem roborantes preceptum anulo nostro iussimus insigniri.

Signum Arnolfi (Monogramma) piissimi regis.

Engilpero notarius ad uicem thiotmari archicappellani recognoui. Data XII. Kal. Augusti anno dominicae incarnationis DCCCXCI. Indictione VIII. Anno regni domini Arnolfi regis IIII. Actum Matahoue feliciter Amen.

a) Ex libr. cop. frising. I. f. 31. b. II. f. 98. b.

b) Annus regni respondet anno Ch. notato; indictio decurtata est unitate.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. Monac. 129. edit. Ratis. 88. in Lünig spicileg. eccl. II. Th. 213. Memoratum quidam a Meichelbeck hist. fris. I. 145, omissum autem, quia interpolatum ipsi visum est, in quibusdam locis; quae vix cohaerent cum chronologia Papae Zachariae, regis Pippini ac praesule aquileiensi Johanne, et addita esse possunt in utrisque novioribus copiarum codicibus post celebrem illam de decimis liburniensibus controversiam, cuius compositio ibi legitur p. 273. circa a. 1062.

LXVIII.

Anno 892. 15. Februar. Otingae.

Arnolfus rex res proprietatis suae, in loco Rorbach, in pago Truongouue, quas prius cuidam Thiethardo donaverat, sed ob perfidiam eius iterum abstulerat, ecclesiae Scti Floriani mart. donat.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Arnolfus diuina ordinante clementia rex. Si locis deo dicatis uel ſeruis dei ibidem deſeruientibus aliquod ſolacium conferre curauimus deum nos ob hoc propicium habere non diffidimus. Qua propter nouerit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet futurorum induſtria qualiter nos pro mercedis augmento et pro remedio parentum noſtrorum quaſdam res proprietatis noſtre in pago Trungowe. in loco nuncupato Rorbach. quod (quas) prius cuidam Thiethardo per preceptum donauimus. ſed quia ille apoſtata factus eſt et regnum noſtrum ac fideles noſtros depredauit. iure et legaliter abſtulimus. et ad ſanctum florianum martyrem Chriſti manu potenti per iſtud noſtrum preceptum firmiſſime condonamus ea uidelicet ratione. ut deinceps ſine ullius contradictione prefate res cum omnibus iuſte et legitime ibidem aſpicientibus edificiis. mancipiis. utriuſque ſexus. terris. uineis. agriſ. campis. pratis. paſcuis. ſiluis. aquis. aquarumue decurſibus. molendinis. uiis et inuiis cultis et incultis. mobilibus et immobilibus. queſitis uel inquirendis. cum omni integritate ad iam dictum ſanctum Florianum martyrem Chriſti perpetualiter poſſidende permaneant. nullo umquam Succeſſorum noſtrorum hoc irrumpente. Et ut hec noſtra auctoritas firmior habeatur manu propria ſubtus eam firmauimus. et anulo noſtro inſignire iuſſimus. Signum domini Arnolfi glorioſiſſimi regis (Monogramma). Engilpero Notarius ad uicem Thiotmari Archicapellani recog-

noui. Data XV Kalendas Martii anno dominice incarnationis DCCCXCII. Indictione X. anno uero regni Arnolfi piiſſimi regis V. ſ[illegible]ctum Otinga Curte regia in dei nomine feliciter amen.

a) Ex tribus libris cop. I. f. 29. II. f. 55. III. f. 49. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Wiener Jahrbüchern Jahr 1827, XL. Band. Anzeigebl. S. 7. et extractum ab Aventino in excerptis passav. ap. Oefele I. 705. b.

LXIX.

Anno 892. 4. Octobr. Lentinchouon.

Arnolfus rex cuidam foeminae, Irmburch, de beneficio filiorum eius, Adalberti et Caganhardi, hobas duas in Mura, et hobam in Divpodorf, in pago ad Pergon dicto, donat.

(Chrismon.) In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ Arnolfus diuina fauente clementia rex. Notum ſit omnibuſ ſanctae dei aeccleſiae fidelibus tam preſentibus quam et futuriſ. qualiter noſ pro mercediſ noſtre augmento et per interuentum dilecti ac uenerabiliſ epiſcopi noſtri Engilmari cuidam feminae Irmburch nominatae quasdam reſ iuriſ noſtri de beneficio filiorum eiuſ adalperti uidelicet et Caganhardi in pago qui dicitur ad pergon in loco mura nuncupato hobaſ duaſ et in alio loco divpodorf dicto. hobam unam in proprietatem conceſſimus. cum curtilibus et aediſiciis et quindecim mancipiiſ campiſ agriſ pratiſ paſcuiſ ſiluiſ aquiſ aquarumque decurſibus molendiniſ piſcationibus uiiſ et inuiiſ exitibus et reditibus terriſ cultiſ et incultiſ mobilibus et inmobilibus quaeſitis et inquirendiſ. et cum uniuerſis rebuſ iuſte legitimeque ad ipſas adſpicientibus. Juſsimuſ quoque hoc preſenſ auctoritatiſ noſtrae preceptum inde con-

ſcribi per quod uolumuſ firmiſsime imperanteſ. ut iam dicta femina nunc et deincepſ omni tempore ex preſcriptis rebuſ liberrimam habeat poteſtatem poſsidendi tenendi donandi uendendi commutandi uel quicquid ſibi exinde in omnibuſ placuerit faciendi. abſque alicuius perſonae contradicentiſ obſtaculo. Et ut haec largitioniſ noſtrae auctoritaſ firmiori imperpetuum ſolidetur robore credibiliuſ diligentiusque ſemper a noſtriſ obſeruata fidelibus. manu noſtra ſubtus eam firmauimus. et anuli noſtri inpreſsione ſigillari iuſsimuſ. Hec ſunt nomina illorum mancipiorum. inprimiſ Liupreht. item Liutpreht. adalger wolfpero Hiltimar Irmpreht Engilgoz Hiltiſrit waldni. Sigini Routhilt Rihdruth Kerhilt Tuata wlla wentiburc willidrud.

Signum domni Arnolfi (Monogramma) largiſsimi regiſ. Engilpero notarius ad uicem Diotmari archicapellani recognoui. Data IIII Non. Octobris. Anno dominice incarnationis DCCCXCII. indictione X. Anno vero V. regni domni arnolfi regiſ. Actum Lentinchouon in dei nomine feliciter Amen.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 30. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 129. edit. Ratisb. 88. in Lünig spicileg. eccl. II. Theil. 213.

LXX.

Anno 893. potius, quam 892. 23. Junii. Regina civitate.

Arnolfus rex Engilmaro, episcopo pataviensi, eiusque ecclesiae quaedam mancipia, cum rebus seu usibus eorum, donat.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Arnolfus diuina fauente gratia rex. Si de hiis rebus quas diuina prouidentia iure hereditario nobis clementer conceſſerat. ob recordationem ante-

ceſſorum noſtrorum regum uidelicet Francorum et Bawariorum et noſtram memoriam aliquid ad eccleſias dei ubi illorum et noſtra ſemper debet eſſe recordatio. conceſſerimus. non ſolum preſentis. uerum etiam eterne uite nobis gaudia inde adipiſci liquido credimus. Qua propter omnium ſancte dei eccleſie fidelium noſtrorumque tam preſentium ſcilicet quam et futurorum cognoſcat induſtria. quia nos pro anteceſſorum noſtrorum aui et Genitoris noſtri. et noſtra memoria quedam proprii iuris noſtri mancipia. ad beatos dei martyres patauienſis eccleſie uidelicet ſanctum Stephanum et ſanctum Valentinum ubi dilectus et fidelis vir Engilmarus epiſcopus ac paſtor eſſe dinoſcitur in proprium conceſſimus id eſt Engilrich et Richpero et eorum ſorores quatuor. Perichtolt et Hiltroch cum uxoribus et filiis. Plidhilt cum filiis eius. et cum omnibus rebus ſeu uſibus quicquid iam dicta mancipia uidebantur habere totum et integrum ad iam nominatam eccleſiam tradimus atque tranſſundimus et iuſſimus inde hoc preſenſ preceptum noſtrum conſcribi. per quod uolumus ut ab hodierna die ac deinceps cum omni diligentia illuc ſeruiant. dominatumque ac defenſionem inde habeant ſicut ſeruum et ancillam de domino habere decet. Et ut hec largitionis noſtre auctoritas firma ſtabiliſque perpetuis perſeueret temporibus. manu propria ſubtus eam firmauimus. et anulo noſtro aſſigillari iuſſimus. Signum domini Arnolfi inuictiſſimi regis (Monogramma). Engilpero Cancellarius ad uicem Theotmari archicapellani recognoui. Datum VIIII Kalendas Julii anno dominice incarnationis DCCCXCII. Indictione XI. anno uero regni piiſſimi regis Arnolfi VI. actum Ciuitate regia (regina) in dei nomine feliciter amen.

a) Ex tribus libris cop. I. f. 30. II. f. 56. III. f. 50.

b) Indictio et annus regni conveniunt anno Chr. 893; cnfr. diploma huius regis ex authographo 893. potius quam 892. 5. Junii Reganespurc.

c) Ineditum, extractum autem ab Aventino in excerptis passav. ap. Oefele I. 706. a.

LXXI.

LXXI.

Anno 893. 21. August. ad Eberesburc.

Arnolfus rex confirmat commutationem, suo consensu factam, inter Waldonem episcopum frisingensem et Jacobum vasallum eius, qui, recepta quadam possessione in loco Incinmos, eidem episcopo alias possessiones in locis Muotrichinga et Fidalesdorf et inter illa loca sitas, tradit.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuidue trinitatiſ Arnolfus diuina fauente clementia rex. Sciant omneſ fidelium noſtrorum turmae quia waldo venerabiliſ ac dilectuſ epiſcopuſ noſter et Jacobus uaſsalluſ ſuus precati ſunt clementiam noſtram ut quandam commutationem cum noſtro conſensu inter ſe cauſa compendii factam noſtre auctoritatiſ ſcripto roboraremus quod et ita fieri decreuimus. Dedit itaque ſupradictus uenerabilis epiſcopuſ per manum aduocati ſui de rebus epiſcopii ſui ſupradicto Jacobo quicquid in loco incinmoſ habuit hoc eſt dimidiam partem aeccleſiae curtem cum domo et hobis VIII. de pratiſ carradas CLXIII. cum boniſ et maliſ. lucoſ III. mancipia XXX et VIII. cum ſenibus et iuuenibus. Econtra uero accepit idem epiſcopus ad ipſam ſedem epiſcopalem Friſingenſem loca Muotrichinga et Fidaleſdorf nominata. et inter illa loca de arabili terra hobaſ X. de pratiſ CCVI. et mancipia XLIII. cum ſenibus et iuuenibus. Unde per hoc preceptum quod inde iuſsimus conſcribi firmiter iubemus. ut quod pars parti contulit firmum et ſtabile perſeueret. Haecque commutatio nullo unquam tempore uioletur ſed perpetim inconuulſa perduret. Et ut haec auctoritaſ noſtra in ſui roboriſ uigore permaneat noſtra (manu) eam firmauimus. annuloque noſtro eam ſignare precepimus.

Signum domni Arnolfi (Monogramma) piiſsimi regiſ. Ernuſtus notarius ad uicem Theotmari archicapellani recognoui. Data XII Kal. Septembris. Anno incarnationis domini DCCCXCIII. Indictione XI. Anno regni Arnolfi regiſ VI. Actum Ad Eberesburc in dei nomine Amen.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 5.
b) Notae chronologicae inter se conveniunt.
c) Editum in Meichelbeck hist. frising. I. II. 403. num. 903.

LXXII.

Anno 895. 5. Maii. Triburae.

Arnolfus rex Megingozo, vasallo Erkenboldi episcopi eystetensis, res eius in Nortgowe, in comitatu Cheldionis, videlicet Phaldorf, Gundoltingen, Haralanta et Suantharelanta restituit, quas ei Hildigardis neptis Arnolfi et Engeldicho comes abstulerunt.

(Chrismon.) In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Arnolfus dei gracia Rex. Si ſtrenuis atque illuſtribus viris in regno a deo nobis conlatorali (conlato ali-) qui (quid) de pietate noſtra munificencie et largicionis inpendimus a remuneratore perpetuo illud nobis recompenſari veraciſsime credimus. eoſ quoque noſtra concedimus (conceſſione) prompciores in noſtro ſeruicio ac fidelitate ſtatuimus. Idcirco nouerit ſancte dei eccleſiae fidelium noſtrorumque preſentium ſcilicet ac futurorum ſolercia. Qualiter venerabilis Epiſcopus et fidelis noſter waldo noſtram adierit excellenciam. deprecans atque humili rogatu ſuadens, vt quaſdam res in pago Nortgowe in comitatu Cheldionis, vocabulo Phaldorf. Gundoltingen Haralanta. ſuantharelanta, quas Hildigardis nepitis (neptis) noſtra. et Engeldichi Comes. necnon et Sigo vicarius eius et aduocatus preſate Hiltgardis. Megingozo

uaſallo dilecti et noſtri fidelis Erkenboldi epiſcopi, fraude mali ingenii abſtulerunt, Iterum noſtra miſeraçione ob amorem dei in proprietate prouocante habuit. reddere deberemus. Nos igitur cordis tacti clemencia, eius ex fide et veritate poſtulantis precibus annuentes, reminiſcentes quoque infidelitatis eiuſdem neptis noſtre. qua contra nos et regnum noſtrum et (eſt) machinare conata. Et cum conſilio et iudicio frankorum. Bawariorum Saxonum. atque Alamannorum fidelium noſtrorum omnibus que poſsidebat legaliter indemptis, Inter cetera que ei abſtulimus etiam prefatas res, quas iniuſte et fraude ingenii inuaſerat, ab eius dominacione retraximus. et deliberato animo Megengozo, prout antea habuerat, in proprietate reddidimus. ſcilicet cum omnibus appendiciis ſuis, mancipiis et edificiis. Campis agris. pratis. paſcuiſ. Siluis. aquis. aquarumue decurſibus. Molendinis. Piſcationibus. terris cultis et incultis. exitibus et reditibus. queſitis et inquirendis. mobilibus et immobilibus ſeu quidquid iuſte et legitime aſpicere et permanere videtur. ad res memoratas iuſsimus quoque hoc preſens roboracionis noſtre preceptum conſcribi, per quod uolumus firmiterque iubemus uotam. dictam (ut iam dicta) loca. cum omnibus attinenciis eorum perpetuis temporibus ſine ullius perſone obſtaculo in proprietatem teneat poſsidenda. Et ut hec auctoritas noſtra firmiorem in dei nomine obtineat ſtabilitatem, Manu noſtra ſubtus corroborantes anulo noſtro iuſsimus inſigniri.

Data III Non. Maii. Anno domini DCCCXCV. Indictione XIII. Anno regni. Arnolfi. VIII. Actum ad Triburas. In dei Nomine feliciter. Amen.

a) Ex libro cop. eichstett. fol. 12 et 12. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Falkenstein cod. dipl. antiq. nordg. 16. num. 9, ex eodem libro copiali; omisit enim Falkensteinius monogramma ac notarium cum archicapellano, quod quasi continuo fit in hoc libro copiali; ast negligenter et sensum et vocabula reddidit, immo etiam diem mensis male legit, et locum peracti negotii praeteriit. Iterum edidit Bar. de Hormayr in der Gedächtnifsrede 1831. Noten S. 102.

LXXIII.

Anno 896.

Arnolfus imperator civitatem Ratisponam amplificasse, eamque cum XL. vineis in monte iuxta eandem civitatem Scto Emmerammo tradidisse, nec non censum annuum ad altare S. Petri Romae de eodem monasterio praestandum, ipsiusque monasterii libertatem confirmasse dicitur.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ Arnolfus diuina fauente gratia imperator auguſtuſ. Si igitur hiſ qui ſub obtentu ſacrae religioniſ iugiter diuiniſ mancipantur officiiſ aureſ ſerenitatiſ noſtrae benigno fauore accommodamus eorum affectui ſatiſfacienteſ. liquido credimus eoſ promptioreſ in ſuſtentatione noſtri ſacri imperii. et deuotioreſ in orationiſ conſtantiae ſtatu pro nobiſ permanere. atque apud remuneratorem omnium bonorum diuiniſ nos remunerari praemiiſ. Quapropter omnium fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet ac futurorum cognoſcat induſtria. qualiter nos pro abſolutione diuinae (diuae) recordationiſ anteceſsorum noſtrorum auguſtiſsimorum ſcilicet imperatorum et pro remedio filii noſtri Ludowici. atque interuentu etiam dilectae coniugiſ noſtrae Ovtae uolumus amplificare et augere ciuitatem noſtram que uocatur ratiſpona ob amorem et honorem ſcilicet patroni noſtri et precioſi dei martyriſ Emmerammi et eandem ciuitatem totam nouiter factam cum XL. uineiſ in monte qui eſt in ripa danubii. iuxta eandem ciuitatem tradimuſ nullo contradicente vel inquietante precioſo martyri Emmerammo et glorioſo martyri dei cuius nomen in libro uitae celeſtiſ aſcriptum eſt. Proinde omnium ſucceſsorum noſtrorum magnitudo cognoſcat. poſtquam patruuſ meus Karolus imperator pro peticione heu tam uenerabiliſ epiſcopi embrichoniſ prae-

nominatam aeccleſiam praeſtitit. nunquam poſtea uictoriam habuit. neque corporiſ et animi ſanitatem uſque ad finem uitae ſuae. Quapropter comperiat omnium ſanctae dei aeccleſiae fidelium ſollertia quod noſ eundem cenſum de praefato monaſterio quem Karoluſ magnus dedit leoni papae ſucceſsoribusque eius et attauuſ (atauus) meus eugenio papae. et auuſ meuſ piuſ Ludowicuſ Nycolao papae romam ad altare ſancti Petri ſtabilem facimus in praeſentia domni et uenerabiliſ papae formoſi. et aeccleſiam eandem confirmamus in poteſtate imperatorum ſiue regum ſine ulliuſ maliuolentiſ minutione uſque in euum permanere. et cum eius benedictione et conſecratione et confirmatione ita confirmamus. ut ſiquis imperator aut rex eandem aeccleſiam alicui praeſtet. in maledictione ſanctae Mariae et ſancti Petri ſucceſsorumque eius et omnium ſanctorum perſiſtat. uſque dum ea traditione reſipiſcat. Et ut hoc imperiale auctoritatiſ noſtrae praeceptum firmius habeatur et inpoſterum uerius credatur. hanc cartam conſcribi iuſsimus cum ſigillo papae anulique noſtri inpreſsione aſsignatam manu noſtra ſubtus roborauimus.

a) Ex cod. I. cop. S. Emmer. fol. 59. num. 47. et ex cod. Udalrici bamberg. ap. Eccard. corp. hist. II. 59. num. 27, qui in aliquibus levis momenti rebus aliter legit.

b) Notae chronologicae desunt. Historia et acta tam Papae Formosi, circa mens. Julii 896. defuncti, quam Arnolfi imperatoris, anno eodem a dicto Papa mense Febr. coronati, in isto instrumento memorata, illud, saltem ex mente auctoris, ab ipso an. 896. removeri non permittunt. Quae fidei eius obstare videntur, collegit Hansiz in prodromo German. sacr. T. IIItii p. 108; contra quem defensionem eius suscepit Zirngibl in dissert. de Arnolpho III. Band der neuen bayr. hist. Abh. p. 341—364, in recentiore tamen dissertat. de processu exemtionis I. Band der neuen hist. Abh. pro an. 1804. 2ten Stücks p. 5. quoad rem ipsam, dissimulatis argumentis, Hansizio accedit, novitium sive spurium esse partum.

Graviora, quae movit Hansizius, nec Zirngibl omnino removit, ista sunt:

1. amplificatio civitatis ratisponensis Arnolfo imp. tributa, quae potius Arnolfo duci adscribitur;
2. memorata commendatio sive praestaria monasterii S. Emmerammi per Carolum crassum episcopo Embrichoni facta;
3. praesentia Formosi Papae cum Arnolfo imp. in urbe ratisbonensi, quae tamen iisdem verbis in authentico diplomate Ludowici inf. 903. 12. Aug. repetitur.

c) Editum ex cod. Udalr. ap. laudatum Eccard. ex cod. ipso S. Emmer. in Hund. metr. I. edit. Mon. 225. edit. Ratisb. 151. in Pez thes. I. III. 36. n. 5. in Lünig spicil. eccl. III. Theil. 646. n. 14. in libr. probat. S. Emmer. 81. n. 30. et in Hansizii iam allati prodromo Germ. sac. sive dissert. de origine, et statu primaevo episcopatus ratisb. p. 107. addita censura p. 108. denique in Oefele scr. rer. boic. I. 174.

LXXIV.

Anno 898. 19. August. Rantesdorf.

Arnolfus imperator curtem Ruiti cum eius pertinentiis, exceptis decimationibus vetigalium, ad monasterium Scti Michalis iuxta Matheseo tradit, pro qua ex rebus monasterii Otinga, ad sedem patauiensem iure perpetuo pertinentis, praedium in Italia situm, quod Summus lacus nuncupatur, recipit et ad ius et dominationem regiam revocat.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Arnolfus diuina fauente clementia imperator Auguſtus. nouerit igitur omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum induſtria. quem admodum nos diuino inſtinctu admoniti pro quodam predio in italia poſito quod dicitur ſummus lacus monaſterii otinga nuncupati ad ſedem patauienſis ecclesiae iure perpetuo pertinentis. quia longitudine terrarum incommodum

earundem ecclesiarum rectoribus esse uidebatur. quandam nostri iuris proprii curtim. oportunius eidem Otingensi monasterio sitam, quae uocatur ruiti. cum omnibus ad eam iuste et legitime aspicientibus. In quibuscunque pagis iacentibus. aedificiis. domibus. mancipiis utriusque sexus. terris. agris. campis. pratis. pascuis. siluis. aquis. aquarumque decursibus. molendinis. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. cultis et incultis. quesitis et inquirendis. cum omni integritate. exceptis decimationibus uectigalium ad monasterium sancti michaelis iuxta lacum matheseo situm. In sustentationem fratrum ibidem deo seruientium pertinentibus. pro remedio animae nostrae parentumque nostrorum imperiali donatione tradidimus ipsa uero curtis in italia quae vocatur summus lacus. in integrum ad regium reuertatur ius et dominationem. Jussimus etiam hoc nostrae mansuetudinis praeceptum inde conscribi per quod decernimus atque iubemus. Ut liceat ab hodierna die rectoribus prescriptarum ecclesiarum. cuncta hec quae supra memorauimus. possidere. ordinare. et disponere. secundum eorum uoluntatem. Ita ut ab hodierna die nulla persona. vel exactor in easdem res contra haec descripta inuadere. Aut aliquam uiolentiam inferre presumat. Sciens quicumque. hoc facere presumpserit debitam poenam uiolentie eisdem rectoribus coactum se exsoluere. Id est libras xxx. argenti probatissimi. Et ut haec nostra largitio in aeuum firmior et credibilior ab omnibus habeatur. manu propria subter eam firmauimus. et sigillo nostro sigillari iussimus. (S. R.)

Signum Domni Arnolfi (Monogramma) Imperatoris Augusti.
Engilpero Notarius ad uicem Uvichingi
episcopi recognoui.

Data xiiij. Kal Sept. Anno incarnationis domini dccc. xc. viij. Ind. vi. Anno xi. regni domni Arnolfi regis Imperii autem eius iii. Actum ranteſdorf in dei nomine. Amen.

(L. S.)

a) Instrumentum transsumpto saec. XII. quam originali similius nunc caret sigillo, cuius antehac impressi nonnisi remansit cera a tergo olim adglutinata, nunc et ipsa avulsa et convolutae membranae adiecta moduli longe maioris quam ille est sigilli Arnulfi. Quum ergo de sigillo aliud indicium ferri nequeat, attendenda erunt reliqua in instrumento conspicua novitatis indicia, nimirum:

1) Membranae ipsius et characterum scripturae crassities veris Arnolfi imp. instrumentis non conveniens, sed magis saeculo XI. et XII. respondens.

2) Praeprimis autem tam signi recognitionis, quam Sigilli impressi ineptus locus, contra morem ab invicem ita seiunctorum, ut illud immediate post contextum, hoc autem in extremitate ultimarum duarum linearum, quae datum et actum exhibent, conspiciantur;

3) Accedit error in numero indictionis commissus, cum scribatur VIa pro currente Ia; nam reliquae notae chronologicae inter se conveniunt.

4) Suppositum tamen instrumentum dicere ex hoc vereor momento, quia iam occurrit in tribus libris copialibus saeculo XII. et XIII. conscriptis, I. f. 4. b. II. 26. b. III. 46. a.

b) Editum in Hund. metr. I. ed. Monac. 350. ed. Ratisb. 233. et in Lünig specileg. eccl. II. Theil. 758. denique in Buchinger Gesch. v. Passau. 485. memoratum quoque in Aventini historia oetingensi ap. Ludewig script. rer. bamb. et germ. II. 388. extractum etiam ab eodem Aventino in excerptis passav. ap. Oefele I. 706. a.

LXXV.

Anno 898. 11. Septemb. . . . houa (Matachoua vel Osternhoua?)

Arnolfus imperator quendam servum Gumpolt manumittit secundum legem salicam more solito, ab omni iugo coactae servitutis eum absolvens.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis Arnolfus diuina fauente clementia Imperator Auguſtus. Omnium ſanctae dei accleſiae fidelium noſtrorumque preſentium ſcilicet et futurorum comperiat induſtria. qualiter nos ob amorem dei noſtraeque mercedis augmentum. et obtentu fidelium noſtrorum Purchardi ſcilicet venerabilis Abbatis ſcilicet noſtri. atque Iſangrimi Comitis. ac Dapiferi noſtri quendam proprii iuris noſtri ſeruum Gumpolt (Gumpold) nuncupatum. liberum dimiſimus. Nam in praeſentia procerum noſtrorum manu propria noſtra a manu illius diſcutientes denarium. ſecundum legem ſalicum (ſalicam) liberum eum fecimus. et ab omni iugo coacte ſeruitutis abſoluimus. ciusque abſolutionem per praeſentem auctoritatem noſtram confirmauimus. quam et futuris temporibus firmam ſtabilemque manſuram eſſe uolumus. Precipientes igitur iubemus. ut ſicut reliqui manumiſſi qui per huiusmodi titulum abſolutionis a regibus uel imperatoribus Francorum noſcuntur eſſe relaxati ingenui. ita deinceps memoratus Gumpolt (Gumpold) per hoc praeſens praeceptum noſtrum plenius in dei nomine roboratum nullo inquietante ſed deo auxiliante perpetuis temporibus ualeat permanere. bene ingenuus atque ſecurus. Et ut haec auctoritas noſtra firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus noſtris melius credatur. ac diligentius obſeruetur. anulo noſtro ſubter eam iuſſimus ſigillari. Engelpero notarius ad uicem Deotmari (Theothmari) archicapellani recognoui. Datum III. Id. Sept. anno domini DCCCXCVIII. Indict. I. anno XI. regni piiſſimi regis Arnolfi imperii eius III. Actum ..... houa in dei nomine feliciter Amen.

a) Ex tribus libr. cop. I. f. 13. II. f. 39. III. f. 65. b.

b) Annus regni et imperii, nec non indictio respondent anno Chr. 898, qui in tribus copiis errore calami scriptus est 910, modo superius expresso.

c) Locus peracti negotii satis ambiguus, nam in copia prima spatium vacuum conspicitur duarum syllabarum, in secunda hoc spatium, in tertia totus locus deest.

d) Editum a Bar. de Hormayr in Wiener Jahrb. Bd. XLIV. Anzbl. 9. n. 26.

LXXVI.

Circa annum 898. 13. Decembr. Ratisbonae.

Arnolfus imperator cuidam clerico Nithard res quasdam, ad abbatiam inferioris Monasterii (Ratisbonae) pertinentes, in loco Hartchirihha, in comitatu Liupoldi comitis, consensu Odae, coniugis suae, in beneficium habere concedit, sicut de iam dicta coniuge sua in beneficium habet, post obitum autem eiusdem clerici omnia iterum ad praedictam abbatiam redeant.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Arnolfus diuina fauente gratia Imperator auguſtus. Si de rebus terrenis a deo omnipotente iure nobis collatis in dei et noſtro ſeruicio laborantibus. oportuna loca conceſſerimus procul dubio et aeternae retributionis praemia. inde a deo. nobis uenire liquido credimus. et eos omnino deuotiores eſſe manifeſtiſſime credimus. Qua propter omnium ſanctae dei aeccleſiae fidelium noſtrorumque tam praeſentium ſcilicet quam et futurorum cognoſcat induſtria. quia nos per interuentum uenerabilis. ac dilecti epiſcopi noſtri Engilmari. cuidam clerico noſtro nomine Nithard ob bonae fidelitatis et ſeruitutis ſuae mercedem quaſdam res ad Abbatiam

inferioris Monaſterii pertinentes cum conſenſu et uoluntate dilectae coniugis noſtre Odae in proprium conceſſimus. hoc eſt in Comitatu Liupoldi Comitis noſtri in loco Hartchirihha. nuncupato. ut ipſe de iam dicta coniuge noſtra ibi eatenus in beneficium habere dinoſcitur. aeccleſiis cum decima curtilibus. aedificiis. manſis. ac mancipiiſ utriusque Sexus terris. agris cultis uel incultis. campis. pratis. paſcuis. ſiluis. uiis et inuiis. aquis. aquarumque decurſibus. molendinis. exitibus ac reditibus. queſitis uel inquiſitis. totum quicquid ad ipſum beneficium pertinere uidetur cum omni uſu fructuario. iam dicto Nithardo in proprium conceſſimus omnibus diebus uite ſue habendum. et ut poſt eius diſceſſum cum omni integritate iterum redeat ad iam dictam dei caſam. Et ut hec largitionis noſtre auctoritas firmior habeatur. et per futura tempora a cunctis fidelibus noſtris uerius credatur ac diligentius obſeruetur. manu propria ſubtus eam firmauimus. et anulo noſtro Sigillari iuſſimus. Signum domini Arnolffi Sereniſſimi Imperatoris Auguſti (Monogramma). Actum Raitisbonae. In dei nomine feliciter. Amen.

a) Ex tribus antiquissimis libris copialibus I. f. 15. b. II. f. 41. III. f. 47. a.

b) Ubique cancellarii subscriptio atque notae chronologicae deficiunt. Subrogatus circa finem anni 897. in episcopatu pataviensi Wichingus, ordinem episcoporum huius ecclesiae non leviter turbat. Cum autem in authenticis diplomatibus Arnolphi imp., datis Ratisbonae 898. 13. Decembr., iterum compareat Engilmarus episcopus patav., et quidem semel ceu interventor cum Oda imperatrice, altera vice ceu impetrator favoris ac donationis imperialis; inde merito concludendum erit, ad idem tempus hoc praesens pertinere instrumentum.

c) Editum a Bar. de Hormayr in Wiener Jahrb. Bd. XLIV. Anzeigebl. 8. n. 25, qui in libello Taschenbuch a. 1830. S. 295. locum explicat, Hartkirchen ob der Ens.

LXXVII.

Anno 899. 5. Februar. Regenesburch.

Arnolfus imperator capellae, in loco Rantesdorf a fundamentis a se constructae, ad commoditatem et usum servorum dei, ibidem divina officia persolventium, iugera terrae duo, prope locum capellae sita, et molendinum unum donat, similiter in foresto adiacenti Wilhart, et in altero foresto Hohinhart succisionem lignorum, foeni carradas XX., atque saginationem porcorum concedit.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Arnolfus diuina fauente gratia Imperator auguſtus. Si igitur locis deo dicatis oportuna exhibuerimus ſuffragia. manſura nobis a deo omnium remuneratore impertiri liquido credimus gaudia. Idcirco cunctorum Chriſtianae religionis praeſentis ſcilicet temporis et futuri. nouerit ſagacitas fidelium qualiter nos diuino compuncti amore. intercedentibus quoque Wichingo uenerabili epiſcopo et Iſangrimo illuſtri Comite miniſterialique noſtro ad Capellam quam in loco Ranteſdorf domino et ſancto Pancratio martyri ſuo a fundamentis conſtruximus de terra iugera duo prope Curtem in qua eadem conſtructa cernitur aeccleſia. orientali parte extra parietem coniacentia ad commoditatem ipſius loci et ſeruorum dei ibidem diuina perſoluentium officia perpetuo iure ad proprium conceſſimus. ſimiliter etiam molendinum unum hactenus ad opus noſtrum pertinens in ripa fontis de Pruolo parietibus circumſepto decurrentis conſtructum. et in foreſto adiacenti uidelicet in Wilhart ſuccifionem lignorum. tam (ad) aedificia conſtruenda quamque ad focum nutriendum prout ipſi loco ſufficere uidetur. et de faeno ſecundo (ſecando) ad Karradas

XX. idemque in altero foreſto Hohinhart. et in utroque ſaginationem porcorum abſque ulla diſtrictione prouiſorum eidem contulimus aeccleſiae pro remedio parentum noſtrorum et animae noſtrae liberatione. et iuſſimus hoc praeſens largitionis noſtrae praeceptum inde conſcribi. per quod decernimus atque omnimodo precipimus. ut haec donatio noſtra ſtabilis noſtris futuriſque temporibus nullo inquietante ſed deo opitulante perſeueret. quatinus diuina laus et noſtrae orationis inſtantiam (inſtantia) nunc et in perpetuum augmentetur. atque inceſſabiliter frequentetur illic. Et ut haec auctoritas noſtra firmiorem in dei nomine obtineat ſtabilitatem in aeternum manu noſtra ſubter eam roborantes anuli noſtri impreſſione iuſſimus ſigillari. Signum domini Arnolfi imperatoris (Monogramma). Engilpero notarius ad uicem Wichingi epiſcopi recognoui. Datum Nonis Februarii anno domini DCCCXCVIIII. Indictione V. anno XII. (duodecimo) Arnolfi regiſ. Imperii autem eius III. (tercio.) actum Regeneſburch in dei nomine feliciter amen.

a) Ex tribus libris cop. I. f. 26. II. f. 52. III. 49.

b) Indictio erronea, saltem in copiis I. et III; nam secunda illam cum anno regni omisit. Anni regni et imperii respondent anno Chr. indicato.

c) Editum in Mon. Boic. III. 310. num. 2. inter monumenta ranshovensia, et quidem, ut ibi notatur, ex originali, quod nunc in archivo regio bavar. non comparet. Ibi legitur Indictio II. Extractum etiam habetur inter Aventini excerpta passav. ap. Oefele I. 706. a.

LXXVIII.

Anno 899. 2. Julii (Ratisbonae?)

Arnolfus imperator capellae ad Otingam, a genitore suo Carlomanno in honore Scti Philippi apost. fundatae, loca quaedam donat, Rota et Judaheimma, in pago Isanahgovue, in comitatu Gumpoldi, aliaque in Veldaromarcho, quae antea coniux sua Ota, deinde autem Deotricus presbyter ad dies vitae eius tenuit, post huius obitum cum eius haereditate, sine mancipiis tamen, a fratribus dictae capellae possidenda.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Arnolffus diuina gratia Imperator Auguſtus. Si loca deo dicata quae a fundamento a nobis uel a parentibus noſtris regibus conſtructa et ornata ad dei laudem ſanctorumque eius honorem eſſe uidentur noſtro releuemus iuuamine. deum omnipotentem ob hoc nobis caeteriſque anteceſſoribus noſtris propitium fore non dubitamus. Quapropter omnium ſanctae dei aeccleſiae fidelium noſtrorumque tam praeſentium ſcilicet quam futurorum cognoſcat induſtria. qualiter nos per interuentum dilecte Coniugis noſtrae Otae quaſdam res. pertinentes ad Curtem qui (quae) uocatur Velda. quem (quam) iam olim cum noſtrae auctoritatis praecepto. praefate amabili coniugi noſtrae in proprium perdonatum (am) habuimus. ad Otingam Capellam noſtram quam beatae memoriae Genitor noſter Karlomannus in honore ſancti Phylippi apoſtuli Chriſti operari ac dedicari iuſſit. perhenniter illuc in proprium pertinendum ad opus fratrum deo omnipotenti iugiter die noctuque ibi militantium cum conſenſu ac uoluntate eius

firmiter conceſſimus. hoc (haec) ſunt loca quae Deotricus preſbyter omnibus diebus uitae ſuae tenuit in pago Jſanahgowe. in Comitatu Gumpoldi in locis. Rota et Judaheimma et in Veldaro marcho ad Filiſa et Jazzaha Livzzinpach eiusque hereditatem ſine mancipiis. cum omnibus iuſte legitimeque illuc pertinentibus. eccleſiis earumque pertinentiis manſis habitantibus cenſibusque eorum mancipiis utriusque ſexus. edificiis. terris cultis uel incultis. campis. pratis. paſcuis. ſiluis. marca atque omni utilitate in foreſto ſicut inante ſolitum erat. habendum ſine cenſu ac decima. uiis et inuiis. aquiſ. aquarumque decurſibus. molendinis. piſcationibus. exitibus ac reditibus. mobilibus uel immobilibus. quaeſitis uel inquirendis. nihil de his quae prefatus preſbyter Deotricus in illis praedictis locis in ſua tenuit ueſtitura extra dimittentes. ſed totum cum omni integritate per hoc praeſens auctoritatis noſtrae praeceptum pleniter in dei nomine roboratum. iam dictis fratribus perpetualiter ad ſupplendum prebendam eorum canonice habendum. in ius et perpetuum. dominium donauimus. tradidimus. atque tranſſudimus tali ratione. ut nulli umquam poteſtas uel beneficium de his in aeternum et aeuum concedatur. ſed ut eis id ipſum uti liceat cum omni uſu fructuario ad laudem dei ſanctorumque eius ibi quieſcentium. et memoriam anteceſſorum noſtrorum ac noſtram. ſine alicuius diminutione. poſt obitum prefati Theotrici. Et ut haec largitionis ac donationis noſtrae auctoritas firmior habeatur. et per futura tempora a cunctis qui Chriſtianum nomen profeſſi ſunt uerius Credatur ac diligentius obſeruetur manu propria noſtra ſubtus eam roborantes. anuli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Signum domini Arnolfi imperatoris Auguſti (Monogramma). Engilpero notarius ad uicem Theotmari archicapellani recognoui. Data VI. Nonas Julii. anno dominice incarnationis DCCCXC. VIIII. Indictione II. anno uero regni piiſſimi regis Arnolfi XII.

a) Ex tribus libris copialibus I. f. 7. b. II. f. 33. b. III. 46. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Locus peracti negotii omissus, verisimiliter Ratisbona intelligendus, ubi Arnolfus imp. eodem anno usque in aestatem sustitit.

d) Ineditum; extractum autem ab Aventino in excerptis passav. apud Oefele I. 706. a. b.

LXXIX.

Anno 900. 8. Octobr. Triburiis.

Ludowicus infans rex Weniloni, monacho ex monasterio Hornbach, duas hubas in villis Grunheim (Brunheim) et Cotemaristein, in pago Spiraggouue, in comitatu Walahonis, ad dies vitae concedit, quae post eius obitum ad praedictum monasterium pertineant.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Hludowicus diuina fauente clementia rex Nouerit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet atque futurorum induſtria Quia nos rogatu hachonis (hathonis) venerabilis archiepiscopi et adalberonis dilecti magiſtri et epiſcopi noſtri cuidam venerabili monacho walahonis dilecti comitis noſtri et abbatis wenilo nominato de monaſterio ſancti Pirminii quod vocatur Hornpach quaſdam res iuris noſtri in pago ſpiraggowe in comitatu ſui ſenioris ſitas hoc eſt in villis grunheim, et cotemariſtein hobas duas cum curtibus edificiis mancipiis omnibusque rebus illuc iuſte reſpicientibus pro remedio anime noſtre parentumque noſtrorum in proprium conceſsimus cum terris cultis et incultiſ agris pratis campiſ paſcuis ſiluis aquis aquarumque decurſibus viis et inviis omnibuſque appendiciis Juſsimus quoque hoc preceptum inde conſcribi per quod decernimus atque firmiter iubemus ut prefatus wenilo ipſas res quamdiu viuat ſub uſufructuario habeat et poſt obitum ſuum ad prefatum monaſterium perpetualiter poſsidende con-

consistant Et ut hoc auctoritatis nostre preceptum firmum atque stabile consistat manu nostra illud firmauimus anuloque nostro consignari iussimus.

Signum domni Hludowici serenissimi regis.

Ernustus cancellarius ad vicem theotmari Archicappellani recognouit. Data VIII iduum Octobrium die Anno Incarnationis Domini DCCCC. Indictione III. Anno regni domni Hludowici piissimi regis I. Actum triburias in dei nomine feliciter amen.

a) Ex codice dankartiano f. 10. n. 19.

b) Indictio ordinaria et annus regni cum anno Chr. notato concordant.

c) Editum in actis mannheimensibus VI. 260. n. 11, cum notis eiusdem Crollii, quae partim concernunt lectionem nominum locorum Grunheim et Cotemaristein, ea exponente Lameio in descriptione pagi spirensis tom. III. actorum mannheim. 243. et 244. Brunheim et Cotemaristein. Ubi tamen animadvertendum est, tum in summario praemisso ad fol. 9, tum in inscriptione huius ipsius instrumenti, similiter legi: in villis Grunheym et Contemaristein. Extraxit antea idem Crollius in orig. bipont. I. 56. not. n.

LXXX.

Anno 901. potius, quam 900. 19. Januar. Radesbonae.

Ludowicus infans ecclesiae Scti Floriani mart. civitatem in ripa Anesi fluminis in proprio praedicti martyris, partimque in terra praefecturae terminalis, contra paganorum insidias novissime constructam, cum omni apparatu munitionis seu utilitatis eius, insuper quicquid servus regius, Perahart, in aquilonari parte Danubii in ipsa marcha tenuit, donat.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Ludowicus diuina fauente gratia rex. Si erga loca diuino cultui mancipata. more paterno noſtri iuuaminis beniuolentiam oſtenderimus. hoc nobis ad regni noſtri diuinitus nobis collati ſtatum. nec non et perennis uitae praemium feliciter capeſcendum liquido profuturum credimus. Ideoque omnibus ſancte dei eccleſie fidelibus preſentibus. ſcilicet et futuris notum eſſe uolumus. qualiter uir uitae uenerabilis nomine Rihharius patauienſis ſcilicet praeſul. per quorumdam procerum noſtrorum Adalberonis quoque reuerendi antiſtitis. ac ſtudioſiſſimi nutritoris noſtri. et Waltonis Frigiſingenſis epiſcopi. necnon Livtbaldi illuſtris Comitis et dilecti propinqui noſtri interuentum. regalitatis noſtre eminentiam. merore confectus epiſcopii ſui dampnum lamentando interpellauit. eo quod ſeuiente prohdolor paganorum impugnatione quaedam pars Dioceſis ſuae ubi ſancti Floriani martyris monaſterium conſtructum eſſe cognoſcitur exinprouiſo deuaſtata eſt deprecans ut ciuitatem illam quam fideles noſtri regni pro tuitione patriae unanimiter contra eorumdem Chriſtiani nominis perſecutorum inſidias nouiter in ripa aneſi fluminis in proprio

iam dicti martyris partimque in terra praefecturae terminalis ſtatuentes conſtruxerunt. ad ſupraſcriptum ſacroſanctum locum in quo eiusdem beatiſſimi martyris corpus uenerabiliter humatum eſt traderemus. uirique ipſius ſancti atque poteſtati largiendo firmaremus. At nos diuino compuncti amore. beatique Floriani confiſi interceſſione conſultui cunctorum procerum noſtrorum gratanter ſatiſſacientes. nec non praenominato ipſius epiſcopii prouiſori libenti animo annuentes. decreuimus ita fieri. eandemque ciuitatem cum omni apparatu munitionis ſeu utilitatis cum conuenientia terminalis comitis. per hoc praeceptum noſtrum Chriſti martyri Floriano abſque ulla retractatione perenni iure pro remedio animae noſtrae parentumque noſtrorum aeterna liberatione contulimus atque tradidimus. Inſuper etiam quicquid ſeruus quidam noſter nomine Perahart in aquilonali parte Danubii proprii in terra et mancipiis in ipſa Marcha tenuit. eidem ſancto dei perpetim firmamus. ut idem epiſcopus tam de ciuitate quamque ex ipſo proprio ſuique Succeſſores libera perenniter fruantur poteſtate. Et ut hoc uerius credatur in aeuum manu noſtra ſubtus id roborantes. anulo noſtro iuſſimus inſigniri. Signum domini Ludowici piiſſimi regis (Monogramma). Engilbero notarius ad uicem Theotmari archicapellani recognoui. Datum XIIII Kalendas Februarii anno dominice incarnationis DCCCC. Indictione IIII. anno uero regni regis Ludowici primo. actum Ciuitate Radeſbona in dei nomine feliciter amen.

a) Ex tribus antiquissimis libr. cop. I. f. 9. b. II. f. 35. III. f. 42.

b) Indictio notata soli anno Chr. 901. respondet, cui favet annus regni tunc eodem die completus, inprimis autem memorata hic irruptio paganorum sive Hunnorum in Baioariam, quae contigit post mensem Julii an. 900. Accedit mos tunc temporis hinc inde usitatus, annum Chr. cum Italis inchoandi die 25. Martii, qui fuit noster annus 901.

c) Editum in Hund. Metrop. I. edit. Mon. 351. edit. Ratisb. 234. in Lünig spicileg. eccles. II. Theil 759. et in Hansiz. Germ. sacr. I. 181, qui suo Marte expressit annum 901. Extractum habetur copiose inter Aventini excerpta passav. ap. Oefele I. 706. b, paucioribus in Hund

metr. I. edit. Mon. 298. edit. Ratisb. 198. Editum novissime in Bar. de Hormayr Beytr. zur Preisschrift II. 86. 87. iterum in der Gedächtnissrede 1831. Noten S. 103. Kurz Beytr. III. 206.

LXXXI.

Anno 901. 7. August. Otingae.

Ludowicus infans capellae Sctae Mariae in villa Otinga eiusque fratribus, quibus tunc abbas Purchardus praeerat, hobam unam, ad opus regium in loco Pohchirihha pertinentem, donat.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis Lhudowicus gratia dei rex. Nouerint omnes fideles noſtri praeſentes et futuri quia nos diuino afflati inſtinctu. et per interuentum atque ammonitionem Gundboldi et Meginwardi Comitum noſtrorum ad Capellam ſanctae Mariae Genitricis dei in uilla quae dicitur Otinga conſtructam pro ueneratione ſanctorum ibidem quieſcentium nec non pro diuorum parentum noſtrorum aeterna ſaluatione. noſtraeque animae remedio Hobam unam ad opus noſtrum hactenus qui dicitur Pohchirihha pertinentem. cum habitatore deſuper habitante. Roudgrim nominato ſuaque uxore nomine Rihhilt ac filiis eorum. cunctiſque pertinentiis ſuis. cum curtilibus et edificiis. agris. campis. pratis. paſcuis. ſiluis. aquis. aquarumque decurſibus piſcationibus uiis et inuiis. exitibus et reditibus queſitis et inquirendis cum omnibus iuſte legitimeque illuc pertinentibus (donavimus). Vnde hoc quoque praeſens praeceptum noſtrum fieri decreuimus. quatenus memoratae res nullo inquietante ſed deo auxiliante perpetuis temporibus ad iam dictum ſacroſanctum locum. cui uenerandus Abbas Purchardus nomine moderno tempore praeeſſe dinoſcitur. ad uſus fratrum ibidem canonice degentium. integriter pertineat. eo rationis tenore. ut rectores eiuſdem baſilicae tam de hac noſtra donatione quamque de re-

liquis praedictae domus dei cauſis. liberrima ſemper utantur poteſtate. quicquid exinde pro communi decreuerint utilitate faciendum ut eos pro nobis anteceſſoribusque noſtris attentius domini miſericordiam exorare delectet. Et ut haec auctoritas noſtra firmiorem in dei nomine obtineat ſtabilitatem propria manu noſtra in praeſentia procerum noſtrorum ſubtus firmauimus. et anuli noſtri impreſſione iuſſimus aſſignari. Signum domini Lhudowici ſereniſſimi regis (Monogramma). Engilpero Cancellarius ad uicem Theodmari archicapellani recognoui. Data VII. Indict (Idus) Auguſti. anno dominicae incarnationis DCCCCI. Indictione IIII. anno regni Lhudowici ſereniſſimi regis II. Actum Otinga Curte regia in dei nomine feliciter amen.

a) Ex tribus libr. cop. I. f. 5. b. II. f. 32. III. f. 41. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Aventini historia otingana ap. Ludewig scr. r. g. II. 395 et in Hund. metr. III. edit. Mon. 63. edit. Ratisb. 44.

LXXXII.

Anno 901. 12. Septembr. Reganespurc.

Ludowicus infans cuidam Scti Emmerammi coenobitae, Ekkepreth, iugerum unum prope Maetingan, in pago Uuestarmann, in comitatu Livtpoldi, donat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ Hludwicus diuina fauente gratia rex. Notum ſit omnibus ſancte dei aeccleſiae fidelibuſ tam preſentibus quam et futuriſ. quod noſ pro mercedis noſtre augmento et per interuentum fidelium comitum noſtrorum paboniſ uidelicet et iſangrimi. cuidam religioſo ſancti emmerami Chriſti martyriſ cenobite cui nomen ekkepreth. in pago ueſtarmann In comitatu Livtpoldi prope uillam que dicitur maetingan. id eſt in adiacenti monte iugerum. unum ex uineiſ

poſitum. quod iſti uinitoreſ noſtri germunt. Rovdheri frumolt. ellinhart. Gozmar. annuatim laborare dinoſcuntur. iure perenni in proprietatem conceſsimus. et iuſsimus ei inde hof apiceſ conſcribi per quos uolumus atque iubemuſ ut ſupra nominatus ekkipreth ab hodierna die ac deincepſ exinde liberrimam habeat poteſtatem tenendi. donandi commutandi uel quicquid ſibi placuerit faciendi abſque ulliuſ contradicentiſ impedimento. Et ut hec conceſsioniſ noſtre auctoritaſ firmiorem in dei nomine obtineat ſtabilitatem. Manu propria noſtra ſubtus eam firmauimus. et annuli noſtri inpreſsione iuſsimus ſigillari. Data II Id. Septembris. anno domini DCCCCI. Indictione IIII. anno II. regni Hluduvici piiſſimi regis. Actum Reganeſpurc in dei nomine feliciter amen.

a) Ex cod. I. cop. S. Emmer. f. 67.
b) Notae chronologicae inter se conveniunt.
c) Editum in Pez. thes. I. III. 38. n. 1. in Lünig. spicil. eccl. continuat. III. Forts. 105. in libr. probat. S. Emmer. 84. n. 31.

LXXXIII.

Anno 902. 5. Febr. Argentina civitate

Ludowicus infans rex monasterio Weissenburg tres hobas in villa Hasselbach (alias Hasalach), in pago Spiricowe, in comitatu Walahonis donat.

In Nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Ludovicus diuina fauente clementia Rex. Nouerit generale Collegium omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum. Quia Hatto venerabilis Archiepiscopus per supplicationem fidelium nostrorum, Saloniensis (Salomonis) videlicet episcopi, Cunradi et Purgasti (Purgharti) comitum precatus est clementiam nostram, et (ut) ad Monasterium quod dicitur Weiſsenburg, cui

ipse praesenti tempore praeesse uidetur, quasdam res juris nostri in pago Spiricowe, in comitatu Walahonis, in villa quae Hasselbach dicitur, hoc est hobas tres pro nostrae mercedis augmento concederemus, Nos quoque eius petitioni libenter annuimus, et pro remedio animae nostrae, parentum (que) nostrorum, ipsas hobas cum custilibus (curtilibus) aedificijs, mancipijs, vineis, agris, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarum decursibus, omnibusque appendicijs quaesitis et inquirendis, ad ipsas hobas rite pertinentibus ad praefatum Coenobium perpetualiter in proprium donauimus. Vndeque hoc praeceptum conscribi jussimus, per quod decreuimus atque jubemus ut ipsa illuc cum omnibus pertinentijs suis perenniter possidenda consistant. Et ut hoc praeceptum firmum et stabile consistat, manu nostra illud roborantes, sigillo nostro consignari iussimus (Monogramma) Signum Domini (domni) Ludouici serenissimi Regis. Ernistus (Ernustus) Cancellarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognouit. Data Non. X. (V) februarij die, Anno incarnationis Domini DCCCCII. Indictione quinta. Anno autem Regni domini (domni) Ludouici Regis III. Actum Argentina Ciuitate.

a) Ex transsumto Rudolphi II. imp. 1582. 22. Octobr. in archivo circuli rhenani conservato, n. 4. fol. 4. unde copia nobis 26. Aug. pr. 26. Sept. 1851. transmissa est.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Schöpflin Alsatia dipl. I. 100. num. 127. ex authentico: memoratum in actis palat. III. 238, ubi locus donatus dicitur Haselach, sed annus diplomatis erronee 911. exprimitur.

Schöpflinus l. c. tab. XV. specimen huius diplomatis autographi addidit, quod etiam notas tironicas et sigillum regis exhibet.

LXXXIV.

Anno 903. 12. Augusti. ad Otingas.

Ludowicus infans Gumpoldo clerico, Purchardi (pataviensis) episcopi cognato, proprietates in locis Frehhindorf et Meiorespach, in pago Sanahgovue (Isanagowe), in comitatu Gumpoldi, et ancillam unam ex officio de Rantesdorf, in comitatu Isangrimmi, donat.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis Lvdowicus gratia dei concedente rex. Cognoſcant omnes fideles noſtri praeſentes et futuri. quia nos ob aeternae retributionis augmentum. ac per interuentum uenerabilium epiſcoporum noſtrorum Waltonis atque Purchardi. cum conſultu reliquorum principum ibi aſtantium quaſdam res proprietatis noſtrae in pago Sanahgowe (Iſanahgowe) in Comitatu Gumpoldi. in locis duobus ad Frehhindorf. ſecus amnem Tiufſtada nominatum et ad Meioreſpach. ſicut Ermpreht et Diothelm ac Vnruch atque Ruodheri. quatuor hobas ibi poſſederunt. et Wahcho ad Frehhindorf incoluit. id ſunt quatuor hubae ad Cameram noſtram pertinentes. inpraedictis locis ſegregatim ſitis. et per interuentum Paponi (s) Comitis in Comitatu Iſangrimmi Comitis. et ex uno officio de Rantesdorf. unam Ancillam nomine Wirtvn cum omnibus filiis ſuis. Gumpoldo cuidam clerico venerabilis epiſcopi noſtri Purchardi cognato. et cuncta mancipia ad ſupradicta loca pertinentia. quaeſita et inquiſita ubicunque ſint in proprietatem concedimus. cum curtilibus et edificiis. mancipiis. praedictis. terris. cultis uel incultis. agris. pratis. campis. paſcuis. ſiluis. aquis. aquarumque decurſibus. molendinis. piſcationibus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus queſitis et inquiſitis. cum omnibus rite ad ſupraſcripta loca pertinentibus. Et iuſſimus ei inde hoc noſtrae auctoritatis prae-

praeceptum firmiter conſcribi. ut memoratus. Gumpoldus firmiſſimam ex inde habeat poteſtatem. tenendi. dandi. uendendi. uel quicquid ſibi inde placuerit faciendi. Vt et hoc praeceptum noſtrae auctoritatis firmiorem in dei nomine obtineat ſtabilitatem per aeuum manu noſtra firmauimus. anuloque noſtro ſigillari iuſſimus Signum domini Ludowici ſereniſſimi regis (Monogramma). Engilpero Cancellarius ad uicem Diotmari recognoui. Data II. Idus auguſti. anno domini DCCCCIII. Indictione VI. anno regni Ludowici IIIIto. actum ad Otingas Curte regia in dei nomine feliciter amen.

a) Ex tribus libr. cop. I. f. 10. II. f. 36. III. f. 42. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Extractum copiose ab Aventino in excerpt. passav. ap. Oefele I. 706. b. Editum a Bar. de Hormayr in Wiener Jahrb. Bd. XLIV. Anzeigebl. 10. n. 27.

LXXXV.

Anno 903. 12. August. ad Otinga.

Ludowicus infans canonicis pataviensibus loca quaedam cum decimationibus eorum donat, quae antea ab episcopis illius sedis in beneficium habebant, scilicet: Prama, Gurtuna, Lubihchinespach, Pollinga, Hohinhard, Altheim, Osterunaha, in Matahgovue, insuper Chorpheim, Hohunstat et Scardinga.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis Ludowicus diuina largiente gratia Rex. Liquido enim confidimus ſi erga diuina monaſteria deo ſeruientibus. aliquod ſolamen largituri ſumus. nobis in perpetuum et ad ſtabilitatem regni noſtri prodeſſe. Quapropter nouerit omnium fidelium praeſentium atque futuro-

rum ſollertia. qualiter quidam Comes nomine Arbo et Engilmar Purchardi epiſcopi faſſallus. licentia eiuſdem epiſcopi celſitudinem noſtre dominationiſ humili admonitione flagitantes adierunt. ut quibusdam canonicis patauienſium et deo et ſancto Stephano prothomartyri Chriſti die noctuque famulantibus quaedam loca quae antea unacum decimatione ab illius ſedis rectoribus ſcilicet epiſcopis in beneficium habere noſcuntur. in proprietatem concederemus. Nos uero ob amorem domini noſtri Jeſu Chriſti et ſancti Stephani. licentia Purchardi eiuſdem aeccleſiae ſedis epiſcopi conceſſimus ſupradictis Canonicis Patauiae. loca unacum decimationibus cunctis ad illa loca iuſte pertinentibus quae antea in beneficium habuerunt. hoc eſt inprimis Prama. deinde Gurtana. Lubihchineſpach. Pollinga. Hohinhard. Altheim. Oſtarûnaha. In Matahgowe. Preterea etiam Chorpheim. Hohunſtat et Scardinga cum omnibus ad iam nominata loca iuſte et rationabiliter aſpicientibus terris cultis et incultis campis. ſiluis. aquiſ. aquarumue decurſibus. mobilibus et immobilibus. queſitis et inquiſitis. molendinis. piſcationibus uiis et inuiis. exitibus et regreſſibus. decimationibus totis intus et extra. prope aut longe omnia ex integro ſupramemoratis canonicis ibidem deo et ſancto Stephano militantibus in propriam poteſtatem perpetualiter donamus. ita ut nullus Succeſſorum noſtrorum nec de Succeſſoribus uidelicet epiſcopis ſupradictae Sedis aliquid de eis rebus minuere aut diſtrahere audeat. quae pro remedio animae noſtrae ac genitoris auique noſtri antenominatis Canonicis conceſſimus et iuſſimus exinde hoc noſtrae auctoritatis praeceptum conſcribi. per quod decernimus atque iubemus. ut haec dominationis noſtrae donatio ab omnibus fidelibus ſanctae dei aeccleſiae praeſentium atque futurorum uerius credatur et diligentius. conſeruetur. manu propria noſtra ſubter eam confirmauimus et anuli noſtri impreſſione ſigillari iuſſimuſ. Signum Ludowici ſereniſſimi regis (Monogramma). Engilpero notarius ad uicem Theotmari archicapellani recognoui et ſubſcripſi. Data II idus Auguſti. anno incarnationis dominicae DCCCCIII. Indictione VI. anno regni Ludowici ſereniſſimi regis III. actum ad Otinga curte regia in dei nomine feliciter amen.

a) Ex tribus libris cop. I. f. 12. II. f. 38. III. bina vice f. 43. b. et 73. a.
b) Notae chronologicae inter se conveniunt.
c) Editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 352. edit. Ratisb. 234. et in Lünig. spicileg. eccl. II. 760. paucis autem extracta ab Aventino in excerptis passav. ap. Oefele I. 706. b.

LXXXVI.

Anno 903. 12. August. Otingae.

Ludowicus infans ecclesiae S. Emmerammi et episcopo Tutoni, qui ei praeest, curtem Uelda tradit, quicquid eodem die in potestate erat genitricis suae Outae, quae quasdam res ibi largitate mariti sui, Arnolfi imperatoris, alias postea acquisivit.

Hluduwicus diuina fauente gratia rex omnibus in perpetuum. Nouimus nos ad sacra regimina et ad imperialem auctoritatem per sanctorum suffragia posse in futurum proficere et beatae gratiae remunerationem aeternis diebus mereri. si loca deo dicata diuino amore succensi procuramus. ideoque sciat omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum cognoscat industria. qualiter nos per interuentum dilectae genitricis nostrae Ovtae quasdam res sui proprii iuris quas a largitate beatae memoriae patris mei Arnolfi imperatoris per imperiale praeceptum susceperat. ad ecclesiam beati emmerami martyris Christi nostra imperiali auctoritate donauimus. ea quidem ratione. ut easdem res quaedam uidua nomine rihni diebus uitae suae possideat. et post dies eius in ius et dominationem eiusdem ecclesiae redeant. perpetuis temporibus tenendae. id est curtim quae dicitur uelda quicquid in potestate praenominatae genitricis nostre eodem die erat. quod antea praeceptis non fuerat datum. extra vel infra terminum eiusdem curtis totum cum omni integritate per consilium et consensum uenerabilium episcoporum theotmari. Wal-

doniſ. Erchanbaldi. et Zachariae. Tutoniſ etiam et Burchardi necnon et fidelium Comitum noſtrorum Liutboldi. Cunpoldi Iringi et ceterorum omnium ſicut priſcis temporibus. in ſingulis miniſteriiſ patrum noſtrorum ordinatum fuerat. nichil extra dimittenſ in perpetuam poſſeſſionem tradidimus. cum regimine et eiuſdem banno. mancipiiſ utriuſque ſexuſ. aedificiiſ. pontibus et cenſu ſiluiſ. omnique uſu eiuſdem ſiluae. aquiſ piſcationibus. uiiſ et inuiiſ. exitibus et reditibus. terriſ cultiſ et incultiſ. mobilibuſ et immobilibus aquis aquarumue decurſibus queſitis et inquirendis. Et iuſsimus inde hoc praeſens praeceptum conſcribi. per quod decernimus firmiterque iubemus. ut praeſcripta eccleſia beati emmerammi cui tuto uenerabilis epiſcopuſ praeeſse dinoſcitur firmiſsimam cunctis diebus habeat poteſtatem ſicut ceterarum eccleſiae rerum. et ut hec largitioniſ noſtrae auctoritaſ ſtabiliſ permaneat. manu noſtra ſubtus eam firmauimuſ. et anuli noſtri inpreſsione ſigillari iuſsimus. Data II Idus Auguſti. Anno incarnationis domini noſtri DCCCCIII. Anno uero Hludowici piiſsimi regiſ IIII. Indictione VI. Actum in Otinga In dei nomine feliciter Amen.

a) Ex cod. I. cop. S. Emmer. f. 6. n. 5.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum ex codice Udalrici bamberg. ap. Eccard. corp. hist. II. 46. n. 35. ex cod. S. Emmer. in Hund. metr. I. edit. Monac. 250. edit. Ratisb. 166. in Pez. thes. I. III. 40. in Lünig spicil. eccl. III. Theil. 647. n. 16. in libr. probat. S. Emmer. 88. n. 33. in Ried cod. dipl. Ratisb. I. 86. n. 91.

LXXXVII.

Anno 905. 15. Maii. Regina civitate.

Ludowicus infans concambium, inter episcopum Tutonem et nobilem quendam Druant factum, confirmat, quo concambio idem Druant ad Sctum Emmerammum proprietatem suam ad Pirichwanch et ad Tisfelth tradidit, pro qua de rebus ecclesiae S. Emmerammi aequalem proprietatem in Eskilinpach et ad Rindpach recepit.

In nomine ſanctae et indiuidue trinitatiſ. Luduuicuſ diuina fauente gratia rex. Notum ſit omnibus ſanctae dei aeccleſiae fidelibuſ tam praeſentibus quam etiam futuriſ. qualiter ſanctae radiſponenſis aeccleſiae honorabiliſ praeſul Nomine Tuto. et nobilis quidam cui nomen drouant. quaſdam cortulas (cartulas) pari tenore conſcriptas. noſtris detulerunt conſpectibus. in quibus continebatur inſertum. quomodo pro communi utilitate inter ſe quoddam concambium facere conplacuit. depraecanteſ hoc noſtrae auctoritatiſ munimine roborari. quod et ita fecimus. Tradidit quippe idem druant pariter cum filio ſuo walach nominato ad ſanctum dei martirem emmeramum in manum uidelicet praefati epiſcopi. et aduocati ſui geraharii proprietatem ſuam qualem habuit ad pirichuuanch et ad tiffelth. id eſt eccleſiam decimatam. caſam cum curta (curte). ceteriſque edificiiſ de arabili ſcilicet terra hovbas XIII. iugera VII de pratiſ quoque iugera LXXVII. De ſilua uero iugera CXXXVI. cum omnibus ad eadem loca rite pertinentibus exceptiſ mancipiiſ. Econtra uero eodem aduocato cum manu eiusdem epiſcopi retradente acceperunt praeſcripti nobileſ uiri ſibi in perpetuam proprietatem de rebuſ memoratae eccleſiae in loco qui eſkilin-

pach (dicitur) eccleſiam decimatam pro (cum) hubiſ duabiſ curtem etiam cum caſa et reliquiſ edificiiſ. De terra arabili hovbaſ VI. de pratiſ iugera XXXV. cum omnibus illuc iuſte pertinentibus et ad rindpach terrae arabiliſ hobaſ V. Jugera VII. curtilia II. De pratiſ iugera XX de ſilua iugera CXXXVI. et decimam eius propriam proprii noualiſ ſui ad rindpach. quod ipſe drouant antea ibidem comparauit et exſtirpauit. accepit pro illa decima quam ad pirchinwanch tradiderat. Juſsimus quidem iuxta uoluntatem peticioniſ eorum. recitata ſuperius earundem ſerie cartularum. hoc praeſens celſitudinis noſtrae praeceptum inde conſcribi. per quod decernimuſ ac regia auctoritate praecipimuſ. quatinus propitiante Chriſto perpetuiſ temporibus. nullo inquietante id ipſum concambium per omnia ut in cartuliſ habetur. ratum ſemperque firmum perſeueret. ita dumtaxat ut quicquid parſ parti contulit. iure proprietatiſ utrique per generationum ſucceſsiones inrefragabiliter parti firmetur. Et ut hec confirmationiſ noſtre auctoritaſ a nullo umquam uioletur. quin potius firmiſsima ſtabilitate in eternum corroboretur. Manu noſtra ſubter eam et firmauimuſ. et ſigillo noſtro aſsignari iuſsimus. Data Id. Mai. Anno domni DCCCCV. indictione VII. Anno uero regni regiſ Hludowici Sexto. Actum regina ciuitate in dei nomine feliciter amen.

a) Ex cod. I. cop. S. Emmer. f. 63. b. et 64. num. 51.

b) Indictio erronea est aut unitate decurtata. Annus vero regni anno Ch, indicato respondet.

c) Editum in Pez. thes. I. III. 42. in Lünig spicil. eccl. continuat III. 1214, in libr. prob. S. Emmer. 97. n. 56, in Ried. cod. dipl. Ratisb. I. 89. n. 94.

LXXXVIII.

Anno 905. 16. Maii. Regina civitate.

Ludowicus infans cuidam Immoni hobam a quodam Sclavo, Gruonkin, quondam inhabitatam, prope aquam Loua in comitatu Liutpoldi, illustris marchionis, propinqui sui et senioris eius, donat.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ Hludowicuſ diuina fauente gratia rex. Noverit omnium ſancte dei eccleſiae fidelium noſtrorum tam preſentium ſcilicet quam et futurorum ſagacitaſ. quia nos ob aeternae mercediſ augmentum et per ſuplicationem Luitpoldi cari propinqui noſtri et illuſtriſ marchioniſ cuidam homini ſuo nomine Immo in comitatu ſenioris ſui prope aquam que dicitur Loua hobam unam quam ſclauuſ quidam nomine Gruonkin quondam obſederat ad proprium conceſsimus cum curte et caſa aliiſque aedificiiſ. campiſ agriſ pratiſ paſcuiſ ſiluiſ aquiſ aquarumque decurſibus moliniſ piſcationibus uiiſ et inuiiſ exitibus et reditibus quaeſitiſ et inquirendiſ. mobilibus et inmobilibus omnibus appenditiis et adiacentiiſ ſuiſ. Juſsimus quidem hoc preſens preceptum auctoritatiſ noſtrae inde conſcribi per quod decernimus atque omnino precipimus ut prefatus Immo nunc et deincepſ omni tempore liberam ſecuramque ex ipſiſ donationiſ noſtre rebuſ habeat poteſtatem tenendi donandi. uendendi commutandi uel quicquid ſibi exinde placuerit faciendi. abſque ulliuſ calumniatoriſ obſtaculo. Et ut haec donationiſ noſtre auctoritaſ firmiorem in dei nomine obtineat ſtabilitatem et a fidelibuſ noſtriſ uerius credatur ac diligentiuſ obſeruetur. manu noſtra ſubter eam roborante ſ anulo noſtro ſigillari iuſsimuſ.

Signum domni Hludowici (Monogramma) piiſsimi regiſ.

Engilpero notarius ad uicem Diotmari archicapellani recognoui. Data XVII Kal. Jvnii. Anno incarnationis domini DCCCCV. indictione VII regni domni Hludowici piiſsimi regiſ. Actum regina ciuitate in dei nomine feliciter Amen.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 34. b.

b) Annus regni omissus est, nec in copia spatium vacuum illi relictum. Indictio erronea sive potius unitate decurtata est. Annus Chr. 905. aliunde patet ex loco negotii peracti, nam 15. Maii huius anni Ratisbonae fuit Ludowicus rex, dictus infans. cnfr. Pez. thes. I. III. 42. et lib. prob. S. Emmerammi 97. num. 26.

c) Editum a Bar. de Hormayr Taschenbuch 1830. S. 291. 293. ex alio libro cop. fris. absque die mensis.

LXXXIX.

Anno 907. 17. Junii. ad Sctum Florianum.

Ludowicus infans Purchardo episcopo eiusque ecclesiae (pataviensi), ferocitate paganorum maxima ex parte devastatae, subiicit ac coniungit ecclesiam Otingan, cum eius pertinentiis, quae iam antea ad sedem eiusdem episcopatus pertinuisse dicitur.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Hludouicus diuina fauente gratia rex. Notum eſſe uolumus omnibus ſancte dei eccleſie fidelibus noſtriſque preſentibus ſcilicet et futuris. qualiter Thetmar (Theotmarus) uenerabilis Archiepiſcopus noſter et Luopolt atque Iſingrim illuſtres noſtre dominationis Comites. cum aliis fidelibus noſtris luctuoſa uociferatione celſitudinem noſtre poteſtatis adierunt flagitantes. ut Purchardo fideli epiſcopo noſtro. cuius epiſcopatum paganorum ferocitate maxima ex parte deuaſtatum agnouimus. Otingam ſuam regali ex donatione proprie-

prietatem cum omnibus quae illuc reges diuina gratia inſtigante conſcriptionis roburatione largiti ſunt. et alii nobiles uiri ac feminc cunctis ad ſupradictum locum iuſte et legitime pertinentibus ad ſedem ſui epiſcopatus noſtre auctoritatis apicibus concedenda affirmaremus. Nos uero ob amorem domini noſtri Jeſu Chriſti et ſancti Stephani prothomartiris domini petitionibus eorum libenti animo aſſenſum prebuimus et conceſſimus ſupra nominata uenerabili purchardo epiſcopo. ut iam nominatus ſue proprietatis locus ſcilicet Otinga. cum omnibus illuc pertinentibus ad ſedem Patauie Ciuitatis pro ſtabilitate utriuſque loci et regimine clericorum et conſolatione familie utriuſque ſexus. lumina nec non tecta procuranda eternaliter coniungeretur. Et iuſſimus inde hanc noſtram conſcribi auctoritatem per quam uolumus atque decreuimus. ut hec praenotata donatio noſtra noſtris et futuris temporibus in perpetuum firma et inconuulſa permaneat. Et ut hec donationis noſtre auctoritas firmior habeatur. et per futura a cunctis fidelibus noſtris uerius credatur. ac diligentius obſeruetur ad dei ſeruicium ſancti prothomartiris Stephani. manu propria ſubtuſ confirmauimus et ſigilli noſtri impreſſione aſſigillari iuſſimus. Signum domini Hludwici inuictiſſimi regis (Monogramma). Engelpero notarius ad uicem Theotdmari ſummi Capellani recognoui. Data XV Kalendas Julii anno dominice incarnationis DCCCCVII. indictione X. anno regni hludwici inuictiſſimi regis VIII. actum ad ſanctum Florianum.

a) Ex solo codice III. fol. 67. b. sive lonstorfiano, cum in prioribus codicibus non inveniatur.

b) Modus nomina propria scribendi, nimirum Hludovicus, qui alias Luodowicus, Theotdmar sive Theotámar, qui alias Theotmar legitur, ad arbitraria descriptoris pertinet nec quemquem offendit. Maius huic instrumento praeiudicium inferre poterunt vocabula: *suam proprietatem*, *suae proprietatis*, contextui inserta, quae ad regem donationis auctorem relata non minimam pariunt difficultatem; praesertim cum nulla prior loci Otinga donatio, quae facta fuisset episcopo aut episcopatui Pataviensi, ullibi appareat.

Vel ergo vocabulum: *suam, suae* irrepsit errore calami, loco: *nostram, nostrae;* vel alterum vocabulum: *proprietatem, proprietatis,* interpolatum est, loco: *Dyocesin, dyocesis.*

c) Notae chronologicae inter se conveniunt.

d) Editum in Bar. de Hormayr Gedächtnifsrede 1831. Noten S. 106; copiose extractum ab Aventino inter excerpta passav. ap. Oefele I 707. a; brevius extractum in Hund. metr. I. edit. Monac. 298. ed. Ratisb. 199.

XC.

Anno 908 potius, quam 900. 5. Februar. Francofurt.

Ludowicus infans Erchanbaldo eyhstetensi episcopo licentiam concedit, mercatum cum moneta et theloneo constituendi, urbem et aliquas munitiones contra paganorum incursus aedificandi, insuper ei et eius successoribus bannum regium foresti in marcha, locis suis designata, concedit.

In nomine ſanctae et Indiuiduae Trinitatiſ Hludouicuſ diuina fauente clementia rex. Nouerint omneſ fideleſ noſtri preſenteſ ſcilicet et futuri. quia *erchanbaldus.* uenerabiliſ eihſtenſiſ eccleſiae epiſcopuſ. per ſupplicationeſ fidelium noſtrorum. Hathoniſ uidelicet. Et Adelperoniſ amabilium epiſcoporum Comitum uero Chuonradi. Et cotefredi. petiit ſerenitatiſ noſtre clementiam vt ei liceret ad ſuum coenobium eihſteti dictum. ubi ſanctus vuillibalduſ confeſsor Chriſti corporaliter quieſcit. In pago nordcovue. Incomitatu Arnolfi. publice negotationiſ mercatum conſtituere et monetam efficere. theloneumque ſicut inceteriſ mercationum lociſ moſ eſt exigere. Et In ſuo epiſcopatu aliquaſ munitioneſ contra paganorum Incurſuſ moliri. Cuiuſ petitioni libenter annuimuſ. Et ita fieri decreuimuſ. Unde et hoc preceptа (um) conſcribi iuſsimuſ. per quod ei regiae auctoritatiſ

ſceptro licentiam concedimuſ In antedicto loco iuxta ſuam petitionem ceterorumque fidelium noſtrorum mercatum et monetam habere urbemque conſtruere. et quicquid inde utilitatiſ uenire uel acquiri potuerit In jure et dominio coenobii ipſiuſ pro remedio animae noſtrae perpetualiter conſiſtat. Inſuper etiam uolumuſ atque omnino iubemuſ vt nulla perſona audeat in illa propria marcha predicti monaſterii. Et in locif Itenſheim. puſsenefheim. puttinveld. mechinloh. Chittinveld. rammeſperch. partem (parte) illiuſ foreſti. erga ſezzin et affintal nominatis. ſine conſenſu et uoluntate erchanbaldi preſcripti pontificiſ. ſucceſsorumque ciuſ. In ſiluiſ maioribuſ uel minoribuſ porcoſ ſaginare feraſque ſiluaticaſ uenare. arboreſ abſcindere aut ullam iniuriam facere. Sed et haec utilitaſ atque poteſtaſ, eihſtatenſis aeccleſiae praeſuli ſibique ſubjectiſ In elemoſinam noſtram aeternaliter ſit conceſsa. Et vt hoc confirmationiſ noſtrae praeceptum ſit firmum ſtabilique (stabileque) permaneat. Manu noſtra illud firmauimuſ et ſigillo noſtro inſigniri iuſsimuſ.

Signum domini Hludouici piiſſimi regis ernuſtuſ cancellariuſ ad uicem piligrimi archicapellani recognoui et subsc.

Data Non. Februarii anno Incarnationis dm. dcccc. Indict. x. Regnante domino Hludovuico anno viiij. Actum francofurt feliciter In dei nomine amen.

a) Sigilli olim impressi in loco illi destinato remanent quidem vestigia, tam in interiori, quam in exteriori instrumenti latere, extante macula, magnitudinem alias obviam non excedente.

Qualecunque autem illud fuerit, revera non iusto diplomati, sed primo diplomatis conceptui impressum fuisse credendum est.

Nam prae manibus est instrumentum manu coaeva charactere paullo grassiori scriptum, lineis omnibus nimium quantum coarctatis, spatiis iustis inter contextum et nomina regis, cancellarii et archicapellani, atque inter haec et Datum Actumque minime servatis, et hac ex ratione, ut praedictum, concepto potius, quam rite exarato instrumento

similius. Accedit manifestus error anni incarn. integris octo annis decurtati, error saltem calami in indictione, posito supra lineam vocabulo: *anno*, scribendo in contextu: *partem* pro parte (ut in extracto indicatum est), quae, aliaque menda produnt exemplar potius praeconceptum, quam autographum cancellariae regiae, cuius erat corrigere errata primae manus.

Advertendum porro huius ipsius instrumenti tanquam praecepti, a Hludowico bonae memoriae rege dati, expressam mentionem fieri in diplomate regis Chonradi I. an. 918. 9. Sept. concesso prorsus authentico, iterumque in diplom. Ottonis III. imp. 1002. 11. Januar. Nihil ergo nec historiae nec iuribus contrarium instrumentum, licet informe, continere patescit.

b) Annus verus Chr. 908. ex anno regni VIIII, h. e. nono, et ex Piligrimo archicapellano cognoscitur, nam nec rex ante 19mum diem Januarii huius anni regni sui annum nonum inchoavit, nec Piligrimus archiep. salisburg. nisi mortuo praedecessore Diotmaro in utraque dignitate et archicapellani et archiepiscopi successit; Diotmarus autem in clade ab Hungaris accepta cum multis aliis occubuit 9. August. 907.

c) Editum admodum mendose, restitutis tamen verissimis temporum notis, a Falkenstein in cod. diplom. Nordgav. 17. sac. num. 10; iterum in Bar. de Hormayrs Gedächtnifsrede 1831. Noten S. 106.

XCI.

Circa annum 912. 5. Mart. ad Feldun.

Chunradus I. rex propter petitionem Erkenboldi eystetensis episcopi ecclesiam eius, in pago Nordgovensi constructam, a iudiciaria potestate eximit, solique regno subiectam declarat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Chunradus diuina ordinante prouidentia Rex. Nouerit omnium fidelium noſtrorum

preſencium ſcilicet et futurorum induſtria. Quia vir venerabilis Erkenboldus Eyſtetenſis Eccleſie Epiſcopus, que conſtructa eſt. in honore ſancti ſaluatoris In pago Nordgovenſe (i) in loco Eyſtet nuncupato. detulit ſerenitati noſtre emunitatem, quam domnus Karolus bone memorie necnon ceteri anteceſsores noſtri. videlicet regeſ ſeu imperatoreſ quorum nomina longum eſt enumerare pro mercedis ſue augmento, ac (ad) predictum locum viſi ſunt confirmaſse. in qua continebatur. qualiter prefati predeceſsores noſtri ſupraſcriptum Epiſcopatum, vna cum Eccleſiis uel omnibus ad ſe iuſte ac racionabiliter pertinentibus ſub defenſione et ſub emunitatis nomine viſi ſunt recepiſse, ſed pro firmitatis ſtudio peciit predilectus Erkenboldus ſerenitatis noſtre clemenciam, vt denuo propter eternam remuneracionem talia concedere (et) confirmare deberemus. Cuius peticioni pro diuino amore libenter annuimus, et in omnibus, et preſentes et futuri fideles ſancte dei eccleſie et noſtri ita conceſsum atque perpetuo a nobis confirmatum eſse cognoſcant. Idcirco propter eius peticionem tale beneficium in elemoſinam noſtram ad predictum locum conceſsimus, ut nullus Judex publicus, neque quiſlibet ex iudiciaria poteſtate, neque quiſlibet ex fidelibus noſtris in Eccleſiis, aut locis uel agris ſeu reliquis poſſeſsionibus memorate eccleſie quas moderno tempore per donaciones regum reginarumque uel ceterorum fidelium, necnon et de conparatu in quibuslibet pagis uel territoriis regni noſtri et iuſte habere uel poſsidere dinoſcitur, uel quidquid etiam deinceps In iure ipſius loci voluerit diuina pietas augeri ad cauſas audiendas, uel freta exigenda aut manſiones uel paratas faciendas, nec fideiuſsores tollendos, aut homines ipſius Eccleſie tam ingenuos, quam ſeruos. iniuſte diſtringendos, nec vllas redibutiones aut inlicitas occaſiones requirendas, ullo vmquam tempore ingredi audeat uel exigi preſumat, ſed liceat predicto preſuli, ſuiſque ſucceſsoribus res predicte Eccleſie ſub emunitatis tuicione poſsidere et nobis fideliter deſeruire, atque pro noſtra ſtabilitate uel tocius regni a deo nobis conceſsi atque conſeruandi, vna cum clero atque populo ſibi ſubiecto domini miſericordiam exorare. Vt hec auctoritas noſtrisque futuris temporibus domino prote-

gente ualeat inconuulſa manere. Manu noſtra eam firmauimus anuloque ſubtus inſigniri Juſsimus.

Datum et cetera.

a) Ex libr. cop. eichstet. f. 17.

b) Locus ubi, ac tempus, quo negotium peràctum, aut instrumentum exaratum sit, in copia sive transsumto isto desunt. Verisimilius ad an. 912. 5. Mart. pertinet, quo tempore ipsemet Erchanbaldus ep. eichstetensis aliud privilegium ab eodem rege Chunrado I. obtinuit, ad Feldun datum, quod impressum habetur ap. Büttner Franconia II. 59—62. n. 6. Nec obest obitus Erchanbaldi episcopi communiter ad 902. 19. Sept. relatus, quem episcopum anno adhuc 908. supervixisse ex diplomatibus aliis constat, adductis ap. Straus in viris eruditis eichstad. p. 98. Memorata etiam in eo antiquitus concessa immunitas saltem implicite continetur in diplomatibus Ludowici pii an. 832. 19. Jul. et Arnulfi 889.

c) Ineditum.

XCII.

Anno 914. 24. Maii. ad Forcheim.

Chunradus I. rex cõncambium inter ratisponensis ecclesiae episcopum, Tutonem, et quendam Etih initum, confirmat, quo praedictus Etih proprietatem suam ad Altheim, Papenheim, Pinezwanga, Vuimeresheim et Echineperc, in pago Sualauelduu, in comitatu Ernusti comitis tradidit; recepit autem de rebus S. Emmerammi aequalem proprietatem, locum Perc, iuxta fluenta Glana, vulgo Sintipach vocatum.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ. Chovnraduſ dei gratia rex. Igitur ſi dei aeccleſiis noſtro uidelicet regimine procurandiſ dignos adhibere curamus honoreſ non ſolum terreni ſed et coeleſtis regni non dubitamuſ honore et faſtigio noſ ſublimari. Inde quoque uolumuſ ad ſingularem ſidelium noſtrorum praeſentium futurorumque peruenire noticiam qualiter conuenit inter uenerabilem uirum ratiſponenſis aeccleſiae epiſcopum Tutonem et quendam hominem nomine Etih ut aliquaſ reſ eorum inter ſep (se pro) ambarum oportunitate partium concambire deberent quod ita et fecerunt. Tradidit igitur Etih. una cum filio ſuo Helmperto ſancto martyri emmerammo in pago ſualaueldun in comitatu ernuſti comitiſ proprietatem ſuam qualem uiſus eſt habere ad altheim et papenheim. pinezwanga et tetenheim. vuimereſheim. et ad echineperc. uineam cum uinitoribuſ. necnon eccleſiam cum edificiiſ. Inter hec omnia de terra arabili hobaſ XXVII. et mancipia XXIII. cum curtilibus agriſ. pratiſ. ſiluiſ. aquis aquarumque decurſibus. et cum omnibus ad

praedicta loca rite pertinentibus. in manum ſcilicet Tutoniſ epiſcopi et aduocati ſui immoniſ in perpetuam proprietatem. Ueſtitoreſ puoſo. Anno. et raffolt. Econtra uero retradente eodem aduocato immone una cum manu epiſcopi accepit praedictuſ Etih. et filius ſuus helmpreht de rebus ſancti emmerammi iuxta fluenta glana locum nomine perc qui uulgo ſintipach uocatur. et teitinga cum eccleſiis mancipiis. XXX. edificiiſ. terrae arabiliſ. hobis XVIIII. pratiſ. ſiluiſ. Molendiniſ. et cum omnibus appendiciiſ ſuis ſimiliter in perpetuam proprietatem. Et illius traditioniſ reuertitor (reveſtitor) eſt rupo. Et ut huius concambii praeceptum firmum ſtabileque permaneat. manu noſtra ſubtus illud firmauimus anulique noſtri inpreſsione ſigillari iuſsimus.

Data VIIII Kal. Junii. Anno incarnationis domini DCCCCXIIII. Indictione II. Anno uero regni regiſ Covnradi III. Actum ad forcheim in dei nomen feliciter Amen.

a) Ex cod. I. cop. S. Emmer. f. 53. b. n. 40.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Pez. thes. I. III. 45. in Lünig spicil. eccl. continuat. III. Fortsetz. 106. in libr. prob. S. Emmer. 101. n. 38. in Ried cod. dipl. Ratisb. 92. n. 96.

XCIII.

Anno 915. 6. Novembr. apud Wirzeburg.

Cunradus I. rex Albwino, Thiodonis wirzeburgensis episcopi vasallo, locum Sulzifelt, in pago Folcfelt, in comitatu Hessonis, donat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Cunradus diuina fauente clementia Rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum preſentium ac futurorum induſtria, quia nos propter petitionem ac in-

interuentum venerabilium noſtrorum Epiſcoporum Heregeri uidelicet et Thiodonis Albvvino vaſallo ipſius Epiſcopi Thiodonis quoddam proprium iuris noſtri in Comitatu Heſſonis in pago Folcfelt in Geroldeſheimere marca locum vnum sulzifelt nuncupatum cum edificijs terris cultis et incultis. agris. pratis. campis. ſiluis. paſcuis. aquis aquarumque decurſibus. vijs et inuijs. exitibus et reditibus queſitis et inquirendis, omnibusque rebus ad eundem locum rite legitimeque pertinentibus in proprietatem donauimus. Juſſimus quoque preceptum hoc largitionis noſtre inde conſcribi per quod uolumus firmiterque iubemus. quatinus prefatus albwinus ab hodierna (die) et deinceps, de ipſa proprietate liberam atque ſecuram teneat poteſtatem. habendi. donandi. vendendi. commutandi. uel quicquid ſibi libuerit exinde faciendi. Et ut hoc preceptum firmum ſtabileque permaneat, manu propria noſtra ſubtus illud firmauimus, annuloque noſtro ſigillare (i) precepimus. Signum domni Cunradi inuictiſſimi Regis (Monogramma).

Salomon Cancellarius ad uicem Piligrimi archicapellani recognouit et ſſ. (S. R.)

Data VIII. Idus Nouembris Anno Incarnationis domini. D. CCCC.XV. Indict. III. Anno uero regni glorioſiſſimi regis Cunradi IIII. Actum apud Wirzeburg in dei nomine feliciter Amen.

a) Ex libr. cop. wirceburgensi, signato nro. 5. p. 228. ex altero cod. bebenburgiano num. 21. et ex lib. alb. privilegiorum f. 14. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Eckhart Franc. orient. II. 901. num. 29. ex chartulario, ut videtur, eodem.

XCIV.

Circa annum 916.

Chunradus I. rex cuidam clerico, Erchenfrid, quandam proprietatem, nempe hubas tres ad suam pertinentes cameram, in loco Goldaron, in pago Uiohbach, in comitatu Marchwardi et in ministerio Waltrammi donat.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Chovnradus diuina fauente clementia rex. Nouerit omnium fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet et futurorum ſollertia. qualiter noſ ob interuentum uenerabilium epiſcoporum Piligrimi uidelicet et Herigeri atque Dracholfi necnon et Sigihardi comitis cuidam clerico Erchenfrid nuncupato. quoddam proprium iuriſ noſtri in comitatu Marchwardi in pago uiohbach in loco Goldaron dicto in miniſterio Waltrammi quod ad noſtram pertinet cameram hovbaſ treſ. quaſ merolt et Engildio et Pato habebant. cum mancipiiſ ad eaſdem hovbaſ rite pertinentibus terriſque cultiſ et incultiſ. agriſ. pratiſ. campiſ. ſiluiſ. paſcuiſ. aquiſ. aquarumque decurſibus. uiiſ et inuiiſ. exitibus et reditibus quaeſitiſ et inquirendiſ omnibusque rebus ad praefatas hovbaſ recte legitimeque pertinentibus in proprietatem donauimus Juſsimus quoque hoc praeceptum inde conſcribi per quod uolumus firmiterque iubemus. quatinus praedictus erchenfrid ab hodierno die et deinceps de ipſa proprietate liberam atque ſecuram habeat poteſtatem tenendi. donandi. uendendi commutandi vel quicquid ſibi libuerit faciendi. et ut hoc praeceptum largitioniſ noſtre ſrmvm ſtabileque permaneat. manu noſtra ſubtus illud firmauimus anulique noſtri inpreſsione inſigniri praecepimus.

a) Ex cod. I. cop. S. Emmer. f. 10. n. 8.

b) Locus et tempus, quo data et acta ista sunt, deficiunt. Ex statu tamen

Baioariae sub Conrado I. et ex praesentia episcoporum, Salzburgensis, Moguntini et Frisingensis, ad annum 916. iure referri poterit istud instrumentum, inprimis circa tempus concilii altheimensis mens. Octob. 916.

c) Editum in Pez. thes. I. III. 47. n. 5. in libr. probat. S. Emmer. 105. n. 41.

XCV.

Anno 927. nobis, antiquis 928. 27. Decemb. in civitate Magontia.

Heinricus I. rex, admonitione ducis Arnolfi, monasterio Campidona facultatem liberae electionis abbatum confirmat.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente gratia rex. Oportet igitur noſ qui diuino ſumus munere caeteriſ mortalibus praelati eius in omnibus parere praeceptis. et loca sibi dicata per petitionis fidelium noſtrorum noſtro releuare iuuamine. atque regali tueri munimine. quoniam id nobis et ad temporalem vitam proſpere tranſigendam et aeternam felicitatem obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet et futurorum ſollertia. qualiter dilectus ac fidelis dux noſter arnolfus adiit celſitudinem noſtram. innoteſcenſ nobis quod anteceſſores noſtri fratribus in monaſterio quod dicitur campidona domino famulantibus licentiam tribuissent ex illis ipſis eligendi abbatem quamdiu ibi talem inuenire potuerint qui ipſam ſanctam congregationem ſecundum regulam ſancti benedicti digne regere ualeat. Itaque noſ morem antecessorum noſtrorum ſequenteſ conceſſimus in praedicto ſancto loco ob amorem domini noſtri iheſu chriſti noſtraeque mercediſ augmentum ac pro coniugiſ cariſſimaeque prolis noſtrae ſalute habere poteſtatem illis eligendi abbatem. ſi dignum domino auxiliante inter illoſ inuenire potverint. et illam atque omnem conceſſionem quamcumque antecessores noſtri eidem monaſterio contulerunt. in immunitate donatione. ſeu cuiuscumque ſecuritatis

additamento. ſicut melius et plenius illorum temporibus habuerunt. ut et ita deinceps habeant per hoc auctoritatiſ noſtrae praeceptum plenius in dei nomine confirmatum. Hanc itaque noſtram auctoritatem ut inconcuſſam et inuiolabilem optineat firmitatem. manu propria noſtra ſubter confirmauimus. et anuli noſtri impressione aſſignare iuſſimus. Signum domni Heinrici (Monogramma) ſereniſſimi regis. Simon notarius ad uicem hiltiberti archicapellani recognovi. (Signum recognitionis.) Data VI Kal. ian. Anno incarnationis domini. DCCCCXXVIII. Indict. VII. Anno regni Heinrici primi piiſſimi regis. VIIII. Actum in ciuitate Magontia feliciter AMEN.

a) Ex libro copiali antiquissimo campidonensi saec. XI. fol. 9 et 10.

b) Quae sequuntur monogramma, nimirum: data etc. alia nonnihil, coaeva tamen manu ac minore charactere quatuor lineis ultimis adscripta sunt, quae alias nonnisi lineas binas et dimidiam conficiunt. Nichilominus notae chronologicae excepta indictione, quae debet esse Ima, inter se convenientes, nec locus „Magontia" subornationis suspicionem excitant, cum hoc tempore ibi Hiltibertus archiepiscopus, loco defuncti Herigeri creatus esse videatur. Dicta manus iterum se prodit fol. 16. ad finem diplomatis Ludowici german. 862. 23. Mart., quod adest in origin. n. 38. et est diploma super libera abbatis electione, ordine insertionis tertium et ordine chronologico secundum: hic subnectenda est charta Heinrici primi regis.

c) Ineditum.

d) Diplomata super licentia, eligendi abbates, hic memorata vid. 859. 1. Sept. 862. 23. Mart.

XCVI.

Circa annum 948.

Otto I. rex Starchando episcopo eystetensi eiusque ecclesiae abbatiam Haserida confirmat, Arnulfi concessionem renovans.

(Chrismon.) In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ. Otto diuina ordinante clemencia Rex. Sicut heres in regno patri noſtro ſucceſsimus. Ita religionis eius conſortes eſse deſideramus, quapropter cum racionabilibus ſacerdotum dei. maxime autem epiſcoporum peticionibus obtemporare dignum duceremus. Congnoſcant (cognoscant) omnes fideles noſtri preſentes ac futuri. qualiter interpellante dilecto noſtro fratre brvnone. et Ekehardo Comite venerabilis Eyſtetenſis Eccleſie Starchandus epiſcopus ſerenitatem noſtram ſupplicauit. vt preceptum predeceſſoris noſtri pie memorie Regis Arnulfi. In quo habetur eum Abbatiam Haſerida dictam. ad ſedem ſuam donauiſse, regia noſtra auctoritate firmaremus. veritas (veritus) enim hominum verſucias eam Eccleſie volencium furripere, cuius conſultis annuentes precibus, prelibatam traditionem fauore noſtro renouauimus firmiter precipientes, ut abſque ullius contradictione ad Eyſtetenſe pertineat epiſcopium. cum omnibus illuc iuſte accidentibus Eccleſiis, curtilibus. edificiis. villis mancipiis vtriuſque ſexus. Siluis. agris. pratis. paſcuis. aquis. aquarumue decurſibus. Molendinis. vineis. piſcationibus. Exitibus. ac reditibus. queſitis et inquirendis. omnibusque que dici poſsunt uel nominari. eiuſdemque loci epiſcopus talem deinceps inde teneat. poteſtatem hanc, ad ſedis vtilitatem locandam, qualem ceterarum habet illuc rerum collatarum. Et ut hec innouacionis noſtre firmacio ſtabiliorem in dei nomine per inreuocabilium curricula temporum, contra inſeſtantes teneat caucionem. et a poſteris veracius credatur, ac diligencius obſeruetur. Juſsimus hoc literis indicibus preceptum com-

mendari. manuque propria ſubtus ſignatum annuli noſtri inpreſsione corroborari.

a) Ex libr. cop. eichstet. f. 11.

b) Locus peracti negotii et notae omnes chronologicae desunt in ista copia, sive hoc apographo, quod etiam alias contigit in isto codice. Vixerunt quidem simul Otto I. rex ac episcopus eichstetensis Starchandus ab an. 936. usque 961; arctiores tamen huic diplomati terminos figit occurrens in ea primarius interventor, Bruno frater regis, natus an. 928. ac an. 953. archiepiscopus factus coloniensis; interventio enim eius potissimum ab anno 943. usque ad an. 948, durante nimirum simultate regis cum altero fratre eius, Heinrico duce, accidit, ad quod temporis intervallum hocce diploma referendum erit.

c) Inceditum, memoratum autem in diplomate Ottonis III, 995. 10. Novemb., cuius extat authographum.

XCVII.

Circa annum 948. sive inter 943—948.

Otto I. rex locum Heydenheim, in pago Sualaveldensi, in comitatu Ernusti situm, et ad episcopatum eystetense respicientem, in suae defensionis immunitatem suscipit, illumque a iudiciaria potestate eximit.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Otto diuina ordinante clemencia rex, generali collegio cleri (dei) noſtrorumque fidelium preſencium. nec non futurorum notum eſſe deſideramus qualiter Venerandus Starchandus Eyſtetenſiſ eccleſie epiſcopi (epiſcopus) et Bruno cariſſimus frater noſter regalitatis noſtre ſupplicando adierunt eminentiam, quatinus locum Heydenheim nuncupatum in pago ſualaueldenſi ſitum in cominutatu (comitatu) Erunſti (Ernuſti) ubi egregius dei confeſſor Wunebaldus

corporaliter requieſcit qui ad prefatum Eyſtetenſe reſpicit epiſcopium in noſtre defenſionis emunitatem ſuſcipere dignaremur, quorum utriusque peticioni maxime pro amore diuino et noſtri noſtrorumque anteceſſorum remedio, libenter ſatisfecimus et inde hoc iuſſimus preſens conſcribi preceptum per quod volimus (volumus) et firmiter regali ſceptro (ſcripto) iubemus ut nullus publicus iudex, ne (nec) quilibet ex iudiciaria poteſtate, ſeu aliquis fidelium noſtrorum, cuiuscumque ſit ordinis vel perſone (conditionis perſona). in eodem loco et adiacentibus ſuis quocumque modo augmententur eccleſiis (eccleſiis) aut in locis et agris ſeu ceteris poſeſſionibus (poſſeſſionibus) ad memoratum locum pertinentibus habeat ius ad cauſas audiendas vel freda exigenda aut manſiones vel paratas faciendas fideiuſoresue (fideiuſſoresue) tollendas (tollendos) nec ipſius loci liberos et ſeruos iniuſte diſtringendos, aut quilibet (quaslibet) reddiciones (redibiciones) et occaſiones illicitas requirendas, aut parafredas ſeu aliquas occaſiones iniuſtas unquam agere (exigere) preſumat, ſed idem locus cum omnibus pertinenciis ſuis ſub noſtre tuicionis emunitate perpetnaliter quietus ſubſiſtat, Et ut hic (hec) liberalitatis noſtrae auctoritas firmiorem perhenniter habeat uigorem Hanc preceptalem cartam inde conſcriptam manu propria roboramus (roborauimus) annulique noſtri inpreſſione iuſſimus ſigillari.

a) Ex codice mspto chartaceo saeculi XVti incipientis vel XIV. finientis, quondam Rebdorfii, nunc Eystadii asservato, continente vitam S. Wunibaldi, a Canisio in lect. antiq. ap. Basnag. II. I. 125—133. editam, et relationem Adelberti abbatis heidenheimensis ad Eberhardum episcopum bambergensem de monasterio suo heidenheimensi, per Gretserum in commentario de divis ecclesiae cystettensis tutelaribus Ingolstad. 1617. 4o. p. 318—368. vulgatam, ad cuius finem diploma istud, in fine truncatum, eadem manu scriptum, accessit.

b) Notae chronologicae desunt in apographo isto, ad finem truncato, mendisque non paucis corrupto. Interventio Brunonis in diplomate memorata epocham eius ad intervallum temporis 943. usque 948. figere

permittit, ut in alio diplomate Starchando episcopo eystetensi, hoc tempore dato, dictum est.

c) Editum, et quidem ex eodem codice a Gretsero in catalogo episcoporum eystetensium, ad finem scilicet commentarii de divis ecclesiae eystetensis tutelaribus edit. primaria Ingolst. p. 426. et in operibus edit. Ratisb. Tom. X. p. 841.

XCVIII.

Anno 948. nobis, antiquis 949. 26. Decemb. Franconeuurt.

Otto I. rex monasterio campidonensi donationem confirmat, quam presbyter Paldmunt de sex hubis in villis Worringa et Puirra illuc sub quadam conditione fecit.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Otto dei gratia rex. Nouerit omnium fidelium noſtrorum tam praeſentium quam et futurorum induſtria. qualiter quidam uenerabilis presbiter paldmunt nomine per interuentum cari fratris noſtri Brunonis celſitudinem noſtram rogauit. ut poſſessionem totius acquiſitionis ſuae quam a liberis hominibus in aelemoſinam accepit ſimul et pecunia comparauit in duabus uilliſ worringa et puirra nominatiſ. quam ad campidonenſe monaſterium traditam habet. id eſt hobaſ. VI. cum omnibus ad eas iure pertinentibus. ecclesia. mancipiis utriuſque ſexus. aedifitiiſ. agris. pratis. paſcuis. aquis. molendinis. auctoritatis noſtrae praecepto firmaremus. ea tamen ratione. ut de praefata poſſeſſione biſ in anno monachis eiuſdem coenobii habundanter ſeruiatur. et peregrini pauperesque ad monaſterium intrantes redeuntesque ibidem ſuſcipiantur ac benigne foueantur. quae omnia explenda et regenda in poteſtate decani exiſtant. Cuius petitioni aſſenſum praebentes. hoc praeceptum inde conſcribi iuſſimus. ut praefata traditio firma ſtabilisque permaneat. manu propria ſubtus illud

illud firmauimus. anuloque noſtro inſigniri iuſſimus. Signum domni Ottonis (Monogramma) ſereniſſimi regis. Brun cancellarius ad uicem friderici archicappellani recognovi et ſ. (Signum) recognitionis). data VII. Kal. Jan. anno incarnationis domini. DCCCCXLVIIII. Indictione. VII. Anno domni Ottonis XIII. — Actum franconeuurt in dei nomine. AMEN.

a) Ex libro copiali antiquissimo campidonensi saec. XI. fol. 77. b.

b) Indictio caesarea et annus regni conveniunt cum anno nostro Chr. 948, ex quo patet, in hoc diplomate annum incarn. notatum esse more antiquo, incipiendi annum a festo nativitatis Christi, sive 25. Decembr.

c) Ineditum.

XCIX.

Anno 950. 18. Januar. Basenvillare.

Otto I. rex monasterio Gamundias sive Horunbach libertatem a tributis, a Lothario I. et Karolo magno illi concessam, absque conditione confirmat.

In nomine domini noſtri ieſu chriſti dei eterni. Otto diuina ordinante prouidentia Rex. Si erga loca diuino cultui mancipata pro oportunitatibus ſeruorum dei ibidem conſiſtentium. beneficia congrua ſine dubio concedimus. ad eterne beatitudinis premia capeſſenda talia facta nobis profiſcere (proficere) non diffidimus, Igitur comperiat omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum ſollertia. quod uir Venerabilis Rodwicus Abbas ex Monaſterio Gamundias. quod alio nomine Horunbach appellatur, conſtructum in honore ſancte dei genitricis Marie sanctique pettris (petri) principis apoſtolorum. veniens ad nos. detulit nobis preceptum anteceſſorum noſtrorum Regum. Lotharij et Karoli. in quo reperimus inſertum. qualiter illi cun-

dem locum propter diuinum frequentaſſent amorem. et familiariter congregatiónem ſub Regulari habitu ibidem degentem in timore (intimo) cordis amore dilexiſſent uel quomodo in eorum elemoſinam homines ingenuos. qui ſuper terras ipſius Monaſterij conmonebant. qui freda aut tributa, aut cenſum. ſeu heribannum aut aliqua exacta uel quaſcumque redibitiones ad partem fiſci perſoluere debuerant. ad reſtauranda luminaria prefati monaſterij illuc conceſſiſſent. Deprecatus eſt namque nos predictus abbas ut pro mercedis noſtre augmento. denuo hoc noſtre auctoritatis precepto renouari (dignaremur). eiuſ quoque petitionem benigne ſuſcipientes iuſſimus inde hoc preſens preceptum conſcribi. per quod uolumus firmiterque iubemus. ut nullus iudex publicus. ullam ſuper ingenuos homines qui teneant atque poſſideant terram preſcripti monaſterij exerceat poteſtatem ad aliquid conſtringendi. aut cenſum uel freda. aut tributa. ſeu heribannum aut aliqua exacta. uel quaſcunque redibitiones ab eis exigendi. ſed in elemoſina noſtra ſicut anteceſſores noſtri Reges iam pridem ad antedictum Monaſterium illos conſtituerant. ammodo (amodo) ac deinceps omni tempore noſtre Largitatis condonatione firmiter ſine ullius contradictionis obſtaculo illuc perſiſtant. atque perdurant. Et ut hec auctoritas noſtra firma ſtabilisque permaneat. et a dei. noſtrisque fidelibus uerius credatur. manu propria noſtra ſubtus eam firmauimus. annuloque noſtro ſigillari juſſimus. Signum domni Ottonis inuictiſſimi Regis (Monogramma).

Brun Cancellarius ad vicem Totberti (Ruotberti) archicapellani recognouit (S. R. cum notis Tiron.)

Data XV. Kalend. Febr. Anno dominice Incarnationis. DCCCCL. Ind. (Indict) VII. Renante (Regnante) pio Rege Ottone anno. XV. Actum Baſenvillare in domino feliciter. Amen.

a) Ex libr. cop. wirceb. circ. an. 1278. conscripto signato n. 5. p. 260. et ex libr. albo privil. f. 33.

b) Indictio erronee notata cernitur, currente VIII. anno Chr., quem indicat annus regni, saltem anticipatus sex propemodum mensibus.

c) Ineditum.

d) Lectiones meliores sunt ex lib. albo priv. et ex simili privilegio Ottonis III. circ. an. 988, desumto ex codice hornbacensi. Archicapellani nomen: Ruotbertus, hoc tempore videatur in Hontheim hist. Trevir. I. 284. num. 163.

C.

Anno 950. 26. Febr. Nemetensi civitate (Spirae).

Otto I. rex ecclesiae weissenburgensi homines censuales, injuste abstractos, restituit.

In Nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Ottho Dei gratia Rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet et futuris. Qualiter nos ob aeternae retributionis meritum, et per beatissimorum Apostolorum Petri et Pauli suffragia, quorum clementiam in Weissenburgensi coenobio humiliter acquisiuimus. ut pro aeterna redemptione dilectissimae conjugis nostrae Ettgidis, nec non et per precatum charissimae filiae Lindgardis (Luidgardis) atque Brun fratris nostri homines censuales, ad altare ejusdem Sancti Petri traditos, et injuste abstractos, atque per multa tempora in beneficium redactos, ipsi altari ac fratribus illic Deo militantibus, in quibuscunque locis nostri regni maneant, restituimus, ac perpetualiter condonamus, ea videlicet ratione tenere (rationis tenore) ut fratres praedicti coenobij ipsos censuales ad luminaria concremanda (concinnanda), ad illorum victum atque vestitum jure atque legittime, et sine ullius obstaculi impedimento, cum omni possessione illorum teneant atque possideant. Hoc quoque Regiae potestatis nostrae auctoritate praecipimus, ut nec Regia potestas, nec ulla alia apposita (oppositа) persona hoc praeceptum frangere, aut deinceps aliquem illorum in beneficium vertere praesumat. Et ut haec confirmationis nostrae auctoritas, pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, manu nostra subter eam firmaui-

mus, et annuli nostri impreſsione aſsignari juſsimus (Monogramma). Signum domni Otthonis Sereniſsimi Regis. Brun Cancellarius ad vicem Friderici Archicapellani recognoui. Data quarto Kalend. Martij. Anno incarnationis Domini. DCCCCL. Indictione octaua. Anno vero Regni Otthonis Regis XIIII. Actum Nemetensi ciuitate. In Dei nomine feliciter Amen.

a) Ex codice transsumptorum per Rudolphum II. 1582. 22. Oct. in archivo circuli rhenani conservato, num. 3. fol. 3. b. unde copia nobis 26. Aug. pr. 26. Sept. 1831. transmissa est.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Schöpflini Alsat. dipl. I. 112. n. 137. ex authentico, h. e. autographo, cuius specimen cum signo recognitionis et sigillo delineatis exhibetur tab. XVII. ad p. 112.

CI.

Anno 950. 1. Maii. Walechi (Walbechi.)

Otto I. rex Gerungo comiti, vasallo filii sui Ludolfi, sex hobas regias in villis Vuanaloha et Brechenheim, in pago Kunigessundera, in comitatu praedicti Gerungi comitis, sitas donat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Otto diuina auxiliante clementia Rex. Nouerint omnes fideles noſtri preſentes ſcilicet et futuri. qualiter nos quaſdam res iuris noſtri per interuentum Ludolfi noſtri dilecti filii, cuidam ſui ipſius vaſallo Gerung nominato, et in proprium conceſſimus, id eſt Hobas Regias VI. in villa wanaloha et Brechenheim ſitas in pago de Kunigeſſundera uocato, in Comitatu prefati Gerungi Comitis cum omnibus commoditatibus iuſte illuc pertinentibus, iure perhenni in proprium, Mancipijs ex quibus vnus albo uocatur. Curtibus, edificijs. agris. vinetis. pratis. paſcuis. ſiluis. aquis. aquarum decurſibus.

Molendinis. piſcationibus. vijs et inuijs. exitibus ac reditibus. queſitis et inquirendis. mobilibus et immobilibus. quod ſi uero in ſupradictis villis vuanaloha et Brechenheim plenitudo noſtre proprietatis ſex regalium hobarum non inuenitur. in proxima quod eſt Norneſtat, ex noſtra proprietate omnino eidem reſtituatur. Juſſimus quoque inde hoc preſens preceptum conſcribi, per quod uolumus, (et) firmiter iubemus. ut memoratus Gerung de hijs omnibus, noſtro dono ſibi in proprium conceſſis, ammodo (amodo) ac deinceps omni tempore firmiſſimam teneat poteſtatem quicquid ſibi placuerit exinde faciendi. manu propria noſtra firmatum, annuloque noſtro ſigilari. Signum domni Ottonis Inuictiſſimi Regis (Monogramma).

Brun Cancellarius ad vicem Friderici Archicapellani recognouit. Data Kal. Maij anno dominice incarnationis DCCCCL. Indict. VII. Regnante pio rege Ottone Anno XV. Actum Walechī in domino feliciter Amen. (S. R. cum notis Tiron.)

a) Ex libr. cop. wireeb. circ. an. 1278. conscripto signato nr. 5. pag. 226. et ex lib. albo priv. f. 13. b.

b) Indictio unitate decurtata invenitur, annus autem regni duobus circiter mensibus anticipatus.

c) Ineditum.

CII.

Anno 951. 23. Septembr. Papiae.

Otto I. rex fratris sui Heinrici vasallo, Marquart, proprietatem quandam iterum reddit, quae ei iudicio populi fuerat ablata et redacta in regis potestatem, sita in loco Izhzelinga, in comitatu Adelberonis.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Otto dei gratia Rex. Nouerint omnes fideleſ noſtri preſentes ſcilicet et futuri. qualiter nos per interuentum dilecti fratris noſtri Heinrici cuidam ſuo vaſallo Marquart nuncupato. talem proprietatem qualis ei iudicio populi fuit ablata in noſtramque poteſtatem redacta. iterum reddidimus. ſitam in comitatu Adelberonis in loco Izhzelinga vocato cum omnibus ad eundem locum iure pertinentibus. curtilibus. edificiiſ. mancipiiſ. vtriuſque ſexus agriſ. pratiſ. paſcuis. ſiluis. aquis aquarumue decurſibus. et omnibus illuc iuſte ſpectantibus. Juſsimus quoque hoc preceptum inde ſcribi ſubtusque manu propria roboratum bulla noſtra ſigillari. Data Papie Anno dominice incarnationis DCCCCLI. Indictione IIII. Non. Kal. Octobris. Regni autem domni Ottoniſ XV. Amen.

a) Ex copiarum codice, circa finem saec. XIII. conscripto, fol. 97. b.

b) Indictio erronee scripta est, loco IX. ordinariae, aut X. caesareae. Annus autem regni, completus ante duos menses et viginti circiter dies, respondet anno Chr. indicato 951, cui favet locus dati instrumenti; nam Papiae tunc Otto I. longiori tempore morabatur.

c) Ineditum.

CIII.

Anno 963. 14. Junii. Ad Sanctum Leonem.

Otto I. imperator, deprecante Udalrico augustensi episcopo, monasterio campidonensi omnia praedecessorum suorum privilegia omnesque eius possessiones, specialiter autem liberam abbatum electionem confirmat.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ. Otto dei gratia imperator augustus. Notum sit omnibus fidelibus noſtriſ praeſentibus et futuriſ. qualiter quidam uenerabilis ſanctae auguſtenſis aeccleſiae epiſcopus nomine Vdalricuſ noſtram adiit celſitudinem. deprecatus pro monaſterio campidonenſi quod per noſtram largitionem commendatum habet. ut noſtrae imperialis dignitatis praecepto honoraretur et corroboraretur. Cuius petitioni per interventum dilectae conjugis noſtrae imperatriciſ auguſtae adalhaidae aurem accomodanteſ. hoc praeceptum iuſſimus conſcribi. per quod ſanccimus et imperiali auctoritate iubemus. ut omnia praecepta quae a nobis vel a praedecessoribus noſtriſ regibus aut imperatoribuſ praenominato monaſterio quod eſt conſtructum in honore ſanctae dei genitriciſ mariae. et in quo corporaliter ſancti martyres chriſti gordianus et epymachus honorifice requieſcunt. donata ſunt. perpetuum obtineant vigorem. nullusque noſtrae publicae rei poteſtate functus. ſiue in noſtriſ ſiue in ſuccessorum noſtrorum temporibus audeat aliquid ex hiſ uſurpare. quae prenominati monaſterii uſibus praeceptorum auctoritate quoquo modo collata sunt. Ad hoc etiam iuxta peticionem eiuſdem uenerabilis episcopi concedimus praenominati monaſterii fratribus. ut potestatem habeant regulariter eligendi inter se abbatem. quem meliorem et noſtro obſequio aptiorem invenire potuerint. ſecundum regulam ſancti benedicti.

et iuxta quod praedecessoref nostri eidem monaſterio conceſſerunt. Hoc enim praeceptum in aeuum ut permaneat firmum. manu propria roborauimus et anulo noſtro inſigniri iussimus. Signum domni Ottonis (Monogramma) ſereniſſimi imperatoris augusti. Luitolfus cancellarius ad uicem brunonif archicappellani recognovi et ff. (Signum recognitionis) Data XVIII Kal. iulii anno domini. DCCCCLXIII. regnante piiſſimo rege ottone anno XXVIII. imperii autem eius anno II. Indict. VI. Actum ad ſanctum leonem in dei nomine feliciter AMEN.

a) Ex libro cop. antiquissimo campidonensi saec. XI. f. 83. b. — 86, ubi ultimum occupat locum.

b) Indictio, annus regni anticipatus circa 17. dies, et annus imperii ante 19. dies completus, respondent anno Chr. expresso.

c) Editum in chronico gottwic. I. 173. ex eodem cod. et in Neugart cod. Alemann. dipl. I. 605. n. 748.

CIV.

Anno 965. 23. Maii. Inglinheim.

Otto I. imperator weissenburgensis monasterii servos vel colonos ab alia civitate seu castello muniendo eximit, nisi, ut ad iussum abbatis monasterium ipsum muniant et custodiant.

In Nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Ottho diuina concedente clementia Imperator Augustus. Nouerit omni (omnium) fidelium nostrorum tam praesentium quam futurorum industria, qualiter nos morem anteceſsorum nostrorum, Regum vel Imperatorum sequentes ecclesias vel monasteria infra regni nostri terminos, in honorem Dei constructa, nostris etiam praeceptis et priuilegiis roborare decreuimus. Vnde pro statu et incolumitate Regni vel Imperii nostri, rogatu dilectiſsimae nostrae con-

conjugis Adelhaidis statuimus et jubemus, ut Serui, vel lidi vel coloni, vel qui dicuntur fiscales vel censuales, qui in proprietate beati Petri Apostolorum principis in Abbatia Weifsenburg, vel ubicunque commorantur et habitant, seu ad opus Monachorum deseruiant, seu fidelibus nostris beneficiales existant, ad nullam aliam ciuitatem seu castellum muniendum ab aliquo cogantur, vel distringantur, nisi tantum ad idem praescriptum Monasterium, quod nos ob amorem Dei, et pro remedio animae nostrae, in suam [ut ab antiquis fuit] dignitatem restituimus, ut illud muniant et custodiant, et ad jufsum Abbatis Erkanberti, qui eidem monasterio modo praeefse videtur, vel succefsorum ejus uel aduocati, aut ministrorum ejus ad hoc opus moneantur et distringantur. Et ut hoc auctoritatis nostrae praeceptum firmum et stabile permaneat, jufsimus hanc chartham conscribi, et Annuli nostri impreſsione signare, quam et manu propria subtus firmauimus (Monogramma). Signum Domini (domni) Otthonis magni, et inuictifsimi Imperatoris Augusti, Lindoffus (Liudolfus) Cancellarius, ad vicem Wilhelmi Archicapellani notauit. Datum X Kalend. Junii. Anno dominicae incarnationis. DCCCCLXV. Indictione VIII. Anno Regni Domini (domni) Othonis XXIX. Imperii vero Quarto. Actum Inglinheim feliciter in Domino. Amen.

a) Ex codice transsumtorum per Rudolphum II. imp. 1582. 22. Octob. in archivo circuli rhenani conservato, num. 5. fol. 4. b. unde copia nobis 26. Aug. pr. 26. Sept. 1851. transmissa est.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Schöpflini Alsat. dipl. I. 118. num. 146. ex authentico tabularii weissenburgensis, cui nostra copia in omnibus conformis est, excepta orthographia et exceptis in parenthesi vocabulis: „ut ab antiquis fuit"; memoratur in catalogo abbatum weissenburg. ap. Schannat vindem. Coll. I. 7.

CV.

Anno 967. 25. Octob. Veronae.

Otto II. rex donationes a praedecessoribus suis monasterio weissenburgensi factas, confirmat et limites marcarum denominat.

In Nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis, Ottho diuina fauente clementia Rex, omnibus Episcopis, Abattibus (Abbatibus), Comitibus, Vicariis, Centenariis, Actionariis, missis nostris discurrentibus caeterisque fidelibus Sanctae Dei ecclesiae nostris praesentibus scilicet et futuris. Notum sit, quia si erga loca diuino cultui mancipata, tuitionem Imperialem impertimur, et petitionem (petitiones) seruorum Dei, quas nobis pro necessitatibus suis innotuerint, ad effectum perducimus, sine dubio ad aeternae beatitudinis praemia capescenda, talia nobis facta proficere non diffidimus. Quapropter compereat (comperiat) omnium vestrorum industria, quia Geilo fidelis noster Abbas, ex Monasterio quod dicitur Weissenburg, quod est constructum in honorem Sancti Petri, principis Apostolorum, veniens ad nos narrauit nobis, quod fratres praedicti coenobii nostram expetissent clementiam, circa regiam donationem, et circa ipsam Marcam, quam Pippinus quondam Imperator utilitati et seruitio eorum, sub emunitatis firmatione contradidit, et postea Ludouicus, alijque antecessores nostri Reges, sua auctoritate firmauerunt, quo nostra firmaretur, quod lubenti animo suscipientes, juxta petitionem eorum fieri decreuimus limites. locorumque nomina circumjacentium scribi vel nominari jussimus, quae pertinent ad orientalem plagam Monasterij usque ad Merchenheuenum (Morechenheuenum), et ad Altenherd, et inde ad Geboldeswege, et inde subter vadum Lutrae, et inde ad Buechingeshurst (Buezingeshurst), et inde ad limitem, qui stat in summitate vallis Jnuenesdal (Juuenesdal) nominatae, et inde duci-

tur, Ad meridianam vero plagam pertinentia, super Warspach, et inde ad Bodemelofenstamphe, et inde ad Sebach, et inde ad Kirchendal, et inde ad Ingoldeshaha, et inde ad syluosos montes, usque in locum qui dicitur Bedebur. Ad occidentalem vero plagam, usque ad Lutenbach et Berenbach, et inde ad Erlenbach, et inde ad Grunenbrunnen, et inde ad Oderichefscit. Ad septentrionalem plagam, usque ad Eichenberg, et inde ad Vtdoluesdale, et inde ad summitatem fluuij, qui dicitur Otterbach, una cum villa, sicut antea ad praefatum Coenobium aspexifse dinofcitur, seu mancipijs syluis, vincis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, vel quantumcunque Duce domino ibi emeliorare potuerint, juxta quod dilatio ipsius Abbatis decreuerit, absque cujuslibet impedimento teneant firmifsime, Similiter talem ipsi, Abbatem cognoscite, concefsifse potestatem, et fratribus quicquid in ipsa Marca enutrire aut saginare, vel venatu conquirere homines eorum potuerint, ex nostra indulgentia, nostris futurisque temporibus valeant habere traditum atque firmatum. Jufsimus quoque ob remedium animae nostrae praefato coenobio chartam tuitionis gratia firmitatis confcribi, per quam praecipimus, ut nullus Judex publicus, aut ullus Episcopus, vel quislibet ex judiciaria potestate, seu alia aliqua persona quicquam potestatis, aut negocij in ipsa Marca, vel in rebus praedictis supranominati monasterij. sine Abbatis licentia exercere, vel habere praesumat. nec homines ipsius loci, tam ingenuos quam seruos injuste distringere, vel ad causas audiendas, vel freda vel tributa soluenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejufsores tollendos cogere, vel quicquam penitus exigere audeat, sed sub nostrae emunitatis defensione omnia illuc aspicientia Abbas quieto ordine, absque ulla molestia posfideat. Et ut hoc nostrae auctoritatis praeceptum firmum et stabile permaneat, annuli nostri impref-sione signari jufsimus, et manu propria subtus firmauimus (Monogramma). Signum Domini (domni) Otthonis Sereniſsimi Regis, Ambrofius Notarius ad vicem Hupperti (Rupperti) Archicapellani notaui. Data VIII. Kalend. Nouembris. Anno dominicae incarnationis. DCCCCLXVII. Indictione X. Anno vero

Regni serenissimi Regis Otthonis VII. Actum Veronae in Domino feliciter Amen.

a) Ex codice transsumtorum per Rudolphum II. imp. 1582. 22. Octob., in archivo circuli rhenani asservato, num. 6. fol. 5. unde copia nobis transmissa est pr. 26. Sept. 1831.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, et in Ottonem II. regem, eodem an. 25. Dec. imperatorem.

c) Editum in Schöpflin Alsat. dipl. I. 121. num. 148. ex chartulario Weissenburg, qui ibid. 22. num. 20. ex veteri membrano weissenburgensi adduxit Dagoberti I. literas fundationis an. 623. 11. Maii, eandem marcam terminis eisdem circumscriptam exhibentes, sed inter adulterina collocavit. Mirum, quod similem adulterationis notam effugere confirmatio regis Ottonis II. potuerit. Verum hoc discriminis etiam animadvertendum, quod Ottonis regni charta memoretur in catalogo abbatum in Weissenburg, apud Schanat. vindem. coll. I. 7, non vero charta Dagoberti I.

CVI.

Anno 969. potius, quam 972. 28. Maii. Papiae.

Otto I. imperator curtem Gudaga cum pertinentiis eius, in comitatu taruisiano ad fluvios Uallatum et Brentam, nec non in vicentino comitatu in utraque ripa Brentae sitis, terminisque descriptis, Abrahae episcopo frisingensi donat, quae post obitum eiusdem episcopi ad servitium Scti Candidi ad Inticam redeat atque pertineat.

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente clementia imperator augustus. Nouerint omnes

noſtri fideleſ preſentes ſcilicet atque futuri. qualiter noſ per interuentum dilectae coniugiſ noſtrae adalheide. nec non aequiuoci noſtri quasdam reſ noſtri iuriſ ſitaſ in comitatu taruiſiano haut longe a fluuio uallatus. et in loco qui dicitur chunio qui ſitus eſt prope litus brente qui fuit yſaac iudeo traditus a wicberto. et in loco qui dicitur piſcatoruſ. et uicentino comitatu in circuitu gudage ultra tria miliaria et in utraque ripa brente iuſ macelli. et in eius finibus quae inter iſtos deſignatoſ fineſ iacent quae appellantur aunario deinde terminante in aqua quae dicitur muſone deinde terminante in flumine diſo et deinde terminante in litrano unde ſiluſ reſurgit et de ipſa ſupranominata curte gudago terminante in aurillia et deinde terminante in reſcio inter iſtoſ deſignatoſ fineſ cum pratiſ paſcuiſ uiiſ et inuiiſ exitibus et reditibus fontibus aquiſ aquarumque decurſibus piſcationibus molendiniſ ſiluiſ et paludibus omnibuſque rebus iuſte legitimeque ad eandem curtem reſpicientibus queſitiſ et inquirendiſ ad ſeruitium ſancti Candidi ad inticam in manuſ nobiſ fatiſ cari epiſcopi Abraham appellati ob remedium animae noſtrae tradidimus. eo ſcilicet tenore. ut iſdem iam dictuſ epiſcopus uſque ad obitum ſui abſque contradictione omnium totum atque integrum teneat atque poſsideat poſtea vero ſeruitio ſancti Candidi redintegratum perpetim inibi permanſurum ad inticam redeat atque reſpiciat. Et ut haec noſtri iuriſ donatio firma ſtabiliſque perſeueret hanc cartam conſcribi ac ſigilli noſtri impreſsione ſubſignari iuſsimus.

Signum domni Ottonis (Monogramma) inuictiſsimi imperatoriſ auguſti. Liutolfvſ cancellarius uice hattoniſ archicappellani ſubſcripſi.

Data V Kal. Junii Anno incarnationiſ dominicae DCCCCLXXII. Indictione XV. Anno regni domni Ottoniſ XXX. Imperii autem VIII. Actvm in proilo Papie.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 10. et fol. 20, in hoc folio tamen minus correcte quoad cancellarium et archicappellanum; repetitur correctius l. c. II. f. 104.

b) Notae chronologicae nullo modo inter se conveniunt, excepta indictione, quae respondet anno indicato 972; nam annus regni ad annum Ch. 966. et annus imperii ad annum Chr. 968. pertinet. Verosimiliter saltem peracti negotii annus cum loco Proilo (Prolio i. e. Broglio) Papiae, convenit anno 969, cum hoc tempore imperator Otto et quidem mense Jul. Papiae degeret, et Hatto archicancellarius, simul archiepiscopus moguntinus, adhuc viveret, quem circa finem huius anni defunctum sequenti anno 970. iam 11. April. successor eius, Rotbertus, excepit. cnfr. Scheid. orig. guelf. V. 8.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 134. edit. Ratisb. 94. in Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 216. et in Meichelbeck hist. fr. I. 177.

d) Descriptor in margine locum donatum notat: Gudaga, cui alia, antiqua manus, addidit: vacat.

CVII.

Circa annum 971. inter 966 — 972.

Otto I. imperator monasterio S. Emmerammi Ratisponae privilegia antecessorum suorum, Caroli magni, Ludowici pii, regis Ludowici, ac Arnolfi confirmasse, censumque ad altare S. Petri Romae annuatim praestandum usque ad dimidiam libram auri cocti, ex auctoritate papae ac CXVII. episcoporum in synodali concilio, auxisse dicitur.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ. Otto diuina fauente clementia imperator auguſtus. Si fidelium ac ſeruorum dei nobiſ fideliter ac deuote famulantium peticioneſ dum nobiſ proſuiſ et noſtris utilitatibus ac neceſsitatibus innotuerint ad effectum perducimuſ. non ſolum anteceſsorum noſtrorum regum atque imperatorum imitando conſuetudinem. uerum etiam ad beatae et eterne remunerationiſ mercediſ talia nobiſ facta profutura prodeſse liquido credimus. Quapropter omnium ſancte

dei aecclesiae fidelium nostrorumque tam praesentium quam et futurorum cognoscat industria quia antecessor noster Karolus magnus pro eternae mercedis augmento quoddam monasterium in ratispona ciuitate quod est constructum in honore sanctae Mariae matris domini et principis apostolorum Petri et praecios dei martyris Emmerami ubi uenerabile corpus eius requiescit humatum et cum eo corpora et multe reliquiae sanctorum sunt locatae recta ratione fideliter in suam et successorum eius potestatem recepit. Proinde ipse cum auctoritate papae Leonis. filiusque eius Ludouicus cum eugenio papa. et pius Lodouicus rex cum Nycolao papa et arnolfus imperator cum formoso papa confirmauerunt de praedicto monasterio uno quoque anno VII aureos persolvi ad altare sancti Petri. Idcirco cunctorum sancte dei aecclesiae fidelium praesentis scilicet temporis ac futuri manifestetur collegio quod nos per interuentum dulcissimi fratris nostri Heinrici ducis baioariorum eundem locum in synodali concilio ante altare principis apostolorum Petri in praesentia domni et uenerabilis papae Johannis. et in praesentia episcoporum CX et VII. confirmamus in potestate imperatorum siue regum usque in euum permanere. propter improbitatem episcoporum eiusdem ciuitatis. quia non omnes sed multi ex eis semper inuidiose contendebant contra eundem sanctum locum. Propterea uolumus ob amorem et honorem sancti Petri de praedicto monasterio censum augeri. ut rectores eiusdem cenobii pro defensione et pro libertate eiusdem loci unoquoque anno offerant romae dimidiam libram cocti auri ad altare sancti Petri. et ita confirmamus cum auctoritate papae et episcoporum pisensis. aunensis. auccensis vulterrensis. Clusensis. Fesulanus. Florentinus. Senesis (Senensis). Arctiensis. Sutriensis. De sancta Rufina. Concensis. Albensis. Sessulanus. Terratiensis. Prenestinus. Tusculanus. Caietanus. Fundanus. Beneuentanus. Capuanus. Salernitanus. Neapolitanus. Malfitanus. Sipontinus. Ascolanus. Auceriensis. Narniensis Nucerinensis. Fulingiensis. Spoletanus. Perusinus. Firmensis. Ortensis. Anconitanus. Fanensis. Sinogallensis. Humanus. Pensaurensis. Ariminensis. Pinnensis. Rauennas. Mutinensis. Regiensis. Parmensis. Pla-

centinuſ. Polonienſis. Imulenſis. Fauentinuſ. Forumpolienſis. Bobienſis. Ciſenenſis. Ceruienſis. Commaculenſis. Ferrarienſis. Adrienſis. Aquileianenſis. Taruiſienſis. Cenodenſis. Cremonenſis. Nouarienſis. Yporeienſis. Artenſis. Taurinenſis. Aquenſis. Bellonenſis. Trigeſtinus. Tridentinuſ. Ueronenſis. Cumanuſ. Uincentinuſ. Parentinuſ. Concordienſis. Bulenenſis. Mantuanus. Gradenſis. Mediolanenſis. Uercellenſis. Laudenſis. Pergamenſis. Papienſis. Albitiginenſis. Remenſis. Pictauienſis. Turonenſiſ. Pariſienſis. Arelatenſis. Uiennenſis. Lugdunenſis. Genouenſis. Lauſoſanenſis. Mogontinuſ. Magdaburgenſis. Wormacienſis. Conſtantienſiſ. Wurciburgenſis. Rubilocenſis. Auguſtenſis. Halberſtanenſis (Halberſtadenſis). Spirenſis. Curienſis. Colonienſis Leodicenſis. Traiectenſis. Mindenſis. Hoſenbruckenſis. (Osnabrugensis). Treuerenſis. Mettenſis. Citicenſis. Uerdonenſis. Tullenſis. Juuauienſis. Patauienſis. Friſingenſis. Brixinenſis. Bragenſis. Michahel ratiſponenſis. ut ſiquis imperator aut rex eandem aeccleſiam tam ſanctam alicui praeſtet. ſit anathema maranatha. ideſt perditio in ad (caetera deſunt.)

a) Ex cod. I. cod. S. Emmer. fol. 60 et 61. num. 48, ubi latus secundum folii in dimidio vocabulo desinens, sensum reliquit imperfectum et instrumentum mutilum. In codice isto vetustissimo inter folia 61 et 62, quae codici ipsi coaeva ex apertis signis demonstrantur, aliena duo folia, nullis numeris notata, interiecta sunt, sed prorsus vacua, eisdem tamen filis, serius utique compacta.

Tempore ergo compacturae aliqua excidisse necesse est, quae ex alio haud dubie codice a primo editore Hochwarto, infra laudando suppleta sunt: „ventu Domini, et in ea maledictione persistat, quam „Sanctus formosus Papa super eum confirmavit, usque dum resipis„cat; et praefatum monasterium cum monachis et omnibus ibidem „in praesens collatis, vel inposterum conferendis in immunitatem „Papae et in nostram recipimus. Et ut haec auctoritas confirmatio„nis nostrae firmior habeatur, et per futura tempora diligentius ob„servetur, manu propria eam confirmavimus, annulique nostri im„pressione muniri praecipientes."

b) No-

b) Notae chronologicae, ut patet, omissae sunt cum ipso loco peracti negotii. Personae autem et episcopatus, in isto instrumento memorati, nonnisi annis Chr. 971 et 972. conveniunt, ut eorum utcunque salvetur veritas historica. Etenim Joannes XIII. papa et Michael ratisbonensis episcopus, uterque obiit anno 972. ille 6ta hic 23tia Septembris, et pragensis episcopatus, quamvis iam an. 967. erectus, tamen non ante an. 971. obtinuit primum episcopum Dietmarum.

Verum plura obsunt, quominus hoc instrumentum censeatur authenticum. Argumenta desuper attulit Hansizius infra inter editores adducendus, ex quibus graviora ista repetere placuit, omissis levioribus, quae excusari facile poterunt.

1. Palmarium illud, ac iuridicum, quod innitatur falsis diplomatibus, aut saltem interpolatis alias recensitis, Caroli magni 799. 25. Mart., Ludowici pii inter an. 824—827, Arnolfi 896.
2. Ficta sub Joanne XIII. synodus romana centum decem et septem episcoporum, ex Italia, Gallia et Germania coactorum, quae pro celebritate sua antiquis scriptoribus incognita esse haud potuit, ignota autem hucusque permansit.
3. Ottoni I. imperatori omnino inconveniens, quod ore eius hic multis episcopis ratisbonensibus imponitur improbitatis et invidiae opprobium.
4. Nomina episcoporum synodo praesentium omissa, solis expressis episcopatibus.
5. Memoria intervenientis fratris imperatoris, Heinrici, qui potius dicendus fuit nepos imperatoris, sive fratris an. 955. defuncti filius, Heimricus dux Baioariorum.

c) Primo publicatum a Laur. Hochwarto ap. Oefele script. rer. boic. I. 175 et 176, deinde editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 226 et 227. edit. Ratisb. 151, in Meibom. scr. rer. germ. I. 753, in Lünig spicileg. eccles. III. Theil. 649, in Pez. thes. I. III. 53. in libr. probat. S. Emmerammi 113. num. 45, in Hansiz. prodromo tomi III. German. sacr. p. 109, addita censura p. 110.

CVIII.

Anno 972. potius, quam 973. 25. August. Constantiae.

Otto I. imperator monasterio campidonensi concedit, ut homines fratrum eius servitio incumbentes liberum a theloneo transitum per tres comitatus habeant, nempe per Lobitungeuue, Creihkeuue et Necartkeuue.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ. Otto diuina prouidente clementia imperator auguſtus. Cum omnium modeſtae petitioni noſtram condeceat aſſentire ſerenitatem. maximeque deo iugiter ſeruientium. omnibus nostris fidelibus tam praeſentibus quam et futuris ſit notum. quia nos animarum requiei proſpitientes. Giſelfredo campidonenſi abbati. cum obnoxia fratrum eorundem poſtulatione rogitanti. noſtra auctoritate imperatoria poenitus (penitus) perdonauimus. ut homines illorum ſeruitio incumbenteſ. uel plauſtrorum vehiculis vinum fratribus deferenteſ. uel cuiuslibet neceſſarii commodo hac uia tranſeuntes. in comitatibus lobitungeuue. creihkeue carthenue. (Necartkeuue). a nullo hominum theloneum reddere conſtringantur. uiis obcluſis aliquatenus praeoccupentur. ſed ſecuriter omnium inquietudine ſemota. tam nunc temporis eidem iam dicto coenobio immorantium fratrum homines. quam etiam in ſucceſſuriſ futurorum. pacifice et omnino nec theloneo conſtricti. nec uiis clauſi. de fratrum debito ſeruitio per eaſdem uias impediantur. Et ut haec noſtri perdonatiui auctoritaſ praeceptū firmior ueriorque cunctiſ perpetim credatur. hanc cartam inſcribi iuſſimuſ. anuloque noſtro inſignitam. propria manu noſtra ſubtus firmauimuſ. Signum domni Ottoniſ (Monogramma) magnī et inuictiſſimi imperatoriſ Auguſti. Williſuſ (Willigiſus) cancellarius ad uicem rovdberti archicapellani ſubſcripſi (Signum

recognitionis). Data VIII. Kal. Sept. anno dominicae incarnationis DCCCCLXXIII. indict. XV. Anno regni domni ottonis. XXXIIII. imperii autem XIII. Actum conſtantiae.

a) Ex libro cop. antiquissimo campidon. saec. XI. f. 54.

b) Notae chronologicae, excepta indictione, omnes erroneae sunt cum ipso anno Christi 973, quo currente 7. Maii obiit Otto I. imp., cuius hoc diploma est. Constat autem hunc imperatorem, post ultimum ex Italia reditum, cum filio Ottone II. imperatore, anno 972 Constantiae versatum fuisse hoc mense Augusto, inde a 18. usque ad 28. August. cnfr. Neugart. cod. Alemann. dipl. I. 619. sq. num. 764. 765.

c) Editum in Neugart cod. Alemann. dipl. II. 18. num. 816. ex eodem codice sive chartulario.

CIX.

Anno 972. 1. Novemb. Argentinae.

Otto I. imperator, petente Oudalrico augustensis ecclesiae episcopo, abbatiae outinburensi privilegium libertatis concedit, parte tamen praediorum inde abstracta et ducibus Alamanniae in beneficium data; simul permittit liberam abbatis electionem et legem statuit advocato monasterii.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Otto diuina functuſ (fauente) clementia imperator Auguſtus. Notum facimus omni regno noſtro cunctiſque ſucceſſoribus noſtriſ regibus qualiter noſ adierit Oudalricus auguſtenſiſ eccleſie epiſcopus. et Counradus conſtantienſiſ eccleſie epiſcopus. et Purchardvs dux alamannorum et ceteri potenteſ alamannorum inſinuanteſ. (et) notificanteſ copiam et inopiam ac regioniſ duriciam outinburenſiſ abbatie ſupplicanteſ. precanteſ, et conſiliánteſ quatinus pro dei honore

et pro noſtra gratia. ac pro meritiſ ſancti alexandri qui ibi corporaliter requieſcit. eam liberam a noſtra et ab omni regia ſeruitate (servitute) faceremus. ideſt ab expeditione regali et exercitali uel hoſtili clipeo. et a curiali itineratione et ab omni regni negotio. Adquod reſpondimus eorum petitioni nequaquam uelle conſentire. nec fieri poſſe. ſine communi principum regni conſilio permiſſione. deliberatione. atque diſpoſitione. Ergo eorum deliberationi. conſilio. ac iudicio conceſſimus (et) dimiſimus. ita ſane ut quicquid eiſ inde placuerit placeat. quod diſplicuerit diſpliceat. et quicquid ex hiſ elegerint laudamus conſentimus precipimus permittimus. Igitur in unum conuenerunt et conſenſerunt nequaquam id aliter fieri poſſe. nec deberi a regiali obſequio auelli. nisi parte prediorum prefate abbatie abſtracta. nobis tradantur ſub ea condicione. ut a noſtra regali potentia duci alamanorum purchardo ſuiſque ſucceſſoribus ducibus alamannie in beneficium concedantur. ſitque in omnibus regni negotiiſ ſemper paratus verbiſ et factiſ ante prefate abbatie abbatem. ipſeque libere deo et ſanctiſ eius cum ſuiſ fratribus deſeruiat. et poſt abbatiſ quiuslibet obitum ipſi fratreſ liberam et canonicam electionem in alium habeant nobis noſtriſque ſucceſſoribus preſentetur et regalia a nobis accipiat. et per noſ ſublimetur ac firmetur. Et ne forte aliquiſ uocatuſ (advocatus) aut tyrannus eo licencius ſibi uſurpet aut uendicet aliquid ex hiſ que ſunt abbatiſ et fratrum prefate abbatie quaſi noſtri iuriſ non ſit. nouerint omneſ fideleſ noſtri ſicuti dominus Karolvs imperator primitus magiſ pro defenſione quam ſeruitutiſ utilitate ſuſcepit. ita et noſ ſtrennuiſſimoſ et iuſtiſſimoſ rectoreſ et defenſoreſ illorum eſſe ſciant. Ergo quiſquiſ abbaſ inibi conſtituatur precipimus (et) ſtatuimus ut non amplivs poſt adeptam dignitatem ab eo exigatur quam duo canef pareſ aut unicoloriſ (es) beſtiaſ et feraſ bene perſequenteſ ad noſtrum et ſucceſſorum noſtrorum honorem. nec longius deferantur nisi ad foreſ aule in ulma uel ad auguſtenſiſ curie portam ibi a uenatoribus regiſ ſuſcipiantur. Hec ſunt predia que pro predicta libertate a prefata abbatia cum mancipiiſ et omnibus appendiciiſ ſuiſ. ſunt abſtracta. Oppidum oumintingen cum uico Trunkeneſperc. Pre-

dium in houſen ſitum. Uicus qui dicitur Titheriſchefhouen. Uilla wigenhuſen. et predium wale. aliaque predia que nominare longum duximus. et decima que de pago hilargowenſi uſque in hanc diem de elemoſina domini Karoli magni imperatoriſ fratribus prefati monaſterii in uſum eſt conceſſa. nunc pro eadem libertate eſt recepta. Fautoreſ et conſiliatoreſ iam dicte libertatiſ etiam decreuerunt ut predictorum prediorum decime que antea quam noſtre dicioni traderentur in elemoſinariam domum prefati monaſterii ad reficiendoſ pauperes de eiſdem prediiſ dabantur. etiam nunc regiſ auctoritate et prefati vdalrici epiſcopi licentia omniumque ſucceſſorum eorum conceſſione ſolummodo a curtiſ uillicorum et pro teſtimonio libertatiſ et pro pauperum refectione ad iamdictam domum dentur. Data ab imperatore Ottone vdalrico Epiſcopo et Abbati Outinburenſis Loci. Anno incarnationiſ domini Dcccclxxii. Die Kalendarum nouembrium. Actum argentina ciuitate in dei nomine.

Signum (Monogramma) Ottoniſ Magni Imperatoris. Ego Roupertus archicappellanus ſcripſi.

a) Copia ista nunquam vidimata est, et ex mox dicendis facile patebit, illam licet fortasse antiquiorem, conceptum potius copiae, quam copiam esse dicendum. In multis enim differt ab illa copia, quam ex saeculo XIImo attulit ac vulgavit Feyerabend I. Band der Ottenbeurischen Jahrbücher S. 626—630, in qua quaedam longe alio ordine disposita, aliqua pauca omissa, plura tamen addita, plura etiam in contextu mutata inveniuntur, quae conferenti utrumque exemplar mox occurrent.

Quae vero ex diplomate ottoniano in confirmatione Friderici I. imperatoris 1171. 7. Maii adoptata sunt, magis alteri exemplari a Feyerabend l. c. edito, quam huic nostro consentiunt. Feyerabend vero I. p. 356. notat, se editionem suam ex chronico antiquissimo ottoburano desumsisse, additque, originale in archivo episcopali dilingano saec. XVII. servatum fuisse, putans nimirum, hoc nostro exemplari ex archivo dilingano desumto authographum contineri.

b) Praetermissi sunt anni regni ac imperii cum indictione. Annus tamen

Chr. indicatus 972. nulli subiacet difficultati, cum in authenticis diplomatibus 18. Octob. eiusdem anni Otto I. Neristein circa Rhenum substitisse legatur, quo ex loco Argentinam accessisse putandus est.

c) Editum ex hac copia im tausendiährigen Ottobeyren 83 et 84; nam quod edidit Feyerabend. Tom. I. der Jahrbücher Ottenbeurens p. 626—630, ab hoc instrumento in multis discrepat, uti superius jam dictum est.

d) Extractus an. 1814. factus notat situm locorum.

1. Vuomintingen. Amadingen, Pfarrdorf, Ldg. Ottenbeuren mit 90 Familien.
2. Trunkenesperc. Trunkelsberg, Patrim. Herrschaft mit 112 Familien, Ldg. Ottenbeuren.
3. Housen. Dittmarishausen, Pfarrdorf, mit 70 Fam., Lgd. Grönenbach.
4. Titherischeshouen. Dietershofen, Pfarrdorf, mit 41 Familien, Ldg. Illertissen.
5. Wigenhusen. Schwaighausen, Dorf, mit 45 Fam., Ldg. Ottenbeuren.
6. Wale. Waal, Marktfl., mit 190 Familien, dem Grafen Schenk von Kastell gehörig.

e) Rem ipsam de privilegio libertatis, impetrante S. Udalrico augustano episcopo, ottoburano monasterio ab imperatore Ottone I. concesso, testatam faciunt Hermannus Contr. in chron. ad an. 973. apud Ussermann prodrom. Germ. sacr. I. 190. et auctor vitae S. Udalrici apud Bolland. tom. II. Jul. cap. 10. et ap. Mabillon. tom. V. cap. 25. p. 450.

CX.

Anno 972. potius, quam 973. 4. Decembr. Franchenefurt.

Otto I. imperator monasterio Hornbach macellum in Urebach donat.

In nomine ſancte et indiuiduc trinitatis Otto dei nutu Imperator auguſtus Nouerint omnes noſtri fideles preſentes ſcilicet ac futuri qualiter equiuocus noſter, Otto et dilectus nepos noſtrum adiit ſerenitatem rogando quo (quod) pro remedio anime noſtre

quoddam maccellum in urebach ſitum ſancto Pirminio et monachis ſuis in hornbach deo ſanctoque Petro ſibique ſeruientibus *donaremus* et concederemus Nos vero uti dignum erat pie eius peticioni conſentientes in Jus et dominium ſancti Pirminii confeſſoris Chriſti et cenobitarum eius quibus Adalbertus venerabilis abbas preeſse videbatur predictum maccellum eo tenore *donauimus* et conceſsimus ut quidquid vtilitatis per ſucceſsura tempora de hoc habere poſsint omni contradictione remota teneant et poſsideant, et ut hoc a ſancte dei eccleſie fidelibus noſtrisque melius credatur et diligencius obſeruetur hanc cartam conſcribi et anuli noſtri impreſsione ſigillari iuſsimus quam et propria manu ſubtus firmauimus.

Signum domni Ottonis magni et invictiſsimi Imperatoris auguſti. Willigiſus Notarius vice robberti (rodberti) archicappellani ſubſcripſi. Data Kal. Decembris Anno incarnationis dominice DCCCCLXXIII. Indictione XV. Anno regni domni Ottonis XXXIIII Imperii autem XIII Actum Franchenefurt.

a) Ex codice dankartiano fol. 10. n. 20.

b) Chronologia huius diplomatis perturbata est, ut in aliis chartis ottonianis, etiam authographis. Mendum irrepsit in annos incarnationis, regni et imperii; sola indictio ordinaria respondet vero eius anno Chr. 972, regni XXXVII, imperii XII ac ultimo, quo durante iam 7. Maii 973. obiit imperator Otto I.

c) Editum in actis Mannheim. VI. 264. n. 14.

CXI.

Anno 973. potius, quam 974. 28. Maii. Altstet.

Otto II. imperator ecclesiae frisingensi loco quaedam in medio comitatuum Pustrussa, Lurno et Catubria sita, terminisque fluminum et alpium designata, ecclesiae illi olim ab antecessoribus suis regibus tradita, sed iniuste abstracta, reddit, insuper episcopo frisingensi ius venationum et piscationum sub banno regio concedit.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ otto Diuina fauente clementia imperator auguſtus. Nouerit omnes (ium) induſtria fidelium noſtrorum tam praeſentium quam et futurorum. qualiter uenerabiliſ friſingenſis aeccleſiae Abraham epiſcopuſ noſtram adiit celſitudinem proclamanſ ſe (sibi) quedam loca in medio horum comitatuum conſtituta qui vulgo uocantur puſtruſsa lurno Catubria iniuſte et inlegitime a prefata frigiſingenſe (frigiſingenſi) aeccleſia ſubtracta. Noſ uero per interuentum dilecte matriſ noſtrae adalhaide et noſtri nepotiſ uidelicet duciſ heinrici ſuiſ peticionibuſ conſentienteſ et quicquid inter hoſ treſ ſupra titulatoſ comitatuſ proprietatiſ habuimuſ hoc eſt ubi ingreditur fluuiuſ pucio rionzum ex eo loco ſurſum quecumque adiacet utriſque ripiſ eiusdem fluminiſ cum comitatu catubriae inde uſque ad flumen affotrupach alpeſ ſic appellataſ uidelicet. Nemeſ anavanto uvalcum munaga fiſcalina cuniſello plezzeſ ſerula pragaſi ſexta ſive omnia quocunque uocabulo ſint. ſi inter hoſ fluminum meatuſ pudio et rionzum monteſ. ualleſ. planitieſ praefate aeccleſiae preſuli poteſtatique ſubpoſuimuſ. et per noſtre traditioniſ ſcriptum uerum renouauimuſ ſicut ab anteceſsoribuſ noſtriſ regibuſ illuc tradita conperimuſ. Inſuper ea iam ſub panno

panno inperiali noſtro iubemuſ quicquid deinceps in hiſ lociſ naſcatur in uenationibuſ. ſiue piſcationibuſ ut nulluſ audeat ſe abſque licentia epiſcopi intromittere. Si quiſ hoc praeuaricauerit regium pannum epiſcopo ſiue aduocato illius perſoluat. Juſsimuſ hoc preceptum conſcribi per quod iubemuſ ut omnia praefata ad eccleſiam friſingenſem perpetuo iure pertineant. Ut autem haec conceſsio noſtram firmam habeat ſtabilitatem manu noſtra roborauimuſ. anuloque noſtro ſigillari precepimuſ.

Signum Domni Ottonis (Monogramma) inuicti imperatoriſ auguſti. Uuildigiſuſ cancellariuſ uice rudeberti archicancellarii ſubſcripſi.

Data v. k. ivn. anno incarnat. dom. dcccclxxiiii. indict. i. anno regni domni ottonis xiii. imperii autem v. acto (actum) altſtatt.

a) Instrumentum potius praeconceptum, quam rite exaratum. Sigilli appensi remansit filum rubrum cum vestigiis cerae eiusdem sigilli, quod periit. Credendum tamen, non imperatoris sed alicuius praelati ecclesiastici vel coaevi vel posterioris imaginem appensam esse, quae fidem faceret rei actae, non ipsi instrumento, quod in cancellaria imperatoris exaratum sit; nam

1mo. reges et imperatores hoc aevo constanter utuntur sigillis impressis, in hoc tamen instrumento nullum impressi sigilli vestigium, potius locus illius plane vacuus cernitur:

2do. in actis cancellariae imperialis signum Recognitionis rarissime deest; hic tamen non tantum exulat, sed potius locum eius foramen pergameni male confecti occupat.

3tio. aliis etiam in locis charta instrumenti huius foraminibus maculata nimium vilescere debuit cancellariae caesareae:

4to. hanc insuper refutant frequentiores calami errores, quorum aliqui sunt extracti, plures autem in instrumento occurrunt.

b) Error calami in anno Chr. commissus levis est, qui etiam in autographis huius anni deprehenditur, reliquis notis chronologicis annum 973. in-

dicantibus. Monogrammatis figuram duplici O ad insolita saltem Ottonis II. refert Besselius chron. gottwic. I. 194.

c) Saepius editum est, et quidem

a) ad annum 973. Hund. metrop. I. edit. Monac. 134. edit. Rat. 91. Leuckfeld antiquit. Altstet. 236. Lünig spicileg. eccl. II. Theil 217.

b) Ad ann. 974. Meichelbeck hist. fris. I. 179, quì tamen ipse fatetur, se nullatenus aliquod originale prae manibus habuisse; Schamel Beſchreibung des Kloſters Sittichenbach 93; in Bar. Hormayrs Gesch. Tirols II. 56. n. 4.

d) Non tacendum vero, instrumentum istud in utroque libr. cop. frising. saec. XII. descriptum haberi I. fol. 2. II. 103. b.

CXII.

Anno 973. potius quam 974. 27. Junii. Wormatiae.

Otto II. imperator monasterio weissenburgensi ius eligendi abbatem et libertatem, qua monasteria fuldense, vel augiense aut prumense gaudent, concedit.

In Nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Ottho diuina fauente clementia Imperator Augustus. Quoniam Regiae vel Imperatoriae dignitatis officium est loca venerabilia, diuino cultui praeparata, contra irruentes undique molestias, auctoritatis suae defensione munire, et ne a statu suo vacillent, nouis semper priuilegiis roborare, Idcirco nos rogatu et ammonitione dilectiſsimae genitricis nostrae, dominae (domnae) Adelheidis, et Archiepiscopi nostri Adalberti pro statu Regni vel Imperij nostri sollicite cogitantes, Monasterium Weiſsenburgense meritis Beati Petri Apostolorum principis dicatum, sicut ab anteceſsoribus nostris Regibus vel Imperatoribus priuilegiis est munitum, nostrae etiam auctoritatis praecepto munire et roborare decreuimus, et Electionem (licentiam) eligendi Abbatem, sicut beatae memo-

riae piiſsimus genitor noster monachis ejusdem Coenobij concessit, Nostra etiam Imperialis Serenitas praeſenti hoc praecepto liberaliter concedit, ut eo liberius in Dei seruitio persistant, et pro nostra salute nullo molestante, eo quietius orare valeant. Talem igitur eis libertatem auctoritate nostra concedimus, qualem Fuldense monasterium uel Augiense aut Prumense videntur habere, et eodem liberalitatis vel dignitatis honore volumus vigere, Et ut hoc auctoritatis nostrae priuilegium seu praeceptum per ſucceſsura semper tempora firmum et stabile permaneat, chartam hanc conscribi, et annuli nostri impreſsione signari juſsimus, quam et manu propria ſubtus, firmauimus. Amen. (Monogramma) Signum Domini (domni) Otthonis magni et Inuictiſsimi Imperatoris Augusti. Data Vto Kalend. Julij Anno Incarnationis Dominicae. DCCCCLXXIIII. Indictione prima. Willifus (Willegiſus) Notarius ad vicem Alberti (Rotberti) Archicancellarij subscripsi, Anno Regni domini (domni) Otthonis XIII. Imperij VI. Actum Wormatiae.

a) Ex codice transsumtorum per Rudolphum II. imp. 1582. 22. Octob. in archivo circuli rhenani asservato, num. 7. fol. 6. cuius copia a Spira huc transmissa est 26. Aug. 1831.

b) Annus aerae vulgaris erroneus est pro anno 973, cui respondent omnes reliquae notae chronologicae et reliqua diplomata huius loci, anni et diei cfr. Böhmer num. 438.

c) Editum in Schöpflini Alsat. dipl. I. 123 n. 152 ex authentico tabularii in Weissenburg.

CXIII.

Anno 974. 30. Junii. Driburc.

Otto II. imperator Abrahae, episcopo frisingensi, quoddam territorium, loca nimirum Sabniza, Lonca, Susanne, Celsah aliaque terminis alpium amniumque descripta, sita in ducatu Heinrici ducis et in comitatu Poponis comitis, qui Carniola et vulgo Creinamarcha vocatur, donat, ac insuper eidem episcopo in illa regione, ubi in foresto imperatoris pascua porcorum inventa fuerint, ius saginationis concedit.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente clementia Imperator Avguſtus. Nouerit omnium induſtria fidelium noſtrorum tam preſentium quam futurorum qualiter per interuentvm dilecte matriſ noſtrae Adelheide et fideliſ noſtri uidelicet Heinrici ducis quaſdam parteſ noſtre proprietatiſ ſitaſ in ducatu prefati duciſ et in comitatu Poponiſ comitis quod (qui) carniola uocatur et quod (qui) uulgo Creinamarcha appellatur. Eſt enim in ipſo comitatu riuuluſ paruuſ qui uocabulo ſclauorum ſabniza nuncupatur ab exitu illiuſ ubi oritur ſtatim cacumina uel ſumitateſ montium occidentalem partem uerſuſ uſque ad zelſah. Et hoc ipſum territorium cum omnibus ad hoc pertinentibus. Nec non et alpam boſangam. deinde tranſ zouriza uſque ad montem lubnic. Ipſumque montem uſque ad maiorem amnem qui zoura uocatur utramque ripam illiuſ amniſ deorſum uſque ad oſtium pretitulati riuuli ſabniza. Indeque ſurſum uſque ad caput uel exitum ipſius riuuli quicquid inter ipſa confluentia habuiſse uideamur loca ſic nominata

Sabniza lonca Sufane iterumque celfah uel qualicunque uocabulo uocantur. hoc totum in proprium cuidam noftro fideli nobisque fatis caro epifcopo Abraham uocitato donauimus. cum omnibus rebus iure legitime (legitimo) ad pretitulata loca afpicientibus cum curtilibus et aedificiif mancipiif utriufque fexus. fi inibi noftri iuris inueniuntur agrif cultif et incultif pratif pafcuif filuif aquif aquarumque decurfibus molendinif pifcationibus uenationibus uineif et uinetif uiif et inuiif exitibus et reditibus quaefitis et inquirendis. mobilibus et inmobilibus. Haec omnia ut praefcripfimus. uolumus ut prefatus epifcopus firmiter teneat fine obftaculo uel contradictione ulla. Infuper vero ubicunque in illa regione in foreſto noſtro ſiue in qualicunque loco paſcua porcorum inuenta erunt ſuiſ porciſ inibi nutritiſ ſaginationem habeat. Et ut nullus comes uel dux ſeu ulla perſona in aliquo ſe intromittat abſque licentia uel iuſsione prefati epiſcopi abrahae aut illius hominiſ cui epiſcopus hoc ad regendum commiſerit. Et ut haec noſtre donationiſ auctoritaſ firmior ſtabiliorque permaneat. iuſsimus quoque hoc preſens preceptum inde conſcribi anulique noſtri inpreſsione ſigillari. Per quod uolumuſ firmiterque iubemus. quatenus prefatus epiſcopus liberum arbitrium habeat ſibi tenendi. commutandi tradendi uel quicquid ſibi placuerit exinde faciendi. Et ut ueriuſ a poſteriſ noſtriſ in futurum credatur manu noſtra id ipſum ſubtus roborante.

Signum domni Ottoniſ (Monogramma) inuictiſsimi imperatoriſ. Willigifvs cancellarius uice rodberti archicancellarii recognoui. Data II. Kal. Jvlii. Anno dominicae incarnationis DCCCCLXXIIII. Indictione II. Anno domni Ottoniſ regni XIII. imperii VI.

Actum Dribure.

a) Ex libr. cop. fris. I. 19. II. 104. b.

b) Indictio et annus, tum regni, tum imperii, uterque completus, prior ante unum, alter ante sex menses, conveniunt cum an. Chr. indicato.

c) Editum in Hund. metr. I. ed. Mon. 135. ed. Ratisb. 91 et 92. in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 217. in Meichelbeck h. fr. I. 180 et in Bar. de Hormayrs Preisschrift II. 1.

d) Repetita donatio eiusdem territorii, eodem anno 24. Novemb. facta, extat inter authographa.

e) Locus primarius ex donatis a descriptore primo in margine vocatur: Lonca.

CXIV.

Anno 975. 21. Januarii. Driburch.

Otto II. imperator Gisoni, fideli suo, donat possessiones et homines in variis villis in comitatibus Zeizolfi et alterius Zeizzol (Zeizolfi), pagisque Spirehkewe et Wormazuelde.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis, Otto Imperator et ſemper auguſtus. Nouerint omnes fideles noſtri, tam preſentes, quam et futuri. Quia nos ob interuentum dilectiſſime coniugis nostre Theophanie, fideli noſtro Giſoni quandam proprietatis noſtre partem. id eſt, quantum nos in proprium tenuimus, in uilla Oſthofh, Bentreteſheim, Mutah. freineſheim, Rotunbach et in ſuſenheim. Weſtheim. Damheim, Strazuelt, Bruneheim, ac insuper in Foraſto, in villa et in Marca Richenbach, Hobas VIII. ac in quideredeſbach, Hobas II. et inſuper Thiezelinum cum filijs ſuis, et filium Hildeberti et inſuper vnum hominem nomine wedilo et ſuum fratrem in villa Wachenheim, et in villa Dandeſtat partem predij in Comitatibus spirchkewe et Wormazuelde Zeizolfi et iterum zeizol ſitum, noſtre Imperialis potentia auctoritatis in proprium et perpetuum uſum conceſſimus firmiterque donauimus, cum utriuſque ſexus mancipijs, edificijs. terris cultis et incultis. pratis. paſcuis. ſiluis. aquis, aquarumque decurſibus. vineis. Molendinis. Mobilibus et immobilibus. vijs et inuijs. exitibus et reditibus. queſitis et inquirendis. et cum omnibus iure legaliterque pertinentibus. Eo tenore, ut libero ipſe deinceps fruatur arbitrio tenendi. dandi. vendendi. commutandi. uel quicquid uoluerit faciendi. Et ut hoc noſtre donationis

preceptum firmius permaneat. hanc Cartam inſcribi iuſſimus annuloque noſtro ſignatam manu propria ſubitus eam firmauimus. Signum domni Ottonis Magni Imperatoris auguſti (Monogramma).

Folcmarus Cancellarius uice Willigiſi Archicapellani ſubſcripſi.

Data XII. Kal. Februarij Anno dominice Incarnationis DCCCCLXXV. Indict. V. Anno Regni domni Ottonis XV. Imperij autem VIII. Actum Driburch. (S. R. cum notis Tiron.)

a) Ex libro cop. wirceb. circ. 1278. conscripto, signato n. 5. p. 232. et ex libr. albo privil. f. 16.

b) Annus currens imperii, annusque regni, anticipatus quatuor circiter mensibus, conveniunt anno Chr. expresso; indictio vero errat, abundans duabus unitatibus.

c) *Ineditum.*

CXV.

Anno 975. 11. Junii. Erfesfurt.

Otto II. imperator Piligrimo, pataviensi episcopo, eiusque ecclesiae donationem abbatiae Chremisa, ab antecessoribus suis Hludowico et Arnolfo imperatoribus illi factam, confirmat ac renovat.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina clementia imperator Auguſtus. Nouerit omnium fidelium noſtrorum tam praeſentium quam et futurorum induſtria. qualiter uenerabilis Piligrimus ſanctae Patauienſis aeccleſiae epiſcopus obtutibus ſerenitatis noſtrae adtulit quaſdam ſui Kartas epiſcopatus. in quibus continebatur. qualiter piae recordationis anteceſſores noſtri Hludowicus et Arnolfus imperatores quamdam ſui iuris Abbatiam Chremiſa vocitatam. ad Patauienſem aeccleſiam quae

est in honore ſancti Stephani prothomartyris Chriſti conſtructa et dedicata ubi ſanctus Valentinus confeſſor Chriſti corpore requieſcit. iure imperiali donauerint. obſecrans pietatis noſtrae munificentiam. ut eaſ noſtre quoque auctoritatis roboratione renouaremus. Idcirco non ſuae ſolum ſeruitutis aſſiduitate commoniti ſed et interuentu fidelium noſtrorum Willigiſi et Gereonis archiepiſcoporum incitati iuſtis eius praecibus aſſenſum praebuimus. et eandem abbatiam cum omnibus iuſte et legaliter pertinentibus ad praefatam aeccleſiam ſancti Stephani ubi Piligrimus pontifex praeeſſe dinoſcitur donamus et imperiali uigore perpetualiter roboramus eo uidelicet tenore. ut ſepedictae aeccleſiae rectores eandem iam dictam Abbatiam ſine alicuius contradictione atque moleſtia ſecuriter teneant atque poſſideant. Et ut haec noſtrae donationis et renouationis auctoritas ueriorem firmioremque per cuncta uoluentis mundi curricula optineat uigorem. iuſſimus hanc cartam conſcribi et anuli noſtri impreſſione ſigillatam manu pròpria ſubtus firmauimus. Signum domini Ottonis Imperatoris auguſti (Monogramma). Poppo Cancellarius ad uicem Willigiſi archicapellani recognoui. Datum III. idus Junii. anno dominice incarnationis DCCCCLXXV. Indictione III. anno uero regni domni imperatoris Ottonis XIIII. Imperii autem VIII. Actum Erfeſſurt. In Chriſti nomine feliciter amen.

a) Ex tribus libr. cop. I. f. 19. II. 45. III. f. 54.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum, extractum autem copiose ab Aventino in excerptis passav. ap. Oefele I. 707. a.

d) Adest desuper alia copia instrumenti eiusdem tenoris, alio tamen stylo concepti ac dati, ut ibi legitur, XI. Kal. Jul. 974. (24. Junii potius 975.)

CXVI.

CXVI.

Anno 975. potius, quam 974. 21. Junii. Altstat.

Otto II. imperator Piligrimo, pataviensi episcopo, eiusque ecclesiae donationem abbatiae Chremisa cum eius pertinentiis, ab antecessoribus suis imperatoribus illi factam, confirmat ac renovat.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator Auguſtus. Si petitiones ſeruorum dei iuſtas et rationabiles ad effectum perducimus. hoc nobis procul dubio ad regni noſtri ſtatum. et ad aeternae beatitudinis praemia capeſſenda manifeſte confidimus. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum tam praeſentium quam et futurorum induſtria. qualiter Piligrimus ſanctae Patauienſis aeccleſiae preſul uenerandus. obtulit ſerenitatis noſtrae obtutibus. quaſdam ſui cartas epiſcopatus. in quibus continebatur. qualiter piae memoriae anteceſſores noſtri Imperatores quandam Abbatiam Chremiſa uocitatam ad Patauienſem aeccleſiam iure imperiali donauerint. noſtram flaggitans munificentiam. ut eaſdem cartas in noſtra noſtrorumque fidelium praeſentia legi iuberemus. Cuius igitur petitionibus aſſenſum praebentes. coram fidelibus noſtris eas legi fecimus. et interuentu dilecti ac fidelis noſtri Willigiſi archiepiſcopi. pium praedeceſſorum noſtrorum morem ſequentes. praedictam abbatiam cum omnibus ad eam iuſte et legaliter pertinentibus. hoc est eccleſiis. decimationibus cellulis. curtis. agris. uineis. nemoribus. pratis paſcuiſ. aquis molendinis. exitibus et reditibus. quaeſitis et inquirendis. et cum omnibus attinentiis ad iam dictam patauienſem ſedem iure imperiali tradimus et traditam confirmamus. eo uidelicet tenore. ut eiuſdem iam dictae Patauienſis aeccleſiae rectores perpetualiter eandem Abbatiam abſque alicuius contradictione perſonae teneant atque

poſſideant. Et ut haec noſtrae donationis et renouationis confirmatio pleniorem. firmioremque in Chriſti nomine per cuncta uoluentis mundi curricula obtineat uigorem iuſſimus hanc cartam conſcribi et ſigillo noſtro ſigillatam. manu propria ſubtus firmauimus. Signum domini Ottonis imperatoris Auguſti (Monogramma). Poppo Cancellarius ad uicem Willigiſi archicapellani recognoui. Datum XI Kalendas Anno dominice incarnationis DCCCCLXXIIII. anno regni domni Ottonis imperatoriſ XIII imperii autem VII. Indictione III. Actum Altſtat in Chriſti nomine feliciter Amen.

a) Ex libris cop. tribus, I. f. 27. II. f. 53. III. f. 55.

b) Annus quidem completus, et annus imperii currens respondent anno indicato 974; ast indictio et Willigisus archiepiscopus moguntinus, qui successit Ruperto 975. 13. Januarii defuncto, persuadent, ad annum potius 975. hoc instrumentum pertinere.

c) Ineditum.

d) Adest desuper alia copia instrumenti paris tenoris, sed styli plane concinnioris, in quo notae omnes chronologicae inter se conveniunt ad 11. Jun. 975. Ex quibus hocce posterius revera praeconceptum, sed antiquatum est censendum.

CXVII.

Anno 976. potius, quam 980. (circa 22. Jul.) Radesbonae.

Otto II. imperator, rogatu Piligrimi pataviensis episcopi, Patavienses sive huius urbis possessores, a theloneo per omnes aquas in regno suo eximit, qui tamen de areis, quas in eadem urbe possident, aliquem censum dare constringantur, excepta familia Sctae Mariae (Nidernburg), quae nulla deinceps iniusta servitutis districtione innodetur.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Otto dei fauente clementia imperator auguſtus. Notum ſit omnibus ſanctae dei aeccleſiae noſtriſque fidelibus praeſentibus ſcilicet atque futuris qualiter dilectus ac fidelis noſter Piligrimus Patauienſis aeccleſiae praeſul uenerandus intimauit nobis fidem et bonam uoluntatem patauienſis (patavienſium) adiutorium noſtrae dominationis. rogando et omnimodis flagitando. ut aliquam ſecuritatem uitae et conuerſationis eorum de noſtro imperiali uigore acciperent ne in futurum ullius exactionis cenſu conſtringantur. Illas quoque praedicti epiſcopi petitiones piis auribus percipientes praecipimus ut praeſcripte Ciuitatis poſſeſſores amodo nullum theloneum per omnes aquas in noſtro regno ſurſum neque deorſum perſoluere cogantur et nihilominus de areis quas in eadem urbe poſſident aliquem cenſum dare conſtringantur et uniuerſa familia ſanctae Mariae tam uiri quam et feminae nulla iniuſta diſtrictione ſeruitutis deinceps innodentur. Et ut hec noſtre donationis conceſſio firma permaneat. iuſſimus hanc cartam conſcribi et anulo noſtro ſigillatam ſubtus firmauimus. Signum domni imperatoris auguſti Ottonis inuictiſſimi ceſaris (Monogramma). Egbertus Cancellarius ad uicem Willigiſi

archicapellani recognoui. Anno dominicae incarnationis DCCCCLXXX. actum Radelbone.

a) Ex tribus libr. cop. I. f. 16. b. II. f. 42. b. III. f. 53. b.

b) Dies ac mensis, indictio quoque et annus regni vel imperii, non sunt expressi neque spatium vacuum illis relictum est. Ratisbonae toto anno 980. nunquam fuit imperator, sed perpetuo tunc temporis vel in Francia vel in Saxonia versabatur. Monogramma etiam, prius hic delineatum, ab anno autem 976. non amplius usurpatum, epocham huius instrumenti antiquiorem iubet statuere. Cum ergo tria adsint instrumenta abbatiolam Sctae Mariae tangentia, aut saltem eius mentionem interserentia, in eodem loco Ratisbonae quidem data, quorum unum authographum exprimit annum 976. 22. Julii, hinc similiter alia duo, quae annum 980. absque die et mense exprimunt, circa illud tempus exarata fuisse credendum erit.

c) Ineditum, extractum autem ab Aventino in excerptis passav. ap. Oefele I. 707. b.

CXVIII.

Anno 976. potius, quam 980. (circa 22. Jul.) Ratisbonae.

Otto II. imperator Piligrimo, pataviensi episcopo, eiusque ecclesiae abbatiolam Sctae Mariae, in eadem urbe sitam, cum eius pertinentiis donat.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto dei fauente clementia imperator augustus. Si petitiones seruorum dei iustas et rationabiles ad effectum perducimus hoc nobis procul dubio et ad regni nostri stabilitatem profuturum. et ad aeternae beatitudinis gaudia capessenda liquido credimus. Qua propter comperiat omnium sanctae dei aeccleſiae nostrorumque presentium scilicet ac futurorum industria. qualiter dilectus fratruelis noster Otto dux alamannorum. et Wuillisus (Willigisus) archiepiscopus

noſtram implorauerunt clementiam ut quandam abbatiolam noſtri proprii iuris ſitam in patavienſi urbe quae eſt in honore ſanctae dei genitricis (constructa). ad eiusdem Urbis epiſcopalem aeccleſiam quae eſt in honore ſancti Stephani protomartyris Chriſti conſtructa et dedicata. vbi ſanctus Valentinus corpore requieſcit. et piligrimus epiſcopus preeſſe dinoſcitur iure perenni donaremus. quorum igitur petitionibus aſſenſum prebentes praedictam abbatiam ad eiusdem praedictae Ciuitatis epiſcopalem ſedem cum omnibus ad eam pertinentibus cum curtibus nemoribus agris vineis pratis paſcuis aquis aquarumque decurſibus molendinis piſcationibus terris cultis et incultis exitibus et reditibus mancipiis utriusque ſexus. et cum omnibus ad eandem abbatiam iuſte aſpicientibus pro remedio animae beatae memoriae patris noſtri. et ſtabilitate regni noſtri imperiali vigore donamus ac perpetualiter tranſfundimus. Et ut haec noſtrae donationis tradicio firma ac ſtabilis permaneat. hanc Cartam confirmationis conſcribi iuſſimus et ſigillo noſtro ſillatam (sigillatam) manu propria ſubtus firmauimus.

Egbertus cancellarius ad uicem Willigiſi archicapellani recognoui.

Signum domni Ottonis (Monogramma) inuictiſſimi imperatoris auguſti.

Anno domin: incarn. dcccclxxx. indict..... Regnante inuictiſſimo imperatore Auguſto Ottone..... Actum Radeſbonae.

a) Est instrumentum male conceptum et expeditum; sigillum impressum illaesum est.

b) Excepto anno nec dies et mensis, nec indictio, nec anni regni et imperii Ottonis II. expressi, sed pro supplendis illis spatia relicta sunt, minus pro indictione, maius pro annis regni et imperii.

Ex hoc autem defectu, et ex erroribus non minimis in hoc instrumento commissis apparet illud ad *duplicata male concepta et expedita* referendum esse.

Nam. 1. ipsum instrumentum super eadem abbatiola revera datum fuit 22. Julii 976. motivis concessionis insuper additis, addito etiam loco Walahunesdorf. Praecedere ergo debuit, non sequi instrumentum, cui illa nova desunt.

2. Otto prius Alamannorum dux certe 22. Jul. 976. dux Bawariorum iam erat, ut patet ex instrumento vero pataviensi, ubi etiam idem Egbertus cancellarius habetur post annum 977. nunquam nominatus.

3. Monogramma huius instrumenti Ottonis IIdi prioris formae est, inde saltem a 5. Jul. 976. non amplius adhibitum, simile illi patris eius Ottonis Imi est, et quidem, quod bene notandum, linea media omnino neglecta: in vero instrumento monogramma verum Ottonis IIdi adhibitum est.

c) Editum ap. Hund. metr. I. edit. Mon. 361. edit. Ratisb. 240. Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 768. correctius hinc inde scriptum habetur in libr. cop. I. f. 2. b. II. 29. III. 51. a.

d) Inscriptio exterior saec. XII. habet: Item alia traditio parum modernior de abbatia in Patavia.

CXIX.

Anno 976. 29. Septembr. Frosa.

Otto II. imperator nobili matronae Biletrud praedium in pagis Suanifelden, Norekawe et Solczgawe, quod illi maritus eius, Berchtoldus dux, dudum in proprietatem tradiderat, postea autem fisco imperatoris adiudicatum fuit, restituit.

In Nomine Sancte et individue trinitatis, Otto diuina fauente clementia Imperator augustus, cum officium a deo nobis sit iniunctum, ut ipsius dignitas continua ammonitione ad ea appellet que diuinis et humanis votis respondeant, omnibus fidelibus nostris presentibus et futuris, certum esse cupimus, qualiter dilecta conjux nostra Theuphana Imperatrix Augusta, nostre serenitatis

aures rogando adiit, quod cuidam nobili matrone, Biletrud nominate tale predium quale maritus eius Berchtoldus dux jam dudum in proprietatem illi tradidit, et poſtea ex primatibus regni noſtri in fiſcum noſtrum diiudicatum eſt, et per preceptum noſtrum iterum ſibi redderemus, et concederemus, Nos vero prout dignum erat, piis illarum petitionibus conſencientes predicte matrone idem predium in Pagis Suanifelden Norekawe, Solczgawe nominatis conceſsimus. firmiterque tradidimus cum rebus Eccleſiaſticis (omnibus, id eſt) utriusque (ſexus) mancipiis, edificiis, terris, cultis et incultis. pratis, Paſcuis, Siluis, Vineis, piſcationibus, aquis, aquarumue decurſibus, molendinis, mobilibus et inmobilibus, Venationibus, Judiciis, Viis, Inviis, cum ipſa Muta, exitibus et redditibus (reditibus) queſitis et acquirendis, et cum omnibus jure legaliterque tempore Arnoldi ducis ad ea pertinentibus, ea ratione ut libero deinceps ipſa perfruatur arbitrio, Hec tenendi, dandi, vendendi, commutandi, poſteris relinquendi, ſeu quitquid (quicquid) ſibi libuerit faciendi. Et ut hoc noſtre traditionis firmiſsime preceptum firmius, ſtabiliusque cunctis perpetim credatur, hanc cartam inſcribi, manuque propria roboratam ſubtus, Sigilli noſtri inpreſsione inſigniri juſsimus. Signum domni Imperatoris Ottonis Egbertus Cancellarius ad uicem Wiligiſi Archicapellani. data III. Kalend. Octobris anno dominice incarnationis DCCCCLXXVI. Indictione IIII. anno vero domni Ottonis ſecundi quinto decimo imperii IX. actum Froſa.

a) Ex copia per Bertholdum episcopum eystetensem recognita et sigillo eius roborata an. 1357. 11. April, in qua alia quoque quatuor instrumenta sunt inserta, atque inter ea bina diplomata imperatorum, primum Heinrici II. 1007. 15. April., quod inter authographa num. 212. occurrit, et alterum Cunradi II. 1028. 1. August. quod suo loco producatur.

b) Indictio ordinaria et annus imperii currens respondent anno Chr. notato, annus vero regni completus ante quatuor menses et tres dies numeratus est.

c) Editum in Nagel originibus boicis p. 243. n. 1. ex eodem recognitionis instrumento; in (Waldau) diplom. Gesch. der Stadt Hersbruck p. 7. in nota.

CXX.

Anno 977. 5. Octobr. in civitate Ratisbonensi.

Otto II. imperator, resarturus damnum ac laesionem, quam in nupera regni perturbatione civitati ac episcopatui pataviensi intulit, donat Piligrimo episcopo eiusque ecclesiae praedium Anesipurch, quod quondam Adelbertus episcopus Heinrico seniori, duci (Bawariae) et patruo imperatoris, per concambium tradidit, situm in pago Truongovue, in comitatu Liupaldi, et similiter decem regales hobas circa fiscum suum Loracho mensurandas; simulque statuit: ut Piligrimus antistes in ecclesia lauriacensi reintronizatus, successoresque eius fiant et nominentur pontifices lauriacenses.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis, Otto diuina fauente clementia imperator Auguſtus. Nouerit omnium fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet et futurorum induſtria. qualiter ſolidum et inmarceſcibile bonum nobis fore credimus. ſi de tranſitoriis diuinitus nobis collati regni commodis et pauperum in calamitatibus et ſanctarum Chriſti aeccleſiarum neceſſitatibus regia munificentia ſuccuramus. Quapropter lamentabili miſeratione perculſi ſuper infortunio et iactura depraedationis rerum aeccleſiaſticarum epiſcopii uenerabilis atque nobis dilectiſſimi Piligrimi pontificis cuius ſanctae Patauienſis aeccleſiae urbem et par-

parrochiam exorta regni perturbatione incurſu hoſtili invaſam et non ſolum ab inimicis omnino deuaſtatam. uerum etiam deo propitio de illis nobis uictoriam concedente. recidiuo conſulentes periculo. ciuitatem praefatam condolemus funditus noſtra iuſſione deſtructam. Vnde ergo ſiquid eſt quod aut dictante regali diſtrictione. uel cogente irritae pacis ſuſpicione leſionem aliquam iam dicta ciuitas noſtro molimine pertulit. aut parrochia. noſmet ipſos a dei omnipotentis ſanctorumque reatu et offenſa abſoluere ſatagentes. tam deſiderio remunerationiſ uite aeternae ſuccenſi. quam etiam cariſſimi fratruelis noſtri. Ottonis ſcilicet ducis Bauvariorum. et illuſtris Livpoldi marchionis interuentu precibusque ſollicitati. quoddam praedium iuris noſtri Aneſipurch nominatum. quod quondam uenerandae recordationis Adalbertus ſanctae Patauienſis aeccleſiae antiſtes. ex maſſa ſancte Lauriacenſis aeccleſiae patrimonii Heinrico duci piae memoriae patruo quoque noſtro tradidit in concambium in pago Trungowe. in ripa Aneſi fluminis. in Comitatu Livpoldi eidem ſanctae Lauriacenſi aeccleſiae quae in honore ſancti Stephani ſanctique Laurentii martyrum foris murum conſtructa est. quam primae ſedis antiquitus praeſulatum fore nouimus. id ipsum regali atque imperiali auctoritate reddimus. omnique integritate ſui in proprium praefatis ſanctis perpetualiter tenendum. ea tradimus conditione. ut a iam dicto Heinrico econtra uicario uilla donata quae dicitur Vfhuſa. nihilominus una in proprium aeternaliter permaneat. inſuper etiam. decem regales hobas ab occidentali ripa praedicti Aneſi fluminis hoc eſt in uico uiſci (fisci) noſtri Loracho nuncupato. et ubi ſanctae Lauriacenſi aeccleſiae propinquius menſurari poſſit praefata quantitas hobarum cultae et arabilis terrae cum omni iure et lege concedimus. hoc est mancipiis cum quibus poſſeſſae erant tempore ducatus Heinrici iunioris. omnique uſu quo illi ſeruiebant uel quae ſunt inde oriunda utriusque ſexus et aeccleſiis. decimationibus. curtibus. ſiluis. pratis. paſcuis. aquis. aquarumque decurſibus. molendinis. piſcationibus. mobilibus et immobilibus. quaeſitis et inquirendis omniaque pertinentia ad iam dicta donamus. et in poteſtatem ſanctae Lauriacenſis aeccleſiae perpetuo tranſfundimus.

Prefertim ſicut priſcis temporibus ſancta Lauriacenſis aeccleſia quae foris murum in honore ſancti Stephani ſanctique Laurentii martyrum conſtructa et dedicata eſt ante diſcidium et deſolationem regni Bauvariorum mater aeccleſia et epiſcopalis cathedra fuit. ita deinceps priſtino honore ac dignitate canonica auctoritate perfruatur. Quam etiam praeſenti praecepto noſtro renouamus atque roboramus. et iam ſepedictae Sctae Lauriacenſi ſedi uenerabilem Piligrimum reintronizamus antiſtitem. quatinus amodo tam ipſe quam omnes ſui Succeſſores Lauriacenſes fiant et nominentur pontifices. Quicunque autem noſtrae donationis (et) traditionis paginam mutauerit. uel quicquam de praeſcriptis alienare de cauſa (caſa) dei praeſumpſerit. primum dei omnipotentis ſanctorumque martyrum Stephani atque Laurentii iram incurrat. et tamen nihilominus noſtrae liberalitatis indulta donatio rata et inuiolabilis permaneat. Signum domini Ottonis inuictiſſimi ceſaris (Monogramma) Gerpertus Cancellarius ad uicem Willigiſi archicapellani notaui. Data III Nonas Octobris anno domini DCCCCLXXVII indictione VI. Regnante piiſſimo imperatore Auguſto. Ottone. anno XVII. actum in ciuitate Ratiſbonenſi. In Chriſto nomine amen.

a) Ex tribus libris cop. I. f. 16. II. f. 42. III. f. 53.

b) Indictio, quae caesarea est, et annus regni conveniunt anno Chr. indicato.

c) Editum in Wiener Jahrbüchern XL. Bd. Anzeigeblatt 12. num. 11; brevissime extractum ab Aventino in excerptis passav. apud Oefele I. 707. b., et paulo copiosius ab Hansiz in Germ. sacr. I. 223.

d) Facta comparatione huius cum altero instrumento, cuius authographum adest sigillo munitum, manifeste liquet, hocce praeconceptum revera esse, semperque sigillo caruisse, cuius etiam nulla in contextu instrumenti eiusdem fit mentio. Displicuit ergo illud curiae imperiali ac omissis pluribus, quae illam offenderant, aliud superadditum riteque exaratum est. Negotii peracti duplex locus in hisce instrumentis eodem die ac anno datis ex rei natura intelligi potest, ut primo Ratisbonae, iam ante diem 5tum Octobris desuper

tractatum fuerit, deinde autem ipsa 5ta Octobr. in villa Eidrateshusen (Ederzhausen), haud longe a Ratisbona distante, utrumque instrumentum sit notatum, alterum autem, quod praeplacuit, absolutum.

CXXI.

Circa annum 980, sive inter 978—983.

Otto II. imperator monasterio Hornbach sex mansos regales in villa Quideredesbach, in pago Vuormazveld, in comitatu Ottonis ducis Karentinorum, donat, simulque in nemore imperatoris, in quo illi mansi iacent, foeturam porcorum lignique caesionem concedit.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Otto diuina fauente clementia Imperator Augustus omnibus christiane fidei religiosis cultoribus ac regie et imperialis excellencie Jure honorem prebere debentibus per subiectum adhibiti scripti titulum patere volumus qualiter nos equiuoci nostri ac fidelis Ottonis Karenthinorum videlicet ducis interuentu ad ecclesiam sancti pirminii que est in castello Hornbach dicto constructa cui eciam sub presenti tempore Adalbertus venerabilis abbas preesse uidetur nostre proprietatis sex mansos regales in villa quidersbach (quideredesbach) nominata sitos in comitatu ipsius prefati Ottonis et in pago wormesued uocato iacentes cum omnibus utensilibus illuc rite pertinentibus areis edificiis terris cultis et incultis campis pratis pascuis exitibus et redditibus uiis et inuiis quesitis et inquirendis et cunctis aliis appendiciis que dici adhuc aliquo modo aut nominari possunt pro eterne mercedis retribucione ac nostre dominationis auctoritate donauimus atque ad integrum illuc in proprietate tradidimus Ad hec eciam prefate ecclesie Abbati superius nominato eiusque successoribus futuris ut in nemore nostro in quo site sunt hobe a nobis (dictae) ec-

clefie date impiguatur fetura porcorum ſine decimacione qui in areis earundem hobarum nutrire poſsint lignique ceſionem in edificii uſum in eodem noſtro foraſto (foreſto) propter merita ſancti pirminii et petitionem iam dicti equiuoci noſtri conceſsimus et ut hec noſtre donationis tradicio firmior in futuris temporibus a cunctis fidelibus habeatur hanc noſtram cartam ſiue preceptum inde conſcribi (conſcriptum) manu propria ſubtus firmauimus et annuli noſtri inpreſſione iuſſimus aſſignare.

a) Ex cod. dankartiano continuato f. 46. nec non ex alio codice, circa an. 1462 conscripto fol. 69., ac. f. 74 b.

b) Notae chronologicae desunt in isto transsumto. Epocha eius figenda est inter annos 978 et 983; sub Ottone enim II. imperatore alter Otto, dictus Wormatiensis hic memoratus, factus est dux Carinthiae sive Karentinorum et quidem anno 978, Otto II. autem imp. obiit 983. 7. Decembr.

c) Editum in actis Mannheim. VI. 271. n. 16. ex altero cod. hornbacensi fol. 69; nam in aliis duobus transsumptis desunt illa, quae sequuntur ad finem post verba: a cunctis fidelibus habeatur.

CXXII.

Anno 980. 11. Octobr. Triburiae.

Otto II. imperator monasterio S. Emmerammi Ratisponae donationem, olim a comite Vuarmunt illi factam in loco Riut iuxta fluvium Enum, in pago Sundargovue, in comitatibus Arnulfi, Hartwici, Sigihardi et alterius Arnulfi, confirmat, simulque monachis exemptionem a iudiciaria potestate cum quadam restrictione concedit.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Otto dei gratia imperator auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris praeſentibus et futuriſ ſcilicet qualiter noſ ob amorem dei omnipotentis ac remedium anime noſtre. et per interuentum cari nepotiſ noſtri duciſ Ottoniſ noſtri. et wolgangi (wolfgangi) uenerabiliſ ratiſponenſis epiſcopi. et fideliſ noſtri Ramwoldi abbatiſ. Monachiſ in praedicta urbe. deo ſanctoque dei martyri emmerammo deuote ſeruientibus quaſdam reſ quaſ iam antea quidam comeſ nomine Vuarmunt illiſ ſupra annonam ſibi deputatam pro requie ſuae animae tradiderat in loco Rivt. iuxta enum fluuiũm. in pago ſundargovue in comitatibus arnulfi. Hartwici. Sigihardi. item Alnulfi (Arnulfi) comitum. cùm omnibuſ rebuſ eidem loco aſpicientibus. id eſt terriſ cultiſ et incultiſ. curtilibus et edificiis. pratiſ. paſcuiſ. ſiluiſ. ſaginationibus uenationibus piſcatiõnibus portibus aquiſ aquarumue decurſibus. molis et molendini(ſ). lociſ. mancipiiſ utriusque ſexuſ. parſchalchiſ. cidalariiſ uectigalibus cunctiſque utenſilibus ad eundem locum Rivt iure aſsignatis. uiiſ et inuiiſ. .intrinſecus. forinſecuſ. queſitiſ et inquirendiſ noſtro regio banno. noſtre poteſtatis adiumentiſ. praedictiſ monachiſ cum omni integritate ſuper illorum annona conceſsimus.

ea tamen ratione ut ſi epiſcopus eidem monaſterio praeſidenſ. aut aliqua potenſ perſona hanc traditioniſ firmitatem uiolenter infringere uoluerit. cuncta quae tradita fuerant. redeant in iuſ et poteſtatem domine iuodite. et filii eius Heinrici duciſ. ſeu ipſorum heredif proximi. Conceſsimus etiam praenotatiſ monachiſ. ut nulluſ ex iudiciaria poteſtate comeſ uel iudex. ſeruiſ ſeu parſcalchiſ eidem loco ſeruientibus audeat aliquod iniurium facere. nec in aliqua cauſa illoſ iniuſte uexare. et ſi forte quid negotii acciderit inter coſ in furtis ſeu homicidiiſ. vel quidlibet huiusmodi comeſ nullus uel exactor alius nec bannum inde requirat uel publicum ad mallum coſ banniat. uel aliquam super coſ poteſtatem exerceat. ſed tantummodo monachi et aduocatus eiuſdem loci. inſuper ne per occaſionem imperialiſ noſtre donationiſ ullo modo legaliſ correctio eiſ denegetur. aut ab illiſ inquirenda diſsimulentur incorrecta. firmiter iubemus ne id fiat. ſed aduocatus potenter et iuſte iudicet et finiat. ſi eis nolentibus quod abſit ex duce compellantur. Et ut hec ſcripta firma ſtabiliaque permaneant iuſsimus eiſ hoc praeſens praeceptum conſcribi. et anuli noſtri impreſsione muniri. manuque propria firmauimuſ.

Data V Jduſ Octobris Anno dominice incarnationis DCCCCLXXX indictione VIII. Anno regni ottoniſ ſecundi XX. Jmperii autem XIII Actum triburiae.

a) Ex cod. I. cop. S. Emmer. f. 64. b. et 65. absque num.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Pez. thes. I. III. 57. in Lünig. spicileg. eccles. continuat. III. 107., in libr. probat. S. Emmerammi 119. num. 47.

d) In plurimis de verbo ad verbum concordat cum diplomate Ottonis I, an. 959. 9. Jun., quod habetur in originali.

CXXIII.

Anno 983. 5. Junii. Veronae.

Otto II. imperator donationem bonorum infra et extra murum civitatis Ratisponae, locorum etiam Puchilinga et Eccolvinga in pago Tuonahgouui, in comitatu Paponis; Atasfeld in pago Nordgeuui, in comitatu Heinrici; Alpurc et Perc in pago Tuonahgeuui, in comitatu Liudpoldi, a Willihalmo mercatore et uxore eius Heilrat monachis Scti Emmerammi olim factam, renovat et confirmat.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ Otto diuina diſpenſante clementia Imperator Auguſtuſ: notum fieri cupimuſ omnibuſ fidelibuſ noſtriſ praeſentibuſ ſcilicet ac futuriſ. qualiter quidam mercator noſter uuillihalm dictuſ a praedeceſsoribuſ noſtris libertate donatuſ. et uxor eiuſ heilrät uocitata tradiderunt ad ſanctum emmerammum in rateſponenſi ciuitate et monachiſ inibi deo ſeruientibuſ. quicquid praedii et mancipiorum tunc in tempore habuerunt exceptiſ quatuor mancipiiſ pro animarum ſuarum remedio ac mercediſ aeternae deſiderio ea uero pactione ut ſuae fine tenus uitae poteſtatiue uſui potirentur uiuendi poſt amborum de hac luce diſceſsum integre pertinerent ad ſanctum emmerammum fratribus ſeruiendum quod ita factum eſt puplice teſtium affirmatione. et iure iurando qui eidem traditioni praeſenteſ interfuerunt ſimiliter et primi iudiceſ comitatuum panno conſtricti et juramento idem teſtificati ſunt. Haec ſunt loca id eſt curtilia infra murum et extra praedictae urbiſ aedificiiſ ſiue aliter poſſeſſa et praedicta huic adiacentia et puchilinga. Et eccoliunga. Cum mancipiiſ in pago tüonahgouui. in comitatu paponiſ. et ataffeld in pago nordgeuui. in comitatu

heinrici. et alpurc. et perc. in pago tuonahgeuui. in comitatu luidpoldi. Nos uero haec audientes propter dei amorem et sancti emmerammi et peruenerabilis vuolfkangi reginensis episcopi petitionem. nec non et ramuoldi abbatis fidelis nostri interuentui satis facientes. hanc traditionem imperiali auctoritate nostra renouauimus et eadem loca cum appendiciis suis hoc esse (est) curtilia cum aedificiis. uillis. et casis. vineis et uinitoribus. agris. pascuis. siluis. aquis piscationibus. molendinis. mobilibus et inmobilibus. exitibus et reditibus. quesitis et inquirendis. mancipiis utriusque sexus. exceptis supradictis quatuor omnique legitima cautione ad altare sancti Emmerammi martyris. et fratrum usibus seruienda cum omni integritate concessimus. nemini contradicente. Et fiscalis potentiae persona. siue alicuius consanquinitatis eorum conditione. Et ut haec concessionis nostrae auctoritas firma ac stabilis permaneat infuturis temporibus. hoc praesens praeceptum iussimus inde conscribi. Et anuli nostri inpressione sigillari. et subtus manu propria corroborauimus.

Signum domni Ottonis magni et invictissimi imperatoris augusti Hildiholdus episcopus et cancellarius uice uuilligisi archicapellani notaui.

Data Non. Jun. Anno dominice incarnationis. dcccc.lxxxiij. regni uero secundi ottonis. xxv. imperii autem xv. indictione xi. Actum feliciter Ueronae Am.

a) Extat sigilli locus et foramen, cum sectionibus suis octo illi praeparatum; nullum autem sigilli vestigium. Hoc excepto nihil perfecti instrumenti caesarei desideratur; nam et manus imperatoris mediam sui monogrammatis lineam adiecit. Ex quo apparet in cancellaria imperatoris istud instrumentum certissime esse scriptum, ultimo autem perfectionis suae actu, sigillatione, destitutum.

Comparanti hoc exemplar, quod non est nisi instrumentum generale trium specialium instrumentorum ac traditionum, cum instrumento tertio speciali sane perfecto et super traditione locorum Alpurc et Perc exarato, manifestum fiet, utrumque instrumentum eadem dupplici manu et eodem dupplici atramento esse exaratum. Ideo conclu-

cludendum erit, post tria specialia instrumenta generale instrumentum ceu superfluum esse reiectum, hacque de causa sigillo caruisse et carere.

b) Notae chronologicae concordant, sic tamen, ut annus regni ad epocham primam an. Chr. 957 post Sept. coeptum et uterque annus tum regni tum imperii completus sive elapsus computetur.

c) Instrumentum hoc generale ineditum.

CXXIV.

Anno 983. 10. Junii. Veronae.

Otto II. imperator monasterio campidonensi liberam abbatis electionem et quamcunque aliam antecessorum suorum concessionem confirmat.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ. Otto diuina fauente clementia imperator auguſtus. Oportet igitur noſ qui diuino munere a (abundat hoc vocabulum) ceteriſ mortalibuſ ſumus prelati eius in omnibus parere praeceptiſ. et loco ſibi dicata per petitioneſ fidelium noſtrorum nostro releuare iuuamine. atque imperiali tueri munimine. quoniam id nobiſ et ad temporalem vitam proſpere tranſigendam et aeternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimuſ. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet et futurorum ſollertia. qualiter fideliſ noſter Rovdolfuſ abba campidonenſis coenobii adiit celſitudinem noſtram. innoteſcenſ nobis quod anteceſſoreſ noſtri Hludouuicus uidelicet imperator filius Haroli magni imperatoriſ. nec non et hludouuicus rex. ſed et karolus imperator. arnolfus etiam imperator. et Hludouuicus filius eius rex. Covnradus rex. et Heinricus rex. et beatae memoriae genitor noſter Otto imperator auguſtus. fratribuſ in monaſterio quod dicitur campidona quod eſt conſtructum in honore ſanctae dei genitriciſ mariae et ibidem requieſcunt pretioſa corpora ſanctorum martyrum Gordiani et Epimachi deo famulan-

tibus licentiam tribuissent ex illis ipsis eligendi abbatem quamdiu ibi talem inuenire potuissent qui ipsam sanctam congregationem secundum regulam sancti benedicti digne regere ualeat. Itaque nos morem prescriptorum antecessorum nostrorum sequentes. propter petitionem Gisilharii magedeburgensis uenerabilis archiepiscopi imperiali auctoritate concessimus in predicto loco sancto ob amorem domini nostri ihesu christi nostraeque mercedis augmento. ac pro coniugis carissimaeque prolis nostrae salute. habere potestatem illis eligendi abbatem. si dignum domino auxiliante inter illos inuenire potuerint. et nulli alio (alii) abbas subiectus sit nisi imperatoribus et regibus. et illam atque omnem concessionem quamcunque antecessores nostri eidem monasterio contulerunt. in immunitate. donatione. seu cuiuscumque securitatis additamento. sicut melius et plenius illorum temporibus habuerunt. ut ita et deinceps habeant per hoc auctoritatis nostrae praeceptum plenius in dei nomine confirmatum. Hanc itaque nostram imperialem auctoritatem ut inconcussam et inuiolabilem optineat firmitatem. manu propria nostra subter confirmauimus et anuli nostri impressione sigillari iussimus.

Signum domni Ottonis inuictissimi (Monogramma) imperatoris augusti. Hiltiboldus episcopus et cancellarius uice willigisi archicapellani notaui et s. (Signum recognitionis) Data IIII. idus iunij. anno dominicae incarnationis. DCCCC°. LXXX°. III. Indictione XI. Anno uero regni II[a]. Ottonis XXV. imperii autem XV. Actum ueronae feliciter. AMEN.

a) Ex libro cop. antiquissimo campidonensi saec. XI. fol. 19.

b) Indictio et uterque annus, regni ac imperii, iam completus, ille a mense Septemb. 957. numeratus, ante novem menses, hic ante quinque menses et 17. dies, respondent anno Chr. expresso, cui favent multa alia diplomata eiusdem imperatoris Veronae hoc anno a calendis Junii usque ad diem 17. data.

c) Editum in Mabillonii vet. Analect. Tom. IV. 471. in Lünig spicil. eccles. III. Th., sive operis Tom. XVIII. 170. num. 4; fragmentum eius

occurrit in der Stadt Kempten Rettung gegen das Stift Kempten, Beil. 50. num. 7. et in Neugart cod. Alemann. dipl. I. 632. num. 778.

d) In plerisque convenit cum diplomate anno 939. 11. Sept. cuius adest authographum n. 118; differt autem potissimum in eo, quod memoret Conradi I. diploma super electione, cuius nunquam alias fit mentio.

CXXV.

Anno 985. 6. Februarii. Mulenhusen.

Otto III. rex nepoti suo Ottoni (wormatiensi) curtes Wasago et Luthara in pagis Wormazvelde et Nachgowe, et in comitatibus Ceizolfi et Emichonis comitum, donat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente clementia Rex. Juſta regie ſublimitatis dominatio eſt pijs petitionibus fidelium deuota adimpletione aſſenſum exhibere. Quapropter omnium fidelium noſtrorum, preſentium ſcilicet ac futurorum noticie pateſacimus, quomodo dilecte auie noſtre, Adelheide, ac cariſſime genitricis noſtre Theophanne uidelicet Imperatricum auguſtarum necnon et fidelis noſtri Willegiſi Moguntine ſedis Venerabilis archiepiſcopi, votum ac petitionem ſequendo, caro nepoti et equiuoco noſtro Ottoni de noſtra proprietate dedimus, Waſago nuncupatum. et Curtam (curtem) Luthara nominatum in pagis Wormarvelde, et Nachgowe dictis atque in Comitatibus Ceizolfi et Emichonis Comitum ſitam exceptis decimis que pertinent ad eccleſiam Wormacienſem, et nonis que pertinent ad frankenfurt, ac thelonium, mercatum et bannum preſcripte Curtis et foreſti, atque ad integrum eandem Curtem cum omnibus utenſilibus illuc rite aſpicientibus. villis. vicis, Mancipiis utriuſque ſexus, arcis, edificiis, terris cultis et incultis, agris. pratis. Campis. ſiluis. Paſcuis. Venationibus. Foreſtis et Foreſtariis. aquis aquarumque decurſibus. piſcationibus

molendinis. vijs et inuijs. exitibus et reditibus, queſitis, et inquirendis. mobilibus et immobilibus, cunctiſque appendicijs, que adhuc dici aliquo modo, aut nominari poſſunt. per hanc noſtre dominationis auctoritatem et preceptionem ſibi tradidimus, Ea uidelicet ratione ut idem iam dictus nepos et equiuocus noſter Otto. de prefata proprietate, ac Thelonio. Mercato. et Banno. alijsque rebus ſibi a nobis traditis liberam dehinc tenendi. tradendi. vendendi, ſeu commutandi, abſque omnium hominum contradictione poteſtatem habeat, ſeu aliud quicquid ei melius placuerit faciendum (faciendi). Et ut hec noſtre donationis traditio preſenti ac futuro tempore firmior ac ſtabilior a cunctis fidelibus habeatur. hoc noſtre celſitudinis preceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione ſignare iuſſimus, manuque propria, ut infra uidetur coroborauimus. Signum domni Ottonis glorioſiſſimi Regis. (Monogramma.)

Hildebrandus (Hildeboldus) Epiſcopus et Cancellarius uice Willegiſi Archiepiſcopi, recognouit. Data VIII. Idus Februarij. Anno dominice Incarnationis. D.CCCC.LXXXV. Indict. XIIII. Anno uero regni tercij Ottonis ſecundi (ſecundo). Actum Mulenhuſen feliciter Amen.

a) Ex libro cop. wirceb. circ. an. 1278 conscripto, signato nr. 5. p. 229., et ex libro albo privileg. f. 15., qui habet: „Forestum nostrum."

b) Annus regni currens convenit anno Chr. expresso. Indictio vero unitate abundat.

c) Ineditum; cnfr. autem Schannat hist. Wormat. II. 25 et 26.

CXXVI.

Circa annum 988, inter 984—996.

Otto III. rex monasterio Horunbach (Hornbach) privilegium super libertate a tributis absque conditione confirmat, simulque praestationes sive mulctas pecuniarias de interfectis hominibus eiusdem ecclesiae ad Wergildum dicti monasterii concedit.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Otto diuina fauente clementia rex Si erga loca diuino cultui mancipata pro oportunitatibus ſeruorum dei ibidem conſiſtencium beneficia congrua ſine dubio concedimus (ſine dubio) ad eterne beatitudinis premia capeſcenda talia facta nobis proficere non diffidimus Igitur conperiat omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet et futurorum ſolercia Quia vir venerabilis Adalbertus abba ex monaſterio gamundias quod alio nomine Horunbach appellatur conſtructum in honore ſancte dei genitricis marie ſanctique Petri principis apoſtolorum veniens ad nos detulit nobis precepta anteceſsorum noſtrorum regum Lotharii et Karuli ac beate memorie aui noſtri Ottonis et eius equiuoci genitoris noſtri Imperatorum videlicet auguſtorum in quibus reperimus inſertum qualiter illi eundem locum propter diuinum frequentaſsent amorem et familiariter congregationem ſub regulari habitu ibidem degentem intimo cordis amore dilexiſſent vel quomodo in eorum elemoſinam homines ingenuos qui ſuper terras ipſius monaſterii commanebant qui freda aut tributa aut cenſum ſeu heribannum aut aliqua exacta vel quaſcunque redibuciones ad partem fiſci perſoluere debuerant ad reſtauranda luminaria prefati monaſterii illuc conceſsiſsent deprecatus eſt namque nos predictus abbas ut pro mercedis noſtre augmento denuo hoc noſtre auctoritatis precepto renouaremus

Cuius quoque peticionem benigne ſuscipientes iuſsimus inde hoc preſens preceptum conſcribi per quod volumus firmiterque iubemus ut nullus iudex publicus ullam ſuper ingenuos homines qui teneant atque poſsideant terram preſcripti monaſterii exerceat poteſtatem ad aliquod confringendi (aliquid conſtringendi) aut cenſum aut freda aut tributa ſeu heribannum aut aliqua exacta vel quaſcunque redibuciones ab eis exigendi ſed in elemoſina noſtra ſicut et anteceſsores noſtri reges iam pridem ad antedictum monaſterium illos (illis) confirmauerunt ammodo (āmodo) ac deinceps omni tempore noſtre largitatis condonacione firmiter ſine vllius contradictionis obſtaculo illuc perſiſtant atque perdurent. Ad hec eciam ob dilectionem et interuentum dilecti nepotis et equiuoci noſtri Ottonis ducis conceſsimus predicto Abbati Adalberto et ſue eccleſie ſuisque ſucceſsoribus pacem et bannum qui regio fisco ſolui debuit de interfectis hominibus eiuſdem eccleſie uti (ut) ipſe et ſui ſucceſsores in Jus eccleſie ad uuergildum recipiant bannum et pacem quod ad regium ius adſpiciebat de eiſdem interfectis ſicut antea a predeceſsoribus noſtris eidem eccleſie conceſsum fuerat Et ut auctoritas hec noſtra firma ſtabiliſque permaneat et a dei noſtriſque fidelibus verius credatur manu propria noſtra ſubtus eam firmauimus annuloque noſtro ſigillari iuſsimus.

Signum domni Ottonis glorioſiſsimi regis.

Hildibaldus Episcopus et cancellarius vice willigiſi Archiepiscopi recognoui.

a) Ex codice dankartiano fol. 6. num. 11.

b) Caret notis chronologicis transsumptum huius diplomatis, quod Crollius mox laudandus inter annos 984—990 collocat, quia memoratus in eo interventor Otto wormatiensis solo ducis titulo nominetur, qui ab an. 978—983, iterumque ab an. 989 dux erat Karinthiae et marchio veronensis, quem simplici ducis eloquio intervenientem videmus in chartis 985. 29. April Diusburg, et 988. 1. Januar. Franconfurt ap. Schannat. cod. historiae Wormat. 27 et 28. Quae ratio si haud subsistat, alia epocha eius statui nequit, nisi epocha ipsius regni Ottonis

III. 983. 7. Dec. ab obitu patris eius Ottonis II, usque ad eius coronationem imperialem 22. Maii 996; personae enim reliquae omnes in hoc diplomate occurrentes eodem tempore vivebant, nec de tempore regiminis abbatialis Adalberti Hornbacensis certo constat.

e) Editum a Crollio in actis Mannheimensibus VI. 272. num. 17., ad quem numerum spectat etiam nota o) pag. 271. num. 16.

CXXVII.

Anno 989. 1. Octobr. Franconovurt.

Otto III. rex Abrahae frisingensi episcopo territorium quoddam per montium rivulorumque terminos designatum, in regione Chreine, in marcha ducis Heinrici et in comitatu Waltilonis comitis situm, donat, excepta solummodo proprietate Tribizlai; insuper bannum sylvestrem sive forestalem, per terminos descriptum, denuo eidem episcopo constituit.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ. Otto diuina fauente clementia rex. Nouerit igitur omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum induſtria qualiter noſ digniſ et admodum honeſtiſ peticionibus dilecte matriſ noſtre Theophanu. nec non cari nepotiſ noſtri Karentinorum duciſ Heinrici ſuppliciter rogati uenerabili uiro Abrahe ſancte Friſingenſis aeccleſie preſuli noſtre familiaritati digne adiuncto quandam noſtre proprietatiſ partem in regione uulgari uocabulo Chreine et in marcha duciſ Heinrici et in comitatu waltiloniſ comitis ſitam ibidem ubi riuuluſ Sabniza originem producere incipit. deinde statim occidentem uerſus cacumina montium ſiluaſque interiacentes uſque ad boſanam et ſic ad fineſ earundem alpium deinde ubi

riuuluſ cotabla originem ſumit uſque ad hoc locum ubi hoſtium in Zoura fluuium mittit. ſicque tranſ zouram uſque ad ſumitatem ipſiuſ montiſ zoure adiacentiſ qui extenditur orientem uerſus et ita per eundem montem perque uallef uſque ad caſtrum quod uulgo boſiſen uocatur ſtatimque de eodem caſtro uſque in riuulum qui uocatur Goztehe et cacumina montium ad Zouram reſpicientia perindeque ubi prefatus riuuluſ auſtrali parte decurrenſ hoſtium uadit in Zouram. ac ſic tractim dum zoura hoſtium facit in Zauam. ac quicquid inde locorum inter illaſ proprietateſ duaſ ſitum eſt. Abrahae uidelicet epiſcopi ac vuernhardi comitis excepta proprietate pribizłauui noſtra regali traditione ſibi donata hoc totum nobiſ pertinenſ Abrahe epiſcopo in proprietatem donare curauimus ac iuncta zourae ripa quantum extenditur unius iugeri longitudo uſque ad uadum quod uulgo ſtreſoubrod uocant ibique ultra eundem fluuium occidentem uerſuſ uſque in uiam quae uocatur uia Chreinariorum et ſurſum per eandem uiam quicquid campi in auſtrali eiusdem uiae parte iacet. ita ut primet territorium et ſiluula quae zourſka dobrauua ſub eadem comprehenſione teneatur et ſpatium quod iacet inter primet et uvizilineſteti per medium diuidatur et ſic uſque in prefatum riuulum ſabniza noſtra regali potentia in proprium uſum conceſsimus. firmiterque donauimus. Cum terriſ cultis et incultiſ. pratiſ. paſcuiſ ſiluiſ edificiiſ aquiſ aquarumve decurſibus ipſoque iamdicto foreſto uenationibus piſcationibus molendiniſ mobilibus et inmobilibus. uiiſ et inuiiſ exitibus et reditibus queſitiſ et inquirendiſ et cum omnibus iure legaliterque ad hec pertinentibus. Precipimus etiam et nouiter conſtituimus eiſdem locis bannum noſtrum a riuulo ſabniza. uerſuſ occidentem uſque ad finem boſanga et inde uſque ad iam dictum riuulum chotabla indeque uſque in Loura fluuium et quicquid intra haec eadem prefata undique ſecuſ comprehenſum uidetur loca. et regio imperatorioque more iubemuſ. eo tenore ut ſiquiſ quarumlibet perſonarum in quibuslibet iam dictiſ ſiluularum uel foreſtorum lociſ cuiuslibet generiſ feraſ canibus uel qualicunque modo inſequitur bannum huiusmodi culpa. noſtro debitum fiſco ipſi epiſcopo omni dubietate poſtpoſita ſi hoc abſque

eius

eius fecerit licentia dominica eſtimatione perſoluat. Haec vero et caetera iam dicta tali conſtat ratione. ut ipſe iam dictuſ epiſcopus libero deincepſ perfruatur arbitrio hec omnia tenendi dandi uendendi commutandi, ſeu quicquid inde uoluerit faciendi. et ut hec noſtre largitioniſ auctoritaſ firmior ſtabiliorque cunctiſ ſanctae dei filiiſ perpetim credatur hanc cartam inſcribi iuſsimus anuloque noſtro ſignatam manu propria ſubtuſ eam firmauimus Precipimus etiam ut nulluſ comeſ nec iudex ſiue decanus neque aliqua perſona iuſ habeat ſe intromittendi abſque licentia epiſcopi aut eius cuicunque ipſe commendauerit.

Signum domni Ottoniſ (Monogramma) glorioſiſsimi regis, Hildibalduſ epiſcopus et cancellarius uice vuilligiſi archiepiſcopi recognoui.

Data Kal. Octobris. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXXVIIII. Indictione II. Anno autem tercii Ottoniſ regni VI. Actum Franconovurt. feliciter Amen.

a) Ex libr. cop. fris. I. 38. b. II. 104. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 136. edit. Ratisb. 92. in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 218. in Meichelbeck hist. frising. I. 185. in Resch annal. sabion. III. 637. n. 4. et in Baron Hormayrs Preisschrift II. 3.

d) Vix non de verbo ad verbum concordat cum diplomate Ottonis II. 974. 24. Nov., quod habetur inter autographa.

CXXVIII.

Anno 992. 5. Novemb. Dornburg.

Otto III. rex Abrahae frisingensi episcopo donationem avi sui, Ottonis I. imperatoris, ipsi super curte Gudago in comitatibus taruisiano ac vicentino olim factam, renovat atque confirmat, eadem sub conditione, ut post obitum eiusdem episcopi curtis illa ad servitium Scti Candidi ad Inticam redeat atque pertineat.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuidue trinitatis Otto diuina fauente clementia rex. Nouerint omneſ fideleſ noſtri preſentes atque futuri qualiter fideliſ noſter Abraham epiſcopus obtutibuſ noſtriſ preſentari fecit preceptum beate memorie domni aui noſtri Ottoniſ uidelicet imperatoriſ Avguſti in quo continebatur quomodo ipſe per interuentum dilectae ſuae contectuliſ (contectalis) Adalheidiſ imperatriciſ Auguſtae carae auiae noſtrae nec non et eius equiuoci genitoriſ noſtri quaſdam reſ imperialiſ iuriſ ſitas in comitatu taruiſiano haut longe a fluuio uallatus. et in loco qui dicitur Chunio qui ſitus eſt prope litus brente qui fuit Iſaac traditus iudeo a Wicberto et in loco qui dicitur piſcatoruſ. et vicentino comitatv in circuitu gudage ultra tria miliaria et in utrique ripa brentae iuſ macelli et in eius finibus quae inter iſtoſ deſignatoſ fineſ iacent quae apellantur aunario. deinde terminante in aqua quae dicitur muſonae deinde terminante in flumine diſo et deinde terminante in litrano unde ſiluſ reſurgit. et de ipſa curte ſupra nominato gudago terminante aurillia et deinde terminante in reſcio inter iſtos deſignatoſ fineſ. cum pratiſ paſcuiſ uiiſ et inuiiſ exitibus et reditibus fontibus aquiſ aquarumque decurſibus piſcationibuſ molendiniſ ſiluiſ et

paludibuſ omnibusque rebus iuſte legitimeque ad eandem curtem reſpicientibus queſitiſ et inquirendiſ ad ſeruitium ſancti Candidi ad inticam in manuſ ſibi ſatiſ cari epiſcopi iam ſuperius Abraham appellati ob remedium animae ſuae tradidit eo ſcilicet tenore ut idem iam dictus epiſcopuſ uſque ad obitum ſui abſque contradictione omnium totum atque integrum teneat atque poſsideat poſtea vero ſeruitio ſancti Candidi redintegratum perpetim inibi permanſurum ad inticam redeat atque reſpiciat. Pro rei tamen firmitate petiit celſitudinem noſtram idem iam dictus Abraham Friſingenſis eccleſiae epiſcopus uenerabiliſ ut noſ denuo id ipſum noſtrae donationiſ auctoritate confirmaremus. Noſ uero ob dilectionem prelibatae auiae noſtrae Adalheidiſ imperatriciſ auguſtae. et frequenſ ſeruitium quod ipſe deuoto animo ſepius nobis exhibuit piae peticioni illiuſ benignum aſsenſum prebenteſ eandem curtem gudago ſupra nominatam cum omnibus rebus illuc rite aſpicientibus eodem tenore ſicut ſuperius ſcriptum habetur et uidetur ad aeccleſiam Sancti Candidi ad inticam noſtrae celſitudinis preceptione a nouo donamus tradimus atque confirmamus. ea ſcilicet ratione ut idem iam dictuſ epiſcopuſ uſque ad obitum ſui abſque contradictione omnium omnia haec teneat atque poſsideat et poſt eius exceſsum ſeruitio ſancti Candidi ad inticam perpetualiter ibi manſura cum omni integritate redeant. atque reſpiciant. Et ut haec noſtri iuriſ donatio atque confirmatio firma ſtabiliſque perſeueret hanc cartam conſcribi ac ſigilli noſtri inpreſsione iuſsimus conſignari. Et qui uiolator huius precepti extiterit inuitus perſoluat mille libraſ auri obrizi. medietatem camere noſtre. et medietatem prefato epiſcopo ſuiſque ſucceſsoribus et eccleſie intice.

Signum domni Ottoniſ (Monogramma) glorioſiſsimi regiſ. Hildibalduſ epiſcopus et cancellariuſ uice Willigiſi archiepiſcopi notaui.

Data nonaſ nouembriſ Anno dominice incarnationis DCCCCXCII. Indictione VI. Anno autem III Ottoniſ regnantiſ nono. Actum Dornburg feliciter Amen.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 2. b. II. f. 103. b.

b) Indictio, dicta caesarea, et annus regni respondent anno Chr. indicato.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. mon. 137. edit. Ratisb. 93. in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 219. in Meichelbeck hist. frisingensi I. 187. et in Resch annal. sabion. III. 639. n. 5.

d) Memoratum hic Ottonis I. instrumentum donationis, atque de verbo ad verbum repetitum, ex eisdem copialibus libris habetur ad an. 969 potius quam 972. 28. Maii.

CXXIX.

Anno 993. 30. April. Wormatiae.

Otto III. rex monasterio campidonensi liberam abbatis electionem et quamcunque aliam antecessorum suorum concessionem confirmat.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ. Otto diuina fauente clementia rex. Oportet igitur noſ qui diuino munere prae caeteriſ mortalibuſ ſumuſ praelati eius in omnibus parere praeceptiſ. et loca ſibi dicata per petitioneſ fidelium noſtrorum noſtro releuare iuuamine atque regali tueri munimine. quoniam id nobis et ad temporalem uitam proſpere tranſigendam et aeternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet et futurorum ſollertia. qualiter fideliſ noſter Rovdolfuſ abba campidonenſis coenobii adiit celſitudinem noſtram. Innoteſcenſ nobis quod anteceſſoreſ noſtri Hludouuicus uidelicet imperator filius Karoli magni imperatoris. nec non et Hludouuicus rex. ſed et Karolus imperator. arnolfus etiam imperator. et hludowicus filius eius rex. covnradus rex. et Heinricus rex. et beatae memoriae auuſ noſter Otto imperator auguſtus. et eius aequiuocus genitor noſter imperator auguſtus. fratribus in monaſterio quod dicitur Campidona quod eſt conſtructum in ho-

nore ſanctae dei genitriciſ mariae et ibidem requieſcunt pretioſa corpora ſanctorum martyrum Gordiani et Epimachi deo famulantibus licentiam tribuiſſent ex illis ipſiſ eligendi abbatem quamdiu ibi talem inuenire potuiſſent qui ipſam ſanctam congregationem ſecundum regulam ſancti benedicti digne regere ualeat. Itaque nos morem praeſcriptorum anteceſſorum noſtrorum ſequenteſ. propter petitionem fidelium noſtrorum Hildibaldi wormatienſis aeccleſiae uenerabilis epiſcopi. et Liutolfi auguſtenſis cleri honorandi pontificis. ac cari nepotiſ et aequiuoci noſtri ottonis duciſ. regali auctoritate conceſſimus in praedicto ſancto loco ob amorem domini noſtri iheſu chriſti. noſtraeque mercediſ augmento. noſtra parentumque noſtrorum ſalute. habere poteſtatem illiſ eligendi abbatem ſi dignum domino auxiliante inter illoſ inuenire potuerint. et nulli alio (alii) abbaſ ſubjectus ſit nisi regibus et imperatoribus. et illam atque omnem conceſſionem quamcunque anteceſſoreſ noſtri eidem monaſterio contulerunt in immunitate. donatione. ſeu cuiscumque ſecuritatiſ addidamento. ſicut melius et plenius illorum temporibus habuerunt. ut ita et deincepſ habeant per hoc noſtrae auctoritatis praeceptum pleniuſ in dei nomine confirmatum. Hanc itaque noſtram regalem auctoritatem ut inconcuſſam et inuiolabilem obtineat firmitatem. manu proprio(ia) noſtra ſubter confirmauimus. et anuli noſtri impreſſione ſigillari iuſſimus. Signum domni ottoniſ (Monogramma) glorioſiſſimi regiſ.

Hiltibalduſ epiſcopus et cancellarius uice willigiſi archiepiſcopi recognoui. Data. II. Kal. maii. anno dominicae incarnationiſ. DCCCC.XC.III. indictione VI. anno autem tertii Ottoniſ regnantis X^mo. Actum uuormatiae feliciter AMEN.

a) Ex libro copiali campidon. antiquissimo saec. XI. fol. 22. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Lünig spicil. eccl. III. Th. sive operis Tom. XVIII. 171. n. 5.; fragmentum eius exhibuit Neugart in cod. Alemann. dipl. I. 638. n. 786.

CXXX.

Anno 993. 23. Maii. Argentina civitate.

Otto III. rex monasterio weiſsenburgensi immunitatem et marcam locorum, ad eius usum relictorum, nec non liberam abbatis electionem confirmat.

In Nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Ottho diuina fauente clementia Rex, Omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum piae deuotioni pateat, quomodo praedilectus Aequiuocus noster Ottho Dux. juxta petitionem Gerrici fideliſsimi Abbatis Weiſsenburgenſis monasterij, in honorem Sancti Petri Apostolorum principis conſtructi, ac ceterorum fratrum ibidem Deo seruientium, nostram Regiam quaesiuit clementiam, ut loca quae ad eorum pertinent praebendam, et ea quae ad usum Monasterij adhuc relicta sunt, sub Regiae potestatis emunitate firmaremus. Nos vero ob amorem Regis aeterni, ac beati Petri Apostoli sui, nec non et interventum ejusdem dilectiſsimi aequiuoci nostri ducis Otthonis, et Venerabiliſsimi Willigisi, Moguntinae sedis Archiepiscopi, ac Hildeboldi Wormaciensis ecclesiae praesulis, eorum petitionem benigne accepimus, et ut securius Deo omnipotenti valeant seruire, et pro Regii honoris stabilitate, ac nostra nostrorumque fidelium salute deuotius libeat orare, nouae donationis munere ipsa loca cum omni utilitate, quae ad eorundem praebendam pertinent, et quae eis ad usum monasterij relicta sunt, Regia potestate in perpetuum donamus, similiter et Marcam eorum petitione ejusdem supradicti Nepotis et aequiuoci noſtri, cum omni integritate, secundum constituta beatae memoriae Pippini Imperatoris, et Ludouici Regis, et caeterorum Regum praedeceſsorum nostrorum, Regia nostra auctoritate firmauimus. Ad haec ut monasterialis illic unanimitas firma consistat. Si quando mutatio pastoralis personae fiat, inter se eligendi Abbatem libe-

ram eis concedimus potestatem. Et ut hoc nostrae auctoritatis praeceptum firmum et stabile permaneat, annuli nostri impressione signari jussimus, manuque propria, ut infra videtur, corroborauimus. Et ne ulla quaedam persona Clericalis vel Laicalis quicquam praesumat ab his detrahere aut minuere, penitus interdicimus. (Monogramma) Signum domni Otthonis gloriosissimi Regis, Hildebaldus Episcopus et Cancellarius vice Willigisi Archicapellani recognoui. Data. X. Kalend. Junij. Anno Dominicae Incarnationis. D.CCCC.XCIII. Indictione XIIII. Anno autem terni (tercii vel tertii) Otthonis Regnantis X. Actum in Argentina ciuitate fliciter (feliciter) Amen.

a) Ex codice transsumtorum per Rudolphum II. imp. 1582. 22. Octob. in archivo circuli rhenani asservato, num. 8. fol. 6. b., unde copia nobis 26. Aug. pr. 26. Sept. communicata est.

b) Indictio erronee notata est, loco VItae, convenientis cum anno Chr. et cum anno regni expressis.

c) Editum in Schöpflini Alsat. dipl. I. 137. n. 171. ex authentico tabularii weissenburgensis.

CXXXI.

Anno 993. 12. Decemb. Tullide.

Otto III. rex Berwardo, episcopo wirceburgensi, loca Neuenstat, Hohenburch, Amerbach, Sluehtern et Murrehart, a Pippino et Carolo ecclesiae wirceburgensi donata sed subtracta, de novo assignat et subiicit.

IN nomine sancte. et indiuidue trinitatis. Otto. diuina fauente clementia. Rex. Si Eccleſiis dei. de noſtra regia munificentia. quod ad regale ius pertinet. aliquid Accomodauerimus. id pro-

cul dubio ad eterne uite premium et prefentis uite ſtatum nobis credimus profuturum. Proinde omnium fidelium noſtrorum. prefencium ſcilicet et futurorum. pie deuocioni pateat. qualiter vir venerabilis. Berwardus. ſancte wirtzburgenſis eccleſie epiſcopus. noſtris obtutibus prefentauit. precepta regum. Pippini videlicet et filii eius Karoli. In quibus continebatur. quomodo ipſe rex. prefatus pipinus. ob peticionem bonifacy. Moguntine ſedis Archiepiſcopi. cappellano ſuo burchardo. ſue proprietatis loca tradiderit. Neuenſtat. Hohenburch. Amerbach. ſlühteren. et Murrehart. Nuncupata. ut ibi monaſticam et regularem uitam ordinaret. et conſtitueret, Poſtea uero cum idem Burchardus, Zacharia papa et bonifacio archiepiſcopo ordinantibus Wirtzeburgenſis eccleſie perficeretur epiſcopus, Apud dominum ſuum Karolum regem. rogatu faſtrade. coniugis ſue. regine. preſcriptique bonifacy archipreſulis impetrauit. ut eadem loca. cum omnibus Appendiciis ſuis. Sancto Kyliano martiri adſubderentur, et traderentur, a ſe ſuisque ſucceſſoribus perpetualiter tenenda. et ſecundum monaſticam vitam ordinanda, *Proinde nouerit. tam preteritorum quam presencium uniuersitas. quod tradiciones predecessorum nostrorum regum. uel imperatorum, ratas habemus et haberi volumus. Retulit etiam nobis venerabilis episcopus berwardus. quod inter reliqua iam nominata loca munificencie nostre dono, Wirtzeburgensi ecclesie delegata. Nuenstatensis. siue Rorenlahensis. ecclesia antiquior. et nobilior ceteris exstitisset. utpote. que a benedicte memorie predecessore nostro. inclito Karolo. maiori beniuolentia et frequentia, celebrata fuisset. Et in augmentum dignitatis sue. duos quandoque (quoque) episcopos Wirtzeburgensis ecclesie, Megengaudum uidelicet et Gozbaldum ibidem procuratores et abbates habuerit. Huius itaque prescripti Berwardi episcopi suggestione. atque Hildeboldi episcopi et cancellarij nostri. necnon Willigisi Moguntine sedis archiepiscopi. et aliorum familiarum nostrorum consilio et petitione. Jam dictam Nuenstatensem ecclesiam reliquis iam nominatis, et beato Kyliano. assignatis, ecclesiis priorem et digniorem ordinamus. Et in monasterio matricis ecclesie sue Wirtzeburgensis videlicet priorem*

rem et digniorem. tam ordinis. quam loci positione. hac nostra Imperiali auctoritate, sine omni reclamatione libere conferimus. Et ne huius beniuolencie nostre largicio aliquo processu temporis oblitetur (obliteretur). presenti cedule. Auctoritatis nostre Karacterem inpressimus. ut nulli liceat infringere. quod imperiali certum est indultum fuisse. Signum domni Ottonis Glorioſiſſimi regis. Hildeboldus epiſcopus et Cancelarius uice Willigiſi Archiepiſcopi. Recognoui. Data pridie Idus Decembris, Anno dominice Incarnationis. d.c.c.c.c.x.c. Tertia (tertio) Indictione. vi. anno Tercij. Ottonis. Regnantis decimo. Actum Tullide feliciter.

a) Ex libro albo privilegiorum wirceb. diligenter conscripto circa an. 1278, sed cuius collectionis quaedam paginae paulo antiquiore manu sunt exaratae, qua manu etiam hoc instrumentum ibi scriptum reperitur fol. 96. b.

b) Notae chronologicae inter se concordant.

c) A vocabulo „Proinde" reliqua omnia lineis subductis distincta interpolata esse iusto instrumento, inter authographa Mon. Boi. Vol. XXVIII. pars I. num. 169. exhibito, unicuique conferenti patebit.

d) Editum hocce instrumentum interpolatum, non autem iustum in Leuckfeld antiquit. poeldens. 248. et versio eius germanica a Frisio in Ludewig Geschichtschr. von Würzb. 445. Specimen similiter non veri diplomatis, sed interpolati instrumenti exhibuit chron. göttwic. I. 210. sq., quod male ipsum auctorem huius chronici habuit circa formam litterarum, huic aetati non convenientium. Porro tam ob sigillum imperatoris impressum, cum Otto adhuc rex esset, quam ob locum etiam monogrammatis (quod tamen deest in copia), suspectum illud habuit ab. Eckhart in commentariis de rebus Franciae orient. II. 287.

CXXXII.

Anno 995. 16. August. Magadaburg.

Otto III. rex, accepto a frisingensi ecclesia praediolo in confinio urbis Cremisa, vicissim sex regales hobas in loco Zudamaresfelt iuxta flumen Ipisa, in eadem marcha et in comitatu Heinrici comitis, illi ecclesiae tradit atque confirmat.

(Chrismon.) In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ Otto diuina fauente clementia rex. Omnium fidelium noſtrorum tam preſentium quam et futurorum nouerit induſtria qualiter Gotefcalchus Friſingenſis epiſcopus quoddam prediolum ſuae aeccleſiae iacenſ in confinio noſtrae proprietatiſ orientaliſ urbiſ quae dicitur Cremiſa cum omnibus utenſilibus ad idem pertinentibus conſiliante duce Heinrico in iuſ noſtre poteſtatis manu ſua suique aduocati anzoniſ perpetuo conſiſtendum tradidit. Noſ autem econtra in eadem marcha et in comitatu heinrici comitiſ. noſtrae proprietatis VI regales hobas in loco qui dicitur Zudamareſſelt iuxta flumen quod dicitur Ipiſa. cum curtiferiſ. areiſ pratiſ paſcuiſ ſiluis ſaginationibus uenationibus piſcationibus Zidalweida. molendiniſ exitibus et reditibus uiiſ et inuiiſ queſitiſ et inquirendis ea omni qua noſ hactenus detinuimus utilitate ac iuſte legitimeque ad eaſdem hobaſ pertinente sub preſentia fidelium noſtrorum in manus preſcripti epiſcopi tradidimus. Ea lege et eo tenore ut prefata aeccleſia ſanctae Marie ſanctique Corbiniani. et Goteſcalchuſ epiſcopus et ſucceſſores eius ſine contradictione omnium hominum eaſ in perpetuum poteſtatiue poſsideant. Et ut haec proprietatiſ noſtrae tradicionis nunc et in futuro ſtabiliſ et inconuulſa conſiſtat. hanc cartam inde conſcriptam inpreſsioniſ noſtrae ſigillo confirmari atque corroborari precepimus. manuque noſtra propria ut infra

uidetur ſecundum conſuetudinem regum uel imperatorum eam firmauimuſ.

Signum domni Ottoniſ (Monogramma) glorioſiſsimi regis.

Data XVII Kal. Septembris. Anno dominice incarnationis DCCCCXCV. Indictione VIII. Anno autem tercii Ottoniſ regnantiſ XII.

Actum Magadaburg feliciter Amen.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 27. b. II. f. 106. Minus accurate descriptum habetur in libr. cop., qui dicitur ruber ex compactura et exaratus est circa finem saec. XIV. fol. 75 et 111.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 138. edit. Ratisb. 93. in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 220. in Meichelbeck hist. fris. I. 191.

d) Diploma istud, licet inter authographa iam exhibitum, hic repetitur, quo magis pateat fides integra codicum frisingensium, ex quibus lacunae instrumenti originalis lacerati tunc suppletae sunt.

CXXXIII.

Anno 996. 1. Novembr. Brachselle.

Otto III. imperator Kotascalho (Godescalcho), frisingensi episcopo, in servitium gremii eiusdem ecclesiae triginta regales hobas in loco et confinio curtis Niuuanhova, in regione Ostarrichi, in marcha et comitatu Heinrici, filii Liutpoldi marchionis, donat.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ Otto diuina preordinante Clementia imperator auguſtus. Nouerint omnium induſtriae fidelium noſtrorum tam praeſentium quam futurorum.

qualiter nos dignis petitionibus dilectiſſimi nepotis noſtri baioariorum ducis heinrici annuentes, quasdam noſtri iuris res in regione vulgari vocabulo oſtarrichi in marcha et in comitatu heinrici filii liutpaldi marchionis in loco niuuanhova dicto. id eſt cum eadem curte, et in proximo confinio adiacentes triginta regales hobas cum terris cultis et incultis. pratis. paſcuis. ſiluis. aedificiis. aquis aquarumue decurſibus. venationibus. Zidalvueidvn. piſcationibus. molendinis mobilibus et inmobilibus. viis et inviis. exitibus et reditibus queſitis et inquirendis. omnibusque iure legaliterque ad easdem hobas pertinentibus super gremium friſingenſis aeccleſiae. ad ſeruicium ſanctae Mariae ſanctique chriſti confeſſoris atque pontificis corbiniani. cui nunc fidelis noſter Kotaſcalhus venerabilis praeſidet epiſcopus. in proprium atque perpetuum vſum conceſſimus firmiterque tradidimus noſtra imperiali potentia. Eo modo eoque tenore ut eadem prefata friſingenſis aeccleſia. idem praelibatus antiſtes Kotaſcalhus. atque omnes ſui ſucceſſores libero deinceps perfruantur arbitrio. haec omnia tenendi. commutandi. et quidquid voluerint inde faciendi. et vt noſtrae largitionis auctoritas firmior ſtabiliorque cunctis ſanctae dei aeccleſiae filiis perpetuum credatur. hanc cartam inſcribi iuſſimus anuloque noſtro ſignatam manu propria ſubtus eam firmavimus.

Signum domni Ottonis (Monogramma) inuictiſſimi imperatoris auguſti. hildibaldus epiſcopus et cancellarius uice Willigiſi Archiepiſcopi recognouit.

Data Kl. nou. Anno dom. incarnat dcccc XcVi. indict. X. anno autem tertii ottonis regnantis xiii. imperii vero i. Actum . . . . elle feliciter.

a) Sigillum impressum sed fractum, ex maiore sui parte membranae adhaerens cum fragmento avulso, non imaginem Ottonis III. imp., sed succeſsoris eius Heinrici II. adhuc regis conspiciendam praebet, illius ipsius, cuius petitionibus facta est traditio.

b) Indictio dicta caesarea, annique regni ac imperii conveniunt notato anno Chr. 996.

c) Editum ap. Hund. metr. I. edit. Monac. 139. edit. Rat. 94. Meichelbeck hist. fris. I. 193. cum specimine sigilli. Lünig spicil. eccl. II. Theil. 220. et in Resch annal. sabion. III, 642. n. 8.

d) Monogramma Ottonis III. et quidem eius manu completum non deest; cur autem sigillum eius non obtinuerit, haud constat. Caeterum praeter figuram totam sedentis regis Heinrici II. in circumscriptione partes sigilli superstites distincte has litteras ultimas. S.DI GRATIA Rex exhibent, cum cl. Spiefs ann. 1784 vel 1785, quo Frisingae esset, etiam 4tuor nominis litteras postremas (chus) suis oculis adhuc videret, prout testatur in opusc. Aufklärungen in der Gesch. und Diplom. S. 102., quae modo in particula alterius frustelli residui difficulter leguntur.

e) Lacuna per exesionem post vocabulum: actum, suppleta est ex libris copialibus I. 206. II. 106., quibus usus est etiam Meichelbeck.

CXXXIV.

Anno 996. 18. Decembr.

Otto III. imperator abbatiam Amorbach, multis sublatis bonis, quae recensentur, ab onere servitutis et ab advocati infestatione liberam declarat, numerumque fratrum ad triginta restringit.

In nomine. Sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente clementia jmperator et ſemper auguſtus Scriptis preſentibus omnium fidelium memorie commendamus. qualiter dilecti heinrici ſancte wirzeburgenſis eccleſie epiſcopi petitione nec non ipſius nobis accepte ſeruitutiſ intuitione epiſcopatum wirzeburgenſem. rebus et honeſtatis ſublimauimus donatione. Enim vero abbatiam illuſtrem Amorbach vocatam videlicet que regalis erat et libera et prius ad imperialem gloriam pertinebat prefati epiſcopatus dictioni ſubiecimus et nnmeroſa multitudine bonorum

ad predictam abbatiam pertinentium eundem locupletauimus epiſcopatum Quorum bonorum tytulationes precepimus ſubnotari Ruſinhuſen Offinheim Gozzifheim. Svnnelndorf. wlfingin. In aſcheim. viij hubas. Stetin. hepphinkeim. Kvntiche Botaha aliosque viculoſ ad ſe pertinentes in trecentiſ hubis conſiſtit preter decimaciones earundem villarum et preter aliarum villarum decimaciones Quarum nomina hec ſunt Hartheim wekebach. wilenbach. Erfelt Eberſtat. Kreuwelfheim Steinffelt. Hetinheim. Boſifheim. Slirſtat. Sekaha Schffenze. Hec omnia prenominatus epiſcopus ex noſtra ut dictum eſt donacione ſue ſubegit dicionj et militibus ſuis in beneficia conceſſit. Quia vero tantorum bonorum ademptione et ingenue dignitatis mutilacione locum pretaxatum. abbatie deſolauimus in quadam parte detrimentum recompenſationis gratia curavimus delinire Ex cenſura enim regni fidelium regali ſententia promulgauimus Quod quandoquidem priſtina libertate careret nullorum hominum qui libere eſſent condicionis dominium habere deberet. Inſuper imperialis ſciti ſtabilitate ratum eſſe decreuimus ut ab honore (onere) regie ſeruitutis abſoluta. Epiſcopo Wirzeburgenſi. nullius coacte ſeruitutiſ. obnoxia teneatur excepto ſeruicio quod ad archipreſbiteri pertinet dignitatem. et quia per omnia tranquillitati loci illius conſuluimus etiam ab aduocati inſeſtacione eum curauimus premunire. villam enim quandam ſindolfeſheim. nuncupatam, cum eccleſiaſticis decimacionibus in altheim. pro omni iure aduocatie per manum epiſcopi aduocati concedi diſpoſuimus quatinus fratres et bona predicti loci cum maiori pacis tranquillitate permanerent et ipſe advocatus ſe circa curam loci illius ſe deuocius exhiberet Igitur tantis bonis ſublatiſ cum reſidua vniuerſitati fratrum in Amorbach. eodem tempore degencium neceſſitati ſubpeditare non poſſent prefatus epiſcopus per noſtram conniuenciam numerum eorumdem fratrum decurtauit et triginta tantum fratres cum pueris ibi deo ſub regula ſeruituros eſſe deſtinauit et ut hec donacionis noſtre tradicio. firmior in futuris temporibus habeatur hoc preceptum. inde conſcriptum ſignari iuſſimus manuque propria ut infra videtur corroboratimus. Datum xv. Kalendas January Anno

dominice incarnationis. (rasura) CC. (rasura) xxxvj. Anno regni tercij Ottonis xv.

a) Ex libro copiali membranaceo wirceburgensi, qui dicitur liber albus privilegiorum et magna diligentia conscriptus est circa an. 1278, ubi fol. 43. b. num. 85. hoc instrumentum occurrit, ad finem partis primae huius collectionis, alia nomihil manu exaratum, cuius inscriptio minio, ab aliis inscriptionibus aliquantulum diverso, haec notat: „privilegium ottonis tertii de advocatia Amorbacensis ecclesiae." In contextu ipso hinc inde correcturae in lineis et supra lineas conspiciuntur. Rasurae duae in notis chronologicis apparent iam notatae.

b) In notis chronologicis, si rasis numeris restituantur veri numeri, legetur annus incarn. DCCCC.LXXXXV, qui legitur apud Gropp hist. monast. Amorb. 217. n. 46. in alio eiusdem Ottonis tertii imp. diplomate super hac advocatia, quod in eodem cod. f. 44. n. 86. subsequitur. Annus autem regni XV. huic anno minime respondet, sed potius an. Chr. 998.

c) Suspectum in multis redditur hoc instrumentum, 1o quod in titulo legatur, semper augustus; 2o quod desint locus dati diplomatis, cancellarius, et annus imperii; 3o quod primo legatur in codice wirceb., qui demum post venditionem advocatiae huius exaratus fuit, nam ex Groppio l. c. 196. haec venditio facta est 1272. 13. Januar., quibus addas rasuras et correcturas in codice apparentes, quae supra notatae sunt.

d) In editum.

CXXXV.

Anno 996. 18. Decembr.

Otto III. imperator, qui abbatiam Amorbach würzeburgensi episcopatui donavit, cavisse dicitur, ne residua etiam bona eiusdem abbatiae per episcopum würzeburgensem subtrahantur.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis Otto divina favente clementia Imperator. Augustus. Imperialem magnificentiam tali virtutis officio praeditam esse decebat (decebit), ut Si quem fecerit per Suae potestatis austeritatem dolere, eundem aliquo lenitatis remedio non dedignatur permulcere. Cum igitur illustrem Abbatiam Amorbach nominatam cum numerosa bonorum Suorum multitudine ad Episcopatum Würzburgensem donavimus, veriti Sumus, quod postmodum aliquis Würzpurgensium Episcoporum honorem, quo eam prae aliis Abbatijs in Ecclesia würzpurgensi praepollere statuimus minueret et bona residua cum hominibus et Ministerialibus eorumque beneficiis praefatae Abbatiae Secundum nostram Censuram relictis, episcopatus sui redditibus vendicaret. hoc malum quoniam ex nostra donatione Seminarium habere videretur, omnimodi hujusmodi persuasioni praejudicium facere annuimus. Quapropter Imperiali promulgatione decernimus, ut siquis hoc facere conatus fuerit, Ecclesia Amorbacensis liberam habeat optionem, in pristinam redeundi libertatem, et qui tunc fuerit Imperator, eam cum omnibus Suis pertinentijs ad regalem gloriam recipiendi potestatem habeat. Signum Domini Ottonis invictissimi Imperatoris Augusti. Hatiboboldus (Hildiboldus) Episcopus et Cancellarius vice Willigisi Archicancellarij recognovi. Data quinto decimo Cal. Januarij. Anno Dominicae incarnationis DCCCCLXXX(X)VI. Indictione nona. Anno regni tertij Ottonis quinto decimo.

a) Prae-

a) Praeter copiam ex libro cop. wirceb., qui albus dicitur et scriptus est circa 1278, fol. 44 desumtam, adest alia copia hic inde correctior ex Mspto bibliothecae wirzeburgensis, ubi pag. 127 descripta occurrit ex copia alia an. 1368 exarata.

b) Discrimen maximum apparet in notis chronologicis, quae sic leguntur: Data quinto decimo Cal. Januarii Anno dominicae Incarnationis DCCCC L XXX VI. Indictione nona. Anno regni tertii Ottonis quinto decimo; omisso nimirum numero X. in anno incarnationis, et male lecto anno regni XV pro XIII.

c) Desunt locus peracti negotii annusque imperii, qui defectus cum stylo insolito, contradicentibus vel maxime chartis authenticis episcopatus wirceburgensis, haud sinit, hoc diploma esse verum ac fide dignum. Fatendum tamen, diploma originale Ottonis III. imper. anno 999. 13 vel 14 mens. Apr. datum (Mon. Boic. Vol. XXVIII. pars I. n. 180.) mentionem facere de subtractis a potestate episcopi monasteriis Niuvenstat, Amorbach etc.

d) Editum in Groppii histor. monasterii amorbacensis p. 217. num. 46. ex libro manuscripto cancellariae amorbacensis, cuius aetatem non indicat.

CXXXVI.

Anno 999. 15. April. Romae.

Otto III. Rom. imperator monasterium in loco quondam Burgili, modo Sewa vocatum, ab Aribone comite constructum, confirmat ac imperiali exornat libertate, retenta fundatori advocatia tantummodo ad vitae eius dies.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ otto ſuperna fauente gratia romanorum imperator auguſtus. Siquid ad augmentum dei laudiſ prouidemus. et sibi seruientibus ſatiſſaciendo conſulimuſ. utriuſque conſulimuſ. utriuſque felicitatis lucrum noſ inde promereri. et imperii noſtri ſtatum feliciter ſolidari. procul dubio credimus proinde notum ſit uniuerſiſ fidelibus noſtris preſentibus ſcilicet atque futuris. qualiter noſ ob interventum Heinrici noſtri conſanguinei dilecti. ducis bawariorum. et Arboniſ comitiſ quendam locum quondam Burgili sed modo cella ſancti Lantperti ac xeuua (Sewa) nuncupatum. in ſecuritatiſ noſtre iuſ et mundiburdium ſuſcepimus. eo tenore. ut nomine et honore ac dignitate liberaliſ abbatiae id ipſum monaſterium in predicto loco ex prefati comitiſ Arboniſ proprietate. sub honore preſcripti beatiſſimi dei matyriſ Lantperti conſtructum. de noſtrae imperatoriae conceſſioniſ precepto donatum ſit. ac deinceps habeatur ſicut aliae abbatiae liberales per predeceſſorum noſtrorum regum ſcilicet et imperatorum precepta ac priuilegia. ſub ingenuitatis arbitrio ſunt corroboratae. atque eidem monaſterio omnes curteſ. proprietates. predia. et uniuerſa loca addita uel a Chriſti fidelibus addenda per huius noſtri precepti paginam confirmamus. ſcilicet cum omnibus eorum utenſilibus areiſ. edificiiſ. utriuſque ſexuſ mancipiiſ. ceteriſque appendiciiſ que adhuc dici. inueniri aut nominari poſſint. Tali ſtabilitatis ordine.

ut adalbertuſ uenerabilis abbaſ ſuique ſucceſſores qui in eodem monaſterio preeſſe uenturi ſunt. ad utilitatem fratrum ibidem ſecundum regulam ſancti Benedicti degentium. eadem teneant. diſponant. et cum totiuſ tranquillitatis ſecuritate poſſideant. noſtra imperiali noſtrorumque ſucceſſorum. ac omnium mortalium contradictione et diminoratione remota. Monachiſ quoque inibi regulariter commorantibus. liberam arbitrii poteſtatem ſecundum regulare decretvm Beati Benedicti abbatis ſibi abbatem eligendi concedimus. Inſuper etiam aduocatum. quemcumque utiliter comprobauerint cum uoluntate abbatis ſuper eundem locum. (ipſo aduocante Arbone. ac placitante. uſque finem uite ſue). conſtituendum. habeant fas. atque licentiam. Precipientes itaque ac deſtinanteſ firmiter decreuimus. ut nulluſ dux. archiepiſcopus epiſcopus marchio comes ſeu aliqua maior minorue noſtri imperii perſona. ex prelibati monaſterii rebus. aliquid ſibi uendicare. aut in proprium aut in beneficium ullo ingenio. ſeu aliquam publicam ſunctionem exigere preſumat ſine conſenſu abbatiſ. Sed ſibi ſibique infra uel extra ſubiectiſ ſine omni moleſtatione ſiue rerum ſuarum inuaſione ſecure liceat uiuere. et deo pro nobis mente inconfuſa ſupplicare. Siquiſ autem. quod non credimus nec liceat. hoc noſtrum preceptum in aliquo uiolauerit. ſciat ſe noſtrum bannum dupliciter compoſiturum. medietatem camere noſtre et medietatem predicto monaſterio. reſque inique ablataſ uelit nolit reddat. et dupliciter ſoluat. et ut hec noſtre corroborationis pagina ſtabiliſ perſeueret. hanc manu propria corroborauimus. et ſigillare iuſſimus.

Datum xvii Kalendas maĩ. Anno dominice incarnationis dcccc. xc viiij. Indictione xij. Anno tercii. Ottonis regnantis. xvi Imperii iii. Actum Rome.

a) Adsunt tria apographa saeculo XIImo eleganter scripta, quae nonnisi in his inter se differunt: 1) primum solummodo, ex quo haec extracta sunt, notas chronologicas, manu tamen diversa alioque atramento scriptas, affert, quas duo reliqua apographa cum loco, ubi negotium peractum est, penitus omittunt; 2) pariter illud solum nomen

loci: xeuua nuncupat, quod bina alia rectius Sewa vocant; 3) locus per parenthesim notatus in uno tanto apographorum deest, ast non in hoc, unde ista extracta sunt; 4) nomen fundatoris in altero melioris notae apographo bina vice Aerbo scribitur, quod ipsum in loco praenotato particulam: in (finem), quae in nostro deest, expressam habet.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum ex apographo saec. XIVti Mon. Boic. II. 125. num. 2. et iam antea in Hund. metrop. III. edit. Mon. 344. edit. Rat. 238.

CXXXVII.

Anno 1000. 10. April. Ingilnheim.

Otto III. Rom. imperator monasterio Neuenstat dotale territorium in sylva Spesshart, a quodam advocato eius Eben subtractum, restituit eiusque terminos describit.

In Nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis Otto superna fauente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus, Quidquid ad Eccleſiarum Dei ſanctorumque suorum praebuerimus exaltationem id nobis ad ſecularis Vitae longitudinem et aeternae remunerationis proemium prodeſse non ambigimus. Ob hoc nouerit omnium fidelium noſtrorum tam praesens quam futura multitudo qualiter nos interuentu ac petitione Venerabilis Henrici Wirtzeburgenſis Eccleſiae Epiſcopi Monaſterio Neuſtat dicto in honore Sanctae Mariae semper Virginis Sanctique Martinj Confeſſoris Christi in ſilua Speſhart Nominato iuxta fluuium Moenum constructo supplicante eiusdem locj Abbate Bernhardo dotalem poſſeſſionem praefatae Eccleſiae a quodam Eben temeraria praesumptione aliquanto tempore iniuste inuasam qui eidem loco iure aduocatj praefuerat ſed hanc hoſtiliter ſpoliauerat fauente ſibi Occaſione temporis ex morte Rectoris per hanc noſtram imperialem paginam reſtituimus atque redonamus id est quicquid de praedicta

filua eidem Monasterio a piae recordationis Karolo principe qui praenominatum locum ex dulciſſimo Venatus ſui quodam diuerſorio in honorem Dominj suaeque Sanctiſſimae Genitricis a fundamentis erexit post hunc Ludouico, Item Ludouico Imperatoribus alijsque anteceſsoribus nostris proprietatis iure conceſsum est quod ab hijs terminis circumdatur a fluuio Moeno super Lachpergk inde ad Erphenbrun per ipſum Erphenbuch(brun) inde ad Bennenbett inde deorsum Vuigoluereſtal super fluuiolum Lara *inde* sursum ad Langerein supra Stoiffilinc ad locum qui dicitur Thuern, inde deorsum Schonoluestal in Vuachenbach, et ſic *deorsum* usque quo Steinbach influit. Inde ſupra montem Treubergk ad supremum Altfildi in Kunilifbach et ſic per deorsum *eius in* fluuium Moenum cum Villulis infra poſitis cum omnibus suis vtenſibilibus et pertinentijs et nos in Dominium et ius praedictj Coenobij perpetua ſtabilitate tranſſundimus cum omnibus quae quomodocunque nominarj poſsunt, vtilitatibus ad ipſum praedium pertinentibus ea videlicet ratione, vt eadem poſseſsio cum vniuerſis ſuis adiacentijs in perpetuum ſit defensa tuta atque munita ne aliquis mortalium excepto eiusdem loci prouiſore aliquid ibi ius habeat, uel negotium exerceat, et ut noſtrae ingenuitatis aucthoritas firma et inconuulſa omni permaneat tempore, manu propria corroborantes Sigillo nostro iuſsimus sigillare. Data IIII Idus Aprilis Anno Dominj incarnationis M. Indictione XIII Anno tertii Ottonis Regni. XVI. Imperij V. Actum Ingilnheim.

Signum Dominj Ottonis Caesaris inuictiſſimj (Monogramma) Herilgerus (Heribertus) Cancellarius vice Vuilligisi Archicappel*lanj* recognouj.

a) Quatuor vicibus copia huius instrumenti occurrit in libro copiarum *mona*sterii Neuenstat. anno 1541 conscripto.

1) Fol. 16. ex transsumto per herbipolensem episcopum (Bertholdum a Sternberg) vidimato an. 1279. 10. Maii. quod collationatum anno 1690. 1 Aug. in noviori libro cop. invenitur fol. 4.

2) Fol. 17. b. ex transsumto per alium episcopum herbip. (Andream de

Gundelfingen) vidimato an. 1311. 30. Sept., quod utrumque transsumtum a descriptore vocatur confirmatio Henrici herbip. episcopi, primi nimirum, qui ab anno 995 usque 1018 praefuit, et iuxta diploma istud pro monasterio Neuenstat intervenit. Notandum etiam, hoc transsumtum inveniri collationatum in nov. lib. cop. 1690. 1. Aug. fol. 80. b. delineato pariter monogrammate.

3) Fol. 77. b. ex privilegio renovatorio Caroli IV. concesso 1366. 11. Januar. Pragae.

4) Fol. 3. b. ex pari privilegio renovatorio Caroli Vti imp. 1541. 25. Mart. Ratisponae, cum hoc tamen discrimine, quod nonnisi in primo et altero transsumto monogramma depictum inveniatur, quod in duobus aliis loco tamen consueto ante cancellarium et ante notas temporis solummodo indicatur.

b) Indictio et annus imperii uno tantum mense et aliquibus diebus anticipatus respondent anno Chr. expresso; non vero annus regni qui iam 25. Decemb. 999. completus fuit.

c) Editum in Leuckfelds appendice II. ad Antiq. poeldenses 249.

d) Conferatur diploma hoc cum fictitio diplomate Caroli M. 786. potius quam 794, nam ex terminorum descriptione, qua cum illo de verbo ad verbum consonat, patebit, ex hoc diplomate illud confictum esse.

CXXXVIII.

Anno 1000. 11. Junii. Sursum Duello.

Otto III. imperator fideli suo, Adalberoni comiti, in provincia Bawoariorum, in civitate Ratisbona et in comitatu Pabonis, curtiferum unum, longitudine ac latitudine sua dimensum situmque prope superius monasterium donat.

(I)n Nomine Sanctae et Indiuiduae trinitatiſ Otto diuina fauente clementia Romanorum imperator auguſtus. Nouerit omnium fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet ac futurorum ſollers univerſitas. qualiter noſ ob interuentum dilecti nepotis noſtri bawoariorum duciſ Heinrici. cuidam fideli noſtro Adalberoni comiti in prouintia bawoariorum in ciuitate Ratiſbona nominata in comitatu Paboniſ comitis curtiferum V. perticarum in longitudine. et in latitudine IIIIor perticarum habens uiam aditumque unius perticae ad legitima ſtrata (legitimam stratam) cum exitibus et reditibus omnibusque rebus iure legitimeque ad idem curtiferum reſpicientibus poſſeſſumque a quadam muliere Adalburg nuncupata. ſitum prope locum ſuperius monaſterium ſanctimonialium feminarum dictum in proprium dedimus. Ea ſcilicet ratione. ut idem practitulatuſ comeſ nunc et deincepſ ex eodem curtifero liberam habeat abſque omnium contradictione poteſtatem habendi. uendendi. commutandi et quicquid ſibi placuerit faciendi. Et ut haec traditio firmior fiat. hanc paginam manu propria corroboranteſ ſigillare iuſsimus.

Signum Domni Ottonis (Monogramma) Caeſaris invictiſsimi. Heribertvs Cancellarius uice Willigiſi Novit. (recognovit).

Data III Id. Jvnii. anno dominicae incarnationis M. Indictione XIII. Anno tercii Ottonis X. Imperii V. Actum sursum Dvello.

a) Ex cod. I. obermunstrensi saec. XI. fol. 15. b. et 16. ubi litera initialis: I deest.

b) Indictio et annus imperii respondent an. Chr. indicato, non vero annus regni, cui desunt anni VII., si sit currens, aut VI, si sit completus.

c) Editum ex eodem codice in Ried cod. dipl. Ratisb. I. 114. n. 122.

CXXXIX.

Anno 1092. circa mens. Julii. verisimiliter Babenberg.

Heinricus II. rex ecclesiae Scti Johannis Baptistae (in Haugis), non longe a civitate wirceburgensi, abbatiam Forcheim villasque Erlangon et Eggolvesheim, in pago Ratinizgouui et in comitatu Heinrici comitis, donat; superaddit etiam pertinentias, tria milliaria descripta, et tres presbyteros nominatos.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Heinricus omnipotentis et ſanctorum suorum ſuffragante clementia Rex. Si ad hoc ſumus intenti. et deſiderio pleni. ut proprietates eccleſiarum dei de die in diem adaugmentemus regnum ad hoc nobis commiſſum diutius prolongari et in futuro cum electis anime noſtre remunerari procul dubio ſcimus. Quapropter omnium sancte dei eccleſie fidelium noſtrorumque preſentium ſcilicet ac futurorum sollers comperiat induſtria. quod interuentione domni Heinrici ſacroſancte wirzeburgenſis eccleſie venerandi pontificis eccleſie ſue ſub dominio ſanctiſſimi Martyris Kyliani. ad honorem ſancti Johannis precurſoris chriſti conſtructe non longe a ciuitate wirzeburgenſi dedimus, abbatiam Forcheim. villaſque Erlangon et Eggoluesheim appellatas adiacentes in pago Ratinzouin (Ratinizgouui), atque in comitatu Heinrici comitis ſitas.

Ipsam

Ipsam autem Abbatiam et modo dictas villas sibi pertinentes, cum Ecclesijs. Decimis. Tributarijs. seruis et ancillis. areis. edificijs. terris. cultis et incultis. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. uenationibus. apiumque pascuis que uulgo dicuntur cidaluucidis. aquis. aquarum decursibus. piscationibus. Molendinis. vijs. Inuijs. exitibus siue Redditibus. tam modo quesitis quam inquirendis prenominate ecclesie sancti Johannis Baptisté firma traditione conferimus. et de nostro iure in suum ius et dominium omnino transfundimus. Ne etiam in postmodum aliquis inuidus insurgat qui pretaxate ecclesiae sancti Johannis Baptiste de istis nocere ueniat. superaddimus pertinentias. Nominatiue. 1. miliarium sursum, aliud deorsum per flumen Ratennam (Ratenzam) Tertium miliarium per flumen quod suabaha uocatur, de ipso quidem miliario ex omni parte vnum miliarium infra foreſtum quod pertinet ad Forecheim. aliud in foreſtum pertinens ad Vraha. Ad hec damus ecclesie supradicte beati Johannis Baptiste tres nostri iuris presbiteros cum omni supellectile eorum. Acemannum. Diothohum. et Annonem. Eo pacto. ut eadem Abbatia disponatur et deferatur ad usum Canonicorum. qui in prelibata basilica sancti Johannis Baptiste deo famulentur. quatenus pro nostra cottidie apud deum intercedant sospitate. et regni nostri stabilitaté. atque pro salute anime dilecti quondam nostri nepotis diue memorie boni Ottonis imperatoris. Et ut hec traditio firmior permaneat. hanc paginam manu nostra firmatam conscribi sigilloque nostro iussimus insigniri.Signum domni Heinrici glorioſiſſimi Regis. (Monogramma) Datum anno domini M. secundo. Indictione XV. Anno primo regni Heinrici Regis actum.

a) Ex libro cop. wirceb. signato n. 5. p. 240. et ex libro cop. haugensi, circa an. 1319 conscripto et continuato usque circ. an. 1420, manu posteriori, fol. 2. b. a principio post summarium; nec non invenitur in libro, qui dicitur liber albus privilegiorum fol. 4. b.

b) Indictio notata ordinaria respondet anno Chr. expresso, non tamen post 24. Septembr., in quo die adhibita tunc fuit indictio caesarea,

nimirum prima. Annus vero regni primus a 6. Junii eiusdem anni Chr. incepit.

c) Ineditum saltem in lingua originali latina; nam germanice comparuit in Ludewig Geschichtschr. v. Wirtzburg 460, in Lünig spicileg. eccl. II. Theil. operis Tom. XVII. 936. n. 8.

CXL.

Anno 1002. 24. Novembr. Radasponae.

Heinricus II. rex Gotescalcho frisingensi episcopo praedium Strasista cum pertinentiis intra tres fluvios Libniza, Sabum et Zoura, ac in regione Carniola in comitatu Vualtilonis comitis, donat, quod post obitum illius episcopi canonicis frisingensis ecclesiae deserviat.

In nomine ſanctae et indiuidue trinitatiſ Heinricus diuina fauente clementia rex. Nouerint omneſ fideleſ noſtri preſentes ſcilicet et futuri qualiter noſ ob interuentum dilecte noſtrae coniugiſ Chunigundae reginae fideliſque noſtri Goteſcalchi friſingenſiſ aeccleſiae antiſtitis quoddam predium ſtraſiſta uocatum et quicquid intra treſ fluuioſ Libniza ſabum Zoura in regione carniola et in comitatu vualtiloniſ comitiſ noſtri iuriſ ſitum eſt ſuper gremium ſancte Mariae ſemper uirginiſ ſanctique Corbiniani ibidem Friſinge corporaliter quieſcentiſ in proprium donauimus cum omnibus ad idem predium pertinentibus edificiiſ mancipiiſ agriſ pratiſ ſiluiſ paſcuiſ. aquiſ aquarumque decurſibus molendiniſ piſcationibus exitibus et reditibus Zidaluvedon foreſto decimiſ. uineiſ. uinetiſ uenationibus uiiſ et inuiiſ cultiſ et incultiſ queſitiſ et inquirendiſ. et cum omnibus appenditiiſ. Eo tenore. ut predicta noſtra regalis traditio eidem preſuli Goteſcalco et poſt illius uitae terminum friſingenſis aeccleſiae ca-

nonicis pro remedio animae noſtrae parentumque noſtrorum abſque omnium contradictione mortalium in perpetuum deſeruiat. Juſsimus quoque inde hoc preceptum conſcribi et ut hoc firmius ſtabiliusque permaneat in futurum. manu propria ſubtus firmauimus anulique noſtri inpreſsione aſsignauimus.

Signum domni Heinrici inuictiſsimi regiſ.

Egilbertuſ cancellariuſ inuice (ad vicem) willigiſi archicancellarii notaui. Data VIII Kal. Decembris. anno dominice incarnationis MII. Indictione I. Anno vero domni Heinrici inuictiſsimi regiſ I. Actum Radaſpone.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 37. II. f. 106. b.

b) Indictio, dicta caesarea, et annus regni conveniunt cum anno Chr. indicato.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 140. edit. Ratisb. 95. in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 221. in Meichelbeck hist. fr. I. 198. et in Resch annal. sabion. III. 705. n. 75.

CXLI.

Anno 1003. 15. Januar. Drodenhoffe.

Heinricus II. rex monasterio weiſsenburgensi marcam immunitatis confirmat, cuius limites iterum describit.

In Nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Rex. Omnibus Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Vicarijs, Centenarijs, Actionarijs miſsis nostris discurrentibus, caeterisque fidelibus sanctae Dei ecclesiae nostris praesentibus scilicet et futuris, Notum sit, quia si erga loca, diuino cultui mancipata, tuitionem Imperialem impartimur, et petitiones seruorum Dei, quas nobis pro neceſsitatibus suis innotuerint, ad effectum perducimus, sine dubio ad aeternae beati-

tudinis praemia capescenda talia nobis facta proficere non diffidimus. Quapropter compereat (comperiat) omnium vestrorum industria, quia Linthardus (Liuthardus) fidelis noster Abbas ex Monasterio quod dicitur Weiſsenburg, quod est constructum in honorem Sancti Petri Apostolorum principis, veniens ad nos, narrauit quod fratres praedicti Coenobij nostram expetiſsent clementiam circa Regiam donationem, et circa ipsam Marcam, quam Pippinus quondam Imperator, utilitati ac seruitio eorum sub emunitatis firmatione contradidit, et postea Ludouicus, alijque anteceſsores nostri Reges sua auctoritate firmauerunt, quo nostra firmaretur, quod libenti animo suscipientes iuxta petitionem eorum fieri decreuimus limites locorumque nomina circumjacentium scribi vel nominari juſsimus. Quae pertinent ad orientalem plagam Monasterij, usque ad Merrechenhouena (Morechenhouena) et ad Aldenherde, et inde ad Geboldeswege, et inde subter vatum (vadum) Lutrae, et inde ad Bejochingeshurst (Buozingeshurst) et inde ad Limitem qui stat in summitate vallis Inuenesdal (Juuenesdal) nominatae, et inde ducitur ad meridianam plagam pertinentia super Warahespach, et inde ad Bodemlosenstamphe, et inde ad syluosas montes usque in locum qui dicitur Bedebur, et inde ad Sebach, et inde ad Kirchendal, et inde ad Ingeldeshaha. Ad occidentalem vero plagam usque ad Ludenbach, et ad Berenbach, et inde ad Erlinbach, et inde ad Grunenbrunnen, et inde ad Oderricheſscheit. Ad Septentrionalem vero plagam usque ad Eychenberg, et inde ad Vdoluesdal, et inde ad summitatem fluuij qui dicitur Otterbach, una cum villa, sicut antea ad praefatum monasterium aspexiſse dinoscitur, seu mancipijs, syluis, vineis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, vel quantumcunque duce Domino ibi emeliorare potuerint, juxta quod dilatio ipsius Abbatis decreuerit, absque cujuslibet impedimento teneant firmiſsime. Similiter talem ipsi Abbati cognoscite conceſsiſse potestatem, ut quicquid in ipsa Marca enutrire aut saginare, vel venatu conquirere homines illius poterint. Ex nostra Indulgentia nostris futurisque temporibus habere valeant, traditum juſsimus quoque ob remedium animae nostrae praefato coenobio

chartam tuitionis gratia firmitatis conscribi, per quam praecepimus, ut nullus ludex publicus, aut Epiſcopus, aut quislibet ex judiciaria potestate seu alia aliqua persona quicquam potestatis in ipsa Marca, et in rebus monasterij, sine licentia Abbatis habere praesumat, sed sub nostrae emunitatis firmatione, omnia illuc aspicientia Abbas quieto ordine poſsideat. Et ut hoc nostrae auctoritatis praeceptum firmum et stabile permaneat, annuli nostri impreſsione signari juſsimus et manu propria subtus *firma*uimus.

(Monogramma) Signum Domini (domni) Heinrici sere*niſsimi* Regis, Egtbertus (Egilbertus) Cancellarius in vicem Willigisi Archiepiscopi recognoui. Data XVIII. Kalend. februarij. *Anno* Incarnationis Domini nostri M. III°. Heinrici glorioſiſsimi Regis regni in Francia, Indictione prima. Actum in Diodenhoffe, in dei nomine Amen.

a) Ex codice Transsumptorum per Rudolphum II. imp. 1582. 22. Oct. in archivo circuli rhenani asservato, num. 9. fol. 7. unde copia nobis transmissa est prid. 26. Sept. 1831.

b) Annus regni primus, obscure indicatus, et indictio conveniunt cum anno Chr. expresso.

c) Ineditum. Cnfr. diploma Ottonis I. 967. 25. Octob., quocum hoc instrumentum in cmnibus propemodum convenit. Discrimen tamen advertitur in ordine locorum, quae in meridiana plaga hic inter locum Bodemelosenstamphe et locum Sebach collocantur, his verbis: „ad sylvosos montes usque in locum, qui dicitur Bedebur," et quae in reliquis omnibus consimilibus marcae weissenburgensis descriptionibus ad finem plagae meridianae collocata sunt. Cnfr. an. 967. 25. Octob. *supra* et an. 1030. 5. April. 1040. 4. Jul. 1067. circ. mens. Aug. apud Schöpflin Alsat. diplom. I. p. 157 et 173. num. 197. 200 et 219.

CXLII.

Anno 1003. 9. Septembr. Babenberge.

Heinricus II. rex Godescalco frisingensi episcopo concedit tres villas, Hezinga iuxta flumen Drubenaha cum Scaralowa et Besinga, excepta tamen Rapperenowa cum vico Fridinga et cum pertinentiis earum, sive in Nordgowe sub Oudalscalchi comitatu, sive in Donachgowe sub defensione Ruopperti sitis, quae post obitum deinde episcopi in usus fratrum frisingensium, in locis Wihanstephane et Scto Vito deo servientium, redeant.

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clemencia rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris presentibus et futuris. qualiter nos interueniente dilectissima nobis coniuge et regnorum consorte Cunigunda uenerabili Frisingensis aecclesiae presuli Godescalco suppliciter postulanti et digne petenti. per hoc regiae maiestatis insigne concessimus tres nostrae proprietatis uillas id est inprimis Hezinga quae sita est iuxta flumen Drubenaha quicquid Megingoz in ministerio ibi uisus est obtinere cum Scaralowa Besinga quoque excepta Rapperenowa cum uico fridinga et omnibus earundem uillarum iustis et legalibus pertinentiis mobilibus et inmobilibus siue in Nordgowe sub Odalscalchi comitatu siue in danachgowe sub defensione Ruopperti sitis. seruis quoque et ancillis areis edificiis pratis pascuis siue compascuis siluis aquis aquarumque decursibus molendinis piscationibus uiis et inuiis exitibus et reditibus quesitis et inquirendis et omnibus iuste legis utensilibus reditibus et ut prescriptum appenditiis eo tenore et perpetue

firmitatis conuenientia quatinuſ preſul Godeſcalchus eaſdem preſcriptas uillaſ et earum utilitateſ omnibus diebus uite ſue uſufructuario poteſtatiue fruatur et teneat. Post obitum uero illius in uſus et diſpenſas fratrum friſingenſium in locis wihanſtephanc et ſancto vito deo ſeruientium cum omni integritate et equa diuiſione redeant. eo ordine ſi aliquiſ prefati preſuliſ Godeſcalchi ſucceſsor quod futurum non credimuſ prenominataſ uillaſ in ſuoſ uſus ſine iuſta et eiſdem fratribuſ predictiſ placita redemptione et conuenientia temptauerit auertere noſtriſ heredibuſ ſtatim reuertantur et ſeruiant. Et ut haec noſtrae auctoritaſ ſtabiliſ et inconuulſa permaneat hanc noſtri precepti paginam manu propria roborantes noſtri imaginiſ ſigillo imprimi iuſsimus.

Signum domni Heinrici (Monogramma) regiſ inuictiſsimi. Egilbertus cancellarius uice willigiſi archicappellani recognoui.

Data V Idus Septembris Anno dominice incarnationis MIII. Indictione I. Anno vero domni Heinrici ſecundi regis II. Actum Babenberge feliciter Amen.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 28. II. 106.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 140. edit. Ratisb. 95. in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 221. in Meichelbeck hist. fr. I. 198. et in Resch annal. sabion. III. 707. n. 77.

CXLIII.

Anno 1007. 10. Maii. Babenberg.

Heinricus II. rex, remuneraturus in se merita episcoporum frisingensium, Abrahae et Gotescalchi defunctorum, ac Egilberti adhuc florentis, praedium Chatsa in provincia Carinthia cum pertinentiis eidem ecclesiae donat, additque exemptionem servorum ac libertorum in eodem praedio habitantium a districtione ducum ac comitum aliorumque iudicum.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuidue trinitatiſ Heinricus diuina fauente clementia rex. Nouerint omneſ Chriſti noſtrique fideleſ qualiter noſ pro noſtrae ſenioriſque noſtri Ottoniſ imperatoriſ anime conſulentia parentumue noſtrorum felici memoria et per interuentum dilectae coniugiſ noſtrae Cunigundae reginae Parthenopolitanique archiepiſcopi Taginini dicti. ac pro indulgentia bonae memoriae Abrahae episcopi in cuius laribus eiſ quae ſanctae Marie ſanctique Corbiniani erant boniſ pariter utenteſ paterno lenimine benigne nutriebamur. ac pro requie pii preſuliſ Goteſcalchi iam defuncti et quia noſtrum fidelem Egilbertum antiſtitem de propria quaſi camera ad tale diſpendium ſuperandum vix noſtrae aſsiduitati ſubtraximus. quoddam noſtri iuriſ predium Chatſa uulgo nominatum in provincia Karinthia ſitum cum familiiſ utriuſque ſexuſ cortiferis aedificiiſ terriſ cultiſ et incultiſ quaeſitis et inquirendis rebus mobilibus et inmobilibus uiiſ et inuiiſ exitibus et reditibus aquiſ aquarumque decurſibus molendiniſ piſcationibus ſiluiſ uenationibus ſaginiſ Zidaluueidiſ alpibus uallibus paludibus omnibusque eidem predio iuſte vel legaliter pertinentibus ad eccleſiam Marie matriſ domini

domini eiusque ſancti Confeſsoris Corbiniani in proprium donauimus Eo namque tenore. ut iam dictuſ Egilbertuſ Friſingenſis epiſcopus ſuique ſucceſsores abſque contradictione omnium noſtro dominio ſubditorum liberam exinde habeant poteſtatem tenendi poſsidendi commutandi vel quicquid in uſum aecclesiae libuerit faciendi. Precipienteſ igitur ut nulluſ dux aliquiſue comeſ iugum aut aliquam diſtrictionem ſeruiſ libertiſque in eodem predio habitantibus inponere iuſ habeat. ſed aduocatus eidem corn (corti, curti) ab epiſcopo inpoſituſ quicquid in eadem curte regendum emendandumue ſit iuxta legeſ ac inſtituta maiorum poteſtatiue diſiniat. Et ut haec noſtrae traditioniſ auctoritaſ ſtabiliſ et inconuulſa permaneat. hanc noſtri preceptі paginam inde conſcriptam manu propria roboranteſ ſigilli noſtri inpreſsione inſigniri iuſsimuſ.

Signum domni Heinrici (Monogramma) regiſ inuictiſsimi Eberhardus cancellarius uice willigiſi archicapellani recognoui.

Data VI Idus mai. Indictione V. Anno dominicae incarnationis MVII. Anno vero domni Heinrici ſecundi regni V.

Actum Babenberg feliciter Amen.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 4. b. II. f. 108.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 141. edit. Ratisb. 96. in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 222. in Meichelbeck hist. fris. I. 206.

CXLIV.

Anno 1008. 6. Julii. Mogontiae.

Heinricus II. rex sedi episcopali Babenberc a se fundatae, locum Mahandorf, in pago Nortgouue et in comitatu Heinrici comitis situm, donat.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ Heinricus diuina ordinante clementia rex. Saluberrimiſ igitur ſacri eloquii inſtitutionibuſ erudimur et admonemur ut temporalia relinquenteſ bona et terrena poſtponenteſ commoda aeterna et ſine fine manſura in caeliſ ſtudeamuſ adipiſci conſiſtoria. Quapropter noſ dominiciſ non ſurdum auditum praebenteſ praeceptiſ et deificiſ obtemperando intendenteſ ſuaſionibuſ quendam noſtrae paternae hereditatiſ locum Babenberc dictum in ſedem et culmen epiſcopatuſ ſublimando proueximuſ. et romana auctoritate atque uenerabiliſ heinrici wirciburgenſiſ epiſcopi conſenſu ac pari communique omnium noſtri fidelium tam archiepiſcoporum quam epiſcoporum abbatumque necnon ducum et comitum conſultu decretoque in honorem ſanctae dei Genitriciſ Mariae ſanctorumque apoſtolorum Petri et pauli Nec non Martirum Kyliani atque Georii ſtabiliuimuſ et corroborauimuſ ut et inibi noſtrum parentumque noſtrorum celebre haberetur memoriale et iugiſ pro omnibuſ ortodoxiſ hoſtia mactaretur ſalutariſ. Proinde nouerit omnium noſtri fidelium tam praeſenſ aetaſ quam et ſucceſsura poſteritaſ. Quia noſ noſtrae quendam proprietatiſ locum Mahandorf dictum in pago Nortgouue et in comitatu heinrici comitiſ ſitum ad eandem ſupra dictam epiſcopalem ſedem Babinberc dictam una cum omnibuſ eiuſ pertinentiiſ. ſiue adherentiiſ. videlicet viciſ. uilliſ. aeccleſiiſ. ſeruiſ et ancilliſ. areiſ. aedificiiſ. terriſ cultiſ et incultiſ. uiiſ et inuiiſ. exitibuſ et reditibuſ queſitiſ uel inquirendiſ. ſiluiſ foreſtibuſ ſaginiſ. venationibuſ aquiſ. piſcationibus moliſ molendiniſ rebuſ mobilibuſ et inmobilibuſ ac

ceteriſ omnibuſ quae rite ſcribi uel appellari poſsunt quoquolibet modo vtilitatibuſ hac noſtrae auctoritatiſ praeceptali pagina prout firmiuſ poſsumuſ donamuſ atque proprietamuſ omnium contradictione remota. Precipienteſ igitur ut in deo dilectus nobiſ ſepedictae ſediſ Eberharduſ episcopuſ liberam dehinc habeat poteſtatem ſuique ſucceſsoreſ eundem locum Mahendorf dictum. cum omnibuſ appenditiiſ ſuiſ tenendi poſsidendi ſeu quicquid ſibi libeat modiſ omnibuſ in uſum epiſcopatuſ inde faciendi. Siquiſ igitur quod abſit hujus noſtrae donationiſ munificentiam deſtruere ſiue inuiolare praeſumpſerit In die iudicii coram occuliſ dei tormento inextinguibili aeternaliter luat. Quod ne eueniat ſed haec traditio noſtra ab omnibuſ perpetualiter inuiolabiliſ permaneat. Hanc cartam inde conſcriptam manu propria roboranteſ ſigilli noſtri inpreſsione inſigniri iuſsimuſ.

Signum domni Heinrici regiſ inuictiſsimi. (Monogramma) Gutheriuſ (Guntherius) cancellariuſ uice Uuilligisi archicappellani recognoui.

(L. S.)

Data II Non. Julii Indictione V.
Anno Dom. Incarnationiſ MVIII.
Anno vero domni heinrici ſecundi regnantis VII.
Actum magontiae feliciter amen.

a) Instrumentum sigillatum ac expeditum, cui propter latentem errorem aliud superadditum. Sigillum impressum est illaesum.

b) Monogramma in forma litterae C primae lineae perpendicularis, et in loco litterae S lineae ultimae perpendicularis paulum differt a forma communi monogrammatum regiorum Heinrici II., attamen Guntherius cancellarius promiscue utraque forma utitur.

c) Indictio erronea loco VI, annus autem regni convenit an. Chr. notato 1008.

d) Editum ab Osterreicher in den geöffn. Archiven III. Jahrg. I. B. 461. n. XI., memoratum etiam in designatione originalium super pago Nortgau in Deduct. über Fürth 1753. 129.

e) Maxima differentia huius diplomatis et alterius eodem anno et die exarato consistit in loco in ultima linea notato: „Actum Magontiae." Laborare enim videtur errore manus, cum in pluribus eiusdem anni et diei instrumentis constanter expressum legatur: „Actum Frankonofurt." Non movent aliae minores differentiae, quorsum pertinent: 1) nomen cancellarii incorrecte scriptum, 2) ommissiones aliquae in contextu formularum quarundam, etiam alias frequenter ommissarum, 3) diversitas orthographiae loci donati, qui hic Mahandorf in superscriptione externa antiqua Machendorf vocatur, cum in altero instrumento Machindorf, et in superscriptione externa Machindorf vocetur, ut diversa donationis obiecta duobus instrumentis subiacere credamus. Concludendum ergo, hoc instrumentum sigillatum expeditumque displicuisse cancellariae vel accipienti, alterumque, quod omni vitio careat, confectum fuisse. Invenitur in cod. cop. saec. XIII. f. 23.

CXLV.

Anno 1009. 20. Maii. Ratisponae.

Heinricus II. rex Bonifacio abbati monasterioque eius, Pruel dicto, mansum regalem in villa Genstal in pago Tuenigawe ac in comitatu Ruperti donat.

Data XIII° Kal. Junij Indictione VII. Anno dominice incarnacionis Millesimo nono Anno vero domini Heinrici Regis secundi Regnantis VII°. Actum Ratispona feliciter amen.

a) Ex instrumento notarii publici an. 1414. 14. Nov. confecto ac sigillo Alberti III. episcopi ratisb. munito, quod fere adhuc integrum appendet.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum a Pez. in cod. epist. I. 147. num. 36., ex archivo pruclensi, ut in margine eiusdem numeri testatur. Iterum editum in Mon. Boic.

XV. 158. num. 3. ex praedicto instrumento publico. Denique in Ried. cod. diplom. ratisb. 128. n. 136.

CXLVI.

Anno 1010. 19. April. Regenesburch.

Heinricus II. rex, Heilcae abbatissae eiusque monasterio Pataviae (Nidernburg) villas Oufhousen, Oufhoven et Vrching donat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Hainricus diuina fauente clemencia Rex. Si eccleſias dei eisque famulantes aliquo munere ditauerimus. nobis id quam maxime proficere credimus. Quapropter omnium Chriſti fidelium tam preſencium quam futurorum nouerit uniuerſitas. qualiter nos ob diuinum amorem noſtreque anime remedium. nec non interuentu Heilce dilecte abbatiſſe ſibi ſuoque monaſterio in honore domini Saluatoris noſtri ac ſancte genitricis Marie conſtructo. atque in patauienſi ciuitate fundato. Villas noſtras. Oufhouſen Oufhoven. Vrching. cum omnibus eis adiacentibus cultis et incultis. piſcaciones aquarum. prata nemora. pleno iure contulimus in integrum poſſidendas. Et de noſtro iure ac dominio in eius ius et dominium. Omnino tranſfundimus ea quippe racione. ut predicta abbatiſſa. ſeque ſubſequentes abbatiſſe. de prenominatis villis earumque vtilitatibus dehinc liberam habeant poteſtatem. quicquid eis placuerit faciendi. omnium hominum contradictione remota. Et ut hec noſtre donacionis auctoritas ſtabilis et inconuulſa omni tempore permaneat. Hoc preceptum inde conſcriptum manu propria corroborantes. ſigillo noſtro inſigniri iuſſimus.

Signum domini heinrici regis Inuictiſſimi. (Monogramma.)

Gvntherius cancellarius uice Willigiſi archicapellani notavit.

Data XIII. Kal. Maii. Indictione. VIII. anno dominicæ incarnationis. M. X. anno vero domini Heinrici ſecundi Regnantis. VIII. Actum Regenesburch feliciter amen.

a) Ex libro copiali nidernburgensi, circa 1200 conscripto, fol. 96. n. 155.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Ineditum.

CXLVII.

Anno 1011. 25. Junii. Regensburch.

Heinricus rex abbati Altahae inferioris in usum monachorum decem regales mansus in marcha et comitatu Heinrici marchionis donat.

Data. VII. Kal. Julij. Indictione IX. Anno dominicæ incarnationis M°. XI. Anno vero domini Heinrici ſecundi. Regnantis. X. Actum Regenſburch. Signum (Monogramma) domini Heinrici regiſ invictiſſimi. Guntherius Cancellarius uice Erkawaldi Archicapellani recognoui.

a) Ex codice Hermanni abb. fol. 77. b. et 78. a. num. 24., ubi extrema: Guntherius cancellarius etc. in margine addita sunt, alias more descriptoris aut omissa aut ad finem diplomatis adposita.
b) Notae chronologicae inter se conveniunt.
c) Editum in Hund. metr. II. ed. Mon. 24. edit. Ratisb. 16. Mon. Boic. XI. 140. n. 27.
d) Locum donatum inscriptio num. 24. codicis designat: Appateſtorf, summarium autem: Abtſtorf.

CXLVIII.

Anno 1011. 26. Junii. Regenesburch.

Heinricus II. rex monasterium puellarum, in loco Chiubach, in comitatu Herteshusa, ab Adalberone comite fundatum, in suam immunitatem recipit ac regia libertate, abbatissam et advocatum eligendi, donat.

Data. vi. Kl. Julii Indictione. viiii. anno dominicae Incarnationis Millesimo. xi. Anno uero Domni Heinrici secundi regnantis. x. Actum Regenesburch feliciter amen.

a) Instrumentum in cancellaria scriptum, cui manum et sigillum rex denegasse videtur.

Sigilli appendendi tria ad finem conspiciuntur foramina sive incisiones ad summum segmento membranaceo aptae, non chordulae; impressi autem sigilli nullum apparet vestigium. Utrum autem unquam appensum fuerit, duplici ex ratione dubitare licet:

1ma est: Monogramma in manu propria regis, i. e. linea media horizontali, incompletum.

2da Nota quaedam exterius chartae huic manu saeculi XVI. aut XVII. inscripta: „Ist dessen gleichlauttender Brief mit anhangendem Sigil schon vertauscht lauth inligender Zetl." Nulla quidem Cedula adiacet; attamen, cum nulla alienandi literas primaevae fundationis possit ratio excogitari, potius concludendum, non superfuisse monasterio nisi vidimationis literas ab aliquo praelato ecclesiastico profectas, quae appensis sigillis roborari consuevere.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt; character etiam apicum et abbreviationum aetati respondet.

c) Editum in Hundii metrop. II. edit. Monac. 248. ed. Rat. 172. et Mon. Boic. XI. 529. n. 1.

CXLIX.

Anno 1013. 7. Octobr. Reganesburg.

Heinricus II. rex quendam Beranhart, servum Marahwardi, excusso de manu illius denario, liberum facit et a servitutis iugo absolvit.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuidnae trinitatiſ. Heinricus diuina fauente clementia rex. Notum ſit omnibuſ fidelibuſ noſtriſ preſentibuſ ſcilicet atque futuriſ qualiter noſ ob interuentum Marahwardi quendam ſui iuriſ ſeruum nomine beranhard excuſso de manu illiuſ noſtra manu denario liberum fecimus et ab omni eum ſeruitutiſ iugo abſoluimus. Proinde regali noſtra iubemus potentia ut idem iam dictus Beranhart tali deinceps libertatiſ lege utatur quali caeteri manumiſsi hactenus ſunt uſi eodem modo a regibus uel imperatoribus liberi facti. Et ut haec noſtrae conceſsionis ingenuitaſ ſtabiliſ et inconuulſa permaneat hanc cartam inde conscriptam ſigilli noſtri inpreſsione iuſsimus inſigniri.

Guntherius cancellarius inuice (ad vicem) erchanboldi archicapellani recognoui.

Data Non. Octobris Indictione XI. Anno dominicae incarnationiſ MXIII. Anno vero domni Heinricī regiſ regni XII. Actum Reganesburch feliciter Amen.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 8. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Meichelbeck hist. fris. I. 209.

CL.

Anno 1017. 26. Octobr. Altstetin.

Heinricus II. concambium, inter Heinricum wirzeburgensem et Eberhardum babenbergensem episcopos initum, confirmat, quo prior receptis locis Cunigeshoven et Trieffenvelt, in pagis Badeingowe et Waltschin (Waltsehin, Waltsezin), in comitatibus Gumperti et Gerungi comitum, alteri tradit abbatiam Erlangun cum Forcheim et Eggolvesheim, nec non decimationes earundem villarum ad Holvelt pertinentes, in pago Ratinzgowe, in comitatu Adelberti comitis.

In nomine fancte et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Romanorum Imperator auguſtus. Dum fidelium noſtrorum, preſencium ac futurorum volumus vniuerſitati pateat. Quod Heinricus wirzeburgenſis et Eberhartus Babenbergenſis. eccleſie Epiſcopi. noſtram adeuntes clementiam rogauerunt. Vt unum concambium. quod conſiderato eccleſiarum suarum commodo ex communi ſuorum clericorum atque fidelium. laicorum conſenſu. inter ſe fecerunt. noſtre noticie manifeſtum noſtrique imperialis precepti auctoritate eſſet roboratum Quocirca conſiderantes nos eorum iuſtam peticionem uotique (uotisque) annuentes. predictum concambium qualiter inter eos firmatum eſſet. exponere iuſſimus. Et inprimis. retulit. Epiſcopus Wirzeburgenſis. contuliſſe ſe eccleſie Babenbergenſi per manum legitimi aduocati. Abbatiam. Erlangun. et Forchheim. et Egolveſheim. et Kyrſebach. et quatuor piſcatores. in camerin. cum eorum terris. omnibusque appendiciis ad prefatas. villas perti-

nentibus. cum agris. campis. areis. mancipiis. pratis. paſcuis. Siluis. venacionibus. aquis aquarumque decurſibus. piſcacionibus. molendinis. cultis et incultis. viis et inviis. exitibus et Reditibus. queſitis et inquirendis. atque earundem villarum decimaciones. Preter hec et decimaciones illarum uillarum que nunc ad Holevelt pertinent. et olim pertinere uiſe ſunt. In pago ratingowe. in comitatu adalberti comitis. Eberhardus uero Babenbergenſis eccleſie preſul profeſſus est. perpetua tradicione (perpetuam traditionem) ſe feciſſe wirzeburgenſi eccleſie. per manum publici aduocati de cunigeſhoven. in pago Badeingowe. in comitatu. Gumberti comitis. et Trieffenvelt. in pago waltſchin. in comitatu Gerungi comitis. et de mancipiis utriuſque ſexus. ad eadem loca pertinentibus. agris quoque et campis. areis. pratis. paſcuis. ſiluis. venacionibus. aquis aquarumque decurſibus. piſcacionibus. molendinis. cultis et incultis. viis. et inviis. exitibus et reditibus. queſitis et inquirendis. Proinde audita et conſiderata vtrorumque preſulum. et alterutrum legittima tradicione. Et quia predictum concambium ratum et rationabile eſſe ex vtraque parte noſtre diſcrecioni apparet. per hanc. noſtri imperialis precepti paginam. utrique eccleſie. quod mutua tradicione collatum eſt confirmamus. et corroboramus in perpetuum habere et tenere. et ad ius et proprietatem, tam iſtos quam ſucceſſores eorum preſules. ſue eccleſie rata et inconuulſa ſtabilire (ſtabiliter) poſſidere. Ea videlicet ratione. ut tam predicti preſules quamque ſucceſſores eorum liberam habeant poteſtatem de omnibus, que ſuperius comprehenſa ſunt. ad uſum et utilitatem ſuarum eccleſiarum ordinandi conmutandi et quidquid eorum decreuerit voluntas faciendi omnium hominum regni noſtri contradicione remota. et ut hec noſtre auctoritatis pagina omni tempore ſtabilis et inconuulſa permaneat. eam manu propria roborantes. Sigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum (Monogramma) Domini. Heinrici. Inuictiſſimi. Imperatoris Auguſti. Cunctacius. (Guntherius) Cancellarius. Auctoritate. Erchanhaldi. Archiepiſcopi. et Archicancellarii recognouit. Anno dominice incarnacionis. Milleſimo. XVIImo. In-

dictione. XII. Anno vero regni domni Henrici. Imperatoris Auguſti. XIII. Imperii uero IIII. Actum VIImo Kal. Nouembris. Altſtetin. feliciter. Amen.

a) Ex libro copiali haugensi, conscripto circ. an. 1319 manibusque variis continuato fol. 2. b. num. 12.

b) Solus imperii annus currens respondet anno expresso, indictio autem et annus regni fallunt, cum illa, si caesarea numeretur, quatuor, alter autem currens tribus unitatibus sit decurtatus.

c) Editum in Schannat Vindem. coll. I. 109. n. 2. ex authentico, ut ibi notatur; germanice autem apud Ludwig Geschichtschr. v. Würzburg 461., et in Lünig spicil. eccl. II. Theil. operis Tom. XVII. 939. num. 15.

d) De pago Waltschin, Waltsezin et de loco Triffenvelt cnfr. Chronicon gottwicense, part. alter. pag. 841 in fine.

CLI.

Anno 1018. (8. Februar. Moguntiae.)

Heinricus II. Rom. imperator canonicis coenobii cathedralis ecclesiae babenbergensis donat praedium Woulimbach, quod concambio acquisivit a Benedicto VIII. pontifice, tradito romanae ecclesiae praedio Terma, in ducatu spoletano et in comitatu narnensi.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator auguſtus. Nouerit omnium *ſancte* dei eccleſie noſtrique fidelium tam preſens etas quam ſucceſsura poſteritas. qualiter nos apoſtolici patris ordinatoriſque noſtri Benedicti petitione in ipſa ordinationis noſtre die

quoddam concambium apud ſuam ſanctam Romanam eccleſiam pari conſilio utrobique collaudauimus. Donantes igitur ſancte prefate eccleſie in honore apoſtolorum Petri et Pauli conſtructe. quoddam noſtri iuris predium Terma dictum. in ducatu ſpoletano. et in comitatu narnenſi ſitum. Contra tale predium quale ſanctus Petrus habuit in loco Woulimbach dicto. in pago . . . . . et in comitatu . . . . . comitis. Cum omnibus eiuſ pertinentiis. videlicet ſeruis et ancillis. terriſ cultis et incultiſ. campiſ. paſcuis. ſiluis. venationibus. aquiſ. pratiſ. aquarumque decurſibus. piſcationibus. molendiniſ. viiſ et inuiiſ. exitibus et reditibus.. queſitis vel inquirendis. rebus mobilibus et immobilibus. et omnibus que quoquomodo iure nominari aut ſcribi poſsunt utilitatibus. eo uidelicet commutationis tenore. quatinus idem preſcriptus ſancti Petri vicarius. eiuſque ſucceſsores idem predium Terma dictum habeant. teneant et ad uſum ſancte Romane eccleſie firmiter poſsideant. De contra vero dato predio. Wullimbach dicto. et eius pertinentiis ulteriuſ ſe non intermittant. Igitur fidelium noſtrorum conmuni conſenſu confirmato concambio. nouerit omnium dei noſtrique fidelium uniuerſitas. qualiter tam pro ſenioriſ et anteceſsoris noſtri Ottonis ſcilicet tercii imperatoris quam pro noſtro parentumque noſtrorum remedio eundem ſepedictum locum ad ſtipendium canonicorum in cenobio ſancti Petri ſanctique Georii Babenberc degentium. per hanc imperialem noſtre traditionis paginam concedimus. donamus atque proprietamus. cum omnibus eius pertinentiis et utilitatibus omnium contradictione remota. Precipientes igitur. ut neque imperator neque dux. neque epiſcopus. neque comes. neque magna vel parua perſona Karos in Chriſto Babenbergenſes fratres noſtros in prefato predio inquietare. moleſtare. diſueſtire. ſiue eundem locum commutare. niſi communi fratrum conſilio preſumat. Siquiſ uero hanc noſtre dominationis paginam uiolare quod abſit preſumat. Cum iuda traditore indigeſtibilis bucelle guſtum ſumat. atque tormento inextinguibili penas perpetualiter luat. Quod ne fiat. ſed (ut) hec noſtra traditio ſtabilis et inconuulſa nunc et in futurum permaneat. hanc paginam inde conſcriptam manu

propria roborantes. Sigilli noſtri inpreſsione inſigniri iuſsimus.

Data (VI Id. Februarii) Indictione I. Anno dominice incarnationis Mo. XVIIIo. Anno uero domini Heinrici ſecundi Regnantis XVII. Imperii autem IIII. (Actum Moguntiae.)

a) Ex copiarum codice saec. XIII. fol. 27. b.

b) Dies ac mensis non sunt expressi, neque locus peracti negotii notatus est. Ast cum in omnibus hoc instrumentum respondeat alteri authographo super Winiheringun dato VI. Idus Febr. cum clausula: actum Mogontiae, idem dies idemque locus illi tribuendus erit. Anno quidem Chr. notato 1018 conveniunt indictio et annus imperii, immo etiam annus regni, ab obitu Ottonis tertii inceptus.

c) Editum ab Oesterreicher in den geöffneten Archiven III. Jahrg. I. B. 503. n. IV.

d) Inscriptio, litteris rubris copiae praemissa, notat: „De concambio praedii Terma pro praedio sito in loco Woulimbach." —

CLII.

Anno 1019. 7. April. Mersiburch.

Heinricus imperator Godehardo abbati altahensi decem mansus regales in marcha et comitatu Adalberti marchionis ad usum monachorum donat.

Data VII. idus aprilis. Indictione II. Anno dominice incarnationis. MXVIIII. Anno vero domini Heinrici ſecundi Regni. XVII. Imperij autem VI. Actum Merſibvrch. feliciter Amen. Signum domini (Monogramma) Heinrici ſereniſſimi et *inuictiſſimi* imperatoriſ. Gvntherius Cancellarius vice Erchinwaldi archicappellani recognoui.

a) Ex codice membranaceo Hermanni abb. fol. 78. b. num. 25.
b) Notae chronologicae inter se conveniunt.
c) Editum in Hund. metr. II. edit. Mon. 24. edit. Ratisb. 17. et in Mon. Boic. XI. 142. n. 29.

CLIII.

Anno 1019. circa mens. Junii aut Julii. Mogontiae.

Heinricus II. Rom. imperator canonicis cathedralis ecclesiae babenbergensis praedium in Hohingon, situm in pago Ingerisgouue et in comitatu Ottonis comitis, donat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ. Heinricuſ dei gratia Romanorum imperator auguſtus. Nouerit omnium Chriſti noſtrorumque fidelium uniuerſitaſ. qualiter nos pro remedio anime noſtre anteceſsorum noſtrorum. necnon pro ſalute dilecte coniugiſ noſtre Kvnigunde. uidelicet imperatriciſ auguſte. tale predium quale Ennelinus nobis detulit. ſcilicet in Hohingon ſiue in aliiſ quomodocunque nominatis lociſ. ſitum in pago. Ingeriſgouue. in comitatu Ottoniſ comitiſ. cum areis. ediſiciiſ. agris. uineiſ. uinetiſ. ſiluiſ. pratiſ. paſcuiſ. aquiſ aquarumque decurſibus. piſcationibus. uiiſ et inuiiſ. exitibus et reditibus. mancipiiſ. utriuſque ſexus queſitiſ et inquirendiſ, cum omnibus utenſilibus que vel ſcribi vel nominari poſsunt. ad altare ſancti Petri apoſtolorum principiſ in uſum fratrum deo in Babenbergenſi eccleſia famulantium perpetualiter habendum. donamus et de noſtro iure in ejus iuſ omnino tranſſundimus. Et ut hec noſtre traditioniſ auctoritaſ ſtabilis omni permaneat euo. Hanc paginam inde conſcriptam manu propria roboranteſ. ſigilli noſtri impreſsione iuſsimus inſigniri.

Anno dominice incarnationis Mo.XVIIIIo. Indictione II. Anno vero domni Heinrici Romanorum Imperatoriſ Auguſti ſe-

cundi regnantis XVIII. Imperii autem VI. Actum Magontie. feliciter Amen.

a) Ex cod. cop. saec. XIII. fol. 79. b.

b) Mensis ac dies non sunt expressi. Anni regni et imperii currentes, cum indictione ordinaria, conveniunt anno Chr. indicato, inde a sexta Junii usque ad 24. Sept. Cnfr. diplom. orig. 1019. 10. Junii. Triburiae datum.

c) Ineditum.

d) Pagus Ingerisgouue videtur idem cum Angerisgouue, sive Engersgowe, descripto in chron. gottw. II. 546.

CLIV.

Anno 1022. 11. Novembr. Augustae.

Heinricus II. Rom. imperator ecclesiae babenbergensi in usum episcopi praedia Irlocha et Crumbele, sita in pago Ingerisgowe et in comitatu Hello, donat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ Heinricus diuina fauente clementia Romanorum imperator avguſtus. Nouerit omnium Chriſti noſtrique fidelium preſens futuraque uniuerſitas, qualiter nos pro remedio anime noſtre anteceſſorumque noſtrorum necnon pro ſalute dilecte coniugiſ noſtre Kunigunde. videlicet imperatriciſ avguſte tale predium quale Boppo treuerenſis archiepiscopus nobis dedit. ſcilicet Irlocha et Crumbele. ſitum in pago Ingeriſgowe. in comitatu Hello cum areiſ. edificiiſ. agriſ. vineis. vinetiſ. ſiluis. pratiſ. paſcuiſ. aquiſ aquarumque decurſibus. piſcationibus. uiiſ et inuiiſ. exitibus et reditibus. mancipiiſ utriuſque ſexus. queſitis et inquirendis. cumque omnibus utenſilibus. que vel ſcribi vel nominari poſsunt. ad altare ſancti Petri apoſtolorum principiſ in Babenbergenſi eccleſia in uſum Epiſcopi. deo ibidem famulantiſ. perpetualiter habendum. do-

namuſ. et de noſtro iure in eius iuſ omnino tranſſundimuſ. Et ut hec noſtre traditioniſ auctoritaſ inconuulſa permaneat. Hanc paginam inde conſcriptam manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſsione iuſsimus inſigniri.

Data III Id. Nov. Indictione V. Anno dominice incarnationis MXXIIo. Anno domni Heinrici ſecundi regnantis XXIo. Imperii uero eiuſ VIIII°. Actum Avguſta feliciter Amen.

a) Ex cod. cop. saec. XIII. f. 80. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt. Cnfr. dipl. orig. eiusdem anni ac diei, num. 314.

c) Editum in Wilh. Günther cod. dipl. Rheno-mosellanus I. Th. pag. 108. num. 41.

CLV.

Anno 1023. 1. August. Babenbergae.

Heinricus II. Rom. imperator Fridcboldum, confessorem suum ac abbatem SS. Vdalrici et Afrae augustensis civitatis, eiusque ecclesiam sub speciali sua ac imperii recipit protectione et eam exornat libertate, qua caetera monasteria imperialia per imperium suum perfruuntur.

Data Calendas.(is) Auguſti. Indictione. VI. anno Dominice Incarnationis M. XXIII. Anno uero Domni Henrici II. regnantis XXII. Imperatoris X. Actum Babenbergae feliciter. Amen.

a) Ex diplomate confirmatario Conradi II. anno 1029. 3. Novembr., cuius tamen apographum superest, ibidem recensitum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Edi-

c) Editum in Mon. Boic. XXII. 161—164. num. 1. inter monumenta S. Udalriciana, ubi simul not. b. duplex anachronismus notatur in eo commissus, quod monasterium SS. Oudalrici et Afrae ac in ipsa urbe Augusta situm dicatur, quum tamen toto saeculo XI. nonnisi monasterium Sanctae Afrae et quidem extra urbem Augustam situm in aliis instrumentis authenticis dicitur.

CLVI.

Anno 1023. 2. Septembr. Bermace (Bermatae — Brumatae.)

Henricus II. imperator Megenhardo episcopo Wirtzpurgensi eiusque ecclesiae bannum suum super feras sylvestres, per terminos in quatuor comitatibus Ditmari, Adelberti, Albwini et Gumberti comitum designatum, tradit et stabilit.

In nomine Sancte et Indiuidue trinitatis Henricus diuina fauente clementia Romanorum Imperator auguſtus. Nouerint omnes ſancte dei eccleſie noſtrique fideles preſentes ſcilicet et futuri qualiter nos per Interuentum Eberhardi Sancte Bambergenſis eccleſie Episcopi ſancte wirtzpurgensi eccleſie pro fideli ſeruitute noſtri fidelis Megenhardi eiuſdem ſcilicet ſedis venerandi paſtoris bannum noſtrum ſuper feras videlicet cervos et ceruas ſues atque capreolos in Comitatu Ditmari Comitis in pago folcfelt dicto ſicque in Comitatu Adelberti Comitis inde in comitatu Albwini Comitis perque Comitatum Gumberti Comitis vſque ad primitus tytulatum Dithmari Comitis Comitatum nominatim incipientes de Eſkinebach iuxta aquam Moin per viam que ducit ad Harmdeſeihc inde recta via vſque ad amſerebach inde ad urbem Ebera inde wachenrode ſuper pontem in eadem villa Sicque per viam que ducit ad Eleſbach inde ad Rotenmanium vbi ſe Comitatus Ratenſgewe atque yphigewi dividunt Inde vſque in eum locum vbi Eha fluuius influit in Eiſkam

inde de Eha ſurſum vſque in illum riuulum que de Ezellehem deſluit in Eham et eundem riuulum ſurſum vſque Graſzulzun per rectam viam vſque paruum dornheim Inde vſque ad wingerſheim inde uſque yphouc inde ad orientalem Lanchem Deinde per publicam plateam ſupra villam dullſtat vſque in Swartza Inde ſurſum eundem fluuium vſque Stadela Inde a recta via per obliquum vnius Callis vſque Lilleffelt. Inde ad Brunnenſtat Inde ſupra Herelenheim per medietatem woſtgeuildes vſque in publicam plateam que ducit ad Horehuſen inde ad Marpurghuſen Inde vſque ad medium Moin et ſic ſurſum Moin vſque ad eum locum de quo primum incepimus Eſkinebach conſencientibus atque collaudantibus Eberhardo Epiſcopo cum ſuis militibus Richardo Abbate Fuldenſi cum ſuis militibus Ipſo eciam Megenhardo wirtzpurgenſi Episcopo cum ſuis Ottone Comite cum ſuis Adelberto cum ſuis Gebehardo Comite eiuſque fratre cum ſuis ceteriſque inſuper eiuſdem regionis cum Prouincialibus maioribus et minoribus ex noſtra Imperiali traditione donamus proprietamus et de noſtro iure in legitimam(um) foreſtun(um) indiſsolubiliter ſtabilimus eidem Eccleſie eiuſque proviſoribus. Siquis igitur noſtre huius munificentie violator extiterit decem libras auri perſoluat medietatem Camere noſtre, alteram medietatem predicto Episcopo eiuſdemque Succeſsoribus Et vt hec noſtre traditionis auctoritas ſtabilis et Inconvulſa permaneat Hanc cartam inde conſcriptam manu propria roborantes Sigilli noſtri Impreſsione inſigniri iuſsimus. Signum domni Heinrici Romanorum invictissimi Imperatoris Augusti (Monogramma) Data quarto Nonas Septembris Indictione Sexta Anno dominice Incarnationis Milleſimouiceſimotercio Anno autem domini Henrici Secundi regnante viceſimoſecundo Imperii vero vndecimo Actum Bermace feliciter Amen.

a) Ex libr. cop. signato n. 5. p. 237., et altero quoque libr. cop. Lupoldi de Bebenburg num. 48. conscripto an. 1346., denique ex instrumento notarii publici, qui an. 1467. 9. Decembr. illud ex originali sigillato se transsumsisse testatur; collatum etiam cum libro albo privilegiorum f. 19.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in actis causae inter monasterium Ebrach et episcopatum würzburgensem, fasciculo II. p. 173. ap. Lünig in Reichsarchiv. Tom. XIX. sive spicileg. eccl. continuat. I. p. 750. ap. Schultes histor. Schrift. II. 228. Ubique indicatur monogramma et Guntherus cancellarius vice Aribonis archicappellani, quae in solo apographo anno 1467 desunt. Memoratum a Frise ap. Ludewig Geschichtschr. v. Wirtzburg 465., cum finium explicatione germanica.

d) Locus peracti negotii in laudatis editionibus legitur Berinate, qui apud Guichenon bibliotheca sebus. centur. II. n. 78. scribitur Bermata; utrum non potius Brumata, perquirendum?

CLVII.

Anno 1024. 11. Septemb. potius, quam 30. August. Moguntiae.

Chunradus II. rex ecclesiae frisingensi curtiferum, in provincia Baioaria et in urbe Reganesburc situm terminisque designatum, quem Heinricus II. imperator illi donaverat, confirmat una cum aedificiis ac saepium munitionibus ab Egilberto episcopo tunc constructis.

(Chrismon.) In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ. Chuonraduſ diuina fauente clementia rex. ſi noſtra regalis munificentia lociſ uenerabilibuſ ſacreque religionis cultoribus quicquam utilitatiſ contulerit. ſcimuſ magna preſidia tam anime noſtre quam etiam ſtabilitati regni noſtri inde accreſcere. Proinde nouerit induſtria cunctorum hominum fidelium noſtrorum. qualiter noſ ob interuentum uenerandi Egilberti friſingenſis ſediſ epiſcopi. more anteceſsorum noſtrorum regali conceſsione firmauimuſ. curtiferum unum. in preſenti ab eodem egregio preſule ſuper aedificatum in prouintia baioaria et in urbe Rega-

nesburc sitam (situm) partem uidelicet cuiusdam palatii uetersis atque destructi incipientes (incipientem) a curte quam tenet Eberhardus Papinbergensis episcopus ac contra septentrionem in longitudine VIII perticas habentem. et inde ad orientem usque ad uiam publicam quae est inter aecclesiam sancti saluatoris predictumque curtiferum ad flumen danubium ducit terminantem. Constat namque idem curtiferum a pio antecessore Heinrico imperatore aecclesiae frisingensi ob remedium animae suae fideleque ministerium eiusdem antistitis consentiente duce baioariorum Heinrico imperiali precepto concessum. Nos autem aecclesiasticae utilitati nichilominus prospicientes. hoc praesenti precepto nostro curtem predictam cum uniuersis edificiis ac sepium munitionibus illi imperpetuum firmamus. manu propria subtus roborantes.

Signum Chuonradi secundi (Monogramma) inuictissimi regis. Oudalricus cancellarius ad uicem Aribonis archicapellani recognoui.

Data III Kal. Septembris. indictione VII. Anno millesimo XXIIII. dominice incarnationis. Anno primo domni Chuonradi II regnantis. Actum Moguntie feliciter Amen.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 32. II. f. 110. III. f. 114.

b) Diem mensis codex I. medii saec. XII. et cod. III. initio saec. XIV. legunt III. K. id est: Kalendas; ast codex II. dictus Conradi sacristae, an. 1187 scriptus, coaeva manu, eodemque atramento correxit: Id. i. e. Idus, qui dies, nimirum 11. Septembr., cum indictione VII. ac anno regni primo Chonradi II., anno indicato 1024 respondentibus, ac cum ipso loco peracti negotii, nempe Moguntiae, magis favent historiae huius regis, qui Moguntiae hoc anno 8. Sept. coronatus, ibidem et in vicinia, scil. Oppenheim et Ingelheim, per aliquot, immo plures substitit dies. Cnfr. Wippo in vita Chonradi II. et Stenzel Geschichte Deutschl. unter den fränkischen Kaisern II. 181 et 184.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 146. edit. Ratisb. 99. in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 223., in Meichelbeck hist. fris. I. 216. et ex eo in Ried. cod. dipl. ratisb. I. 139. num. 147.

CLVIII.

Anno 1024. 17. Octobr. Noviomagi.

Chunradus II. rex ecclesiae babenbergensi donationem abbatiae Chizzinga, sitae in pago Gozfelt, factam ei ab antecessore suo Heinrico II. imperatore, confirmat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Chvnradus diuina fauente clementia Rex. Omnium Chriſti noſtrorumque uniuerſitatem ſcire uolumus qualiter fideliſ noſter Eberhardus Babenbergenſis videlicet Epiſcopus celſitudinem noſtram adiit humiliter obſecranſ vt inter cetera eccleſie ſue bona. ſibi ab anteceſſore *noſtro* Heinrico imperatore glorioſiſsimo cum preceptorum traditionibus donata. abbatiam Chizzinga nominatam ſitam in pago *Gozfelt* in comitatu . . . . . noſtre etiam auctoritatis reſtauratione confirmaremus. Nos ergo quoniam ubicunque predeceſſorum noſtrorum traditioneſ ſtabilimuſ noſtraſ quoque donationeſ eo ſolidioreſ inpoſterum eſse putamus. peticioni eiuſ rationabili ac iuſte aſsensum prebenteſ. abbatiam eandem cum omnibuſ appenditiiſ ſuis ſiue magnis ſeu paruiſ. ac cum omni utilitate que vel ſcripta vel nominata inde provenire poſsit. ſicut ab anteceſſore noſtro ad eccleſiam et altare ſancti Petri apoſtoli tradita eſt. eidem prenominato epiſcopo ſucceſſoribusque eius in proprium ac perpetuum uſum confirmatione ſolidiſsima donamus atque confirmamus. Et ut hec noſtre auctoritatiſ reſtauratio ſtabiliſ et inconvvlſa permaneat. eam manu propria roboranteſ. ſigilli noſtri inpreſsione iuſsimus inſigniri.

Data XVI Kal. Nov. Indictione VII. Anno dominice incarnationiſ M°XXIIII°. Anno uero domni Chunradi ſecundi reg. I°. Actum (N) Oviomago.

a) Ex cod. cop. saec. XIII. f. 100.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Ludewig scr. rer. bamb. 1119. et in Lünig spicileg. eccl. II. Theil. 12.

d) Nomen pagi alia manu, coaeva tamen aetati codicis, insertum est spatio vacuo, ex diplomate scilicet primae donationis 1007. 1. Nov. Nomen comitis pagensis in utroque instrumento omissum est, in hoc altero saltem spatio vacuo illi relicto.

CLIX.

Anno 1025. 6. Maii. Suarzabrucca.

Chunradus II. rex Egilberto frisingensi episcopo donat praediola Riut, Stettun, Aripinriut, Steinrunahi, Horuun, sita in septentrionali parte Danubii fluminis et in comitatu Rovtperti comitis.

(Chrismon.) In nomine ſancte et indiuiduc trinitatiſ Chuonradus diuina fauente clementia rex. Cunctiſ fidelibus noſtriſ preſentibus atque futuris Notum eſse uolumus qualiter noſ ob animae noſtrae remedium uenerandique Egilberti fidelis noſtri friſingenſis ſcilicet ſedis antiſtitis peticione(em) quedam proprietatiſ noſtrae prediola ſic nominata ad Riut ad Stettun ad aripinriut ad ſteinrunahi ad horuun quae pezili Ouvvamanni filius ſeruuſ noſtrae poteſtatis poſsedit praedictique preſulis aduocato Oudalſcalcho ceteriſque miſsiſ ſuis cum terminiſ propriiſ premonſtrauit in ſeptentrionali parte danubii fluminiſ et in comitatu Rovtperti comitiſ ſitaſ (ſita) in proprietatem conceſsimus et per hanc regalem paginam in iuſ eius atque dominium tranſſundimus cum curtiferis edificiiſ terriſ cultiſ et incultiſ pratiſ ſiluis aquis aquarumque decurſibus uiiſ et inuiiſ molendiniſ piſcationibus cidalweidiſ queſitiſ et inquirendiſ. omnibusque legitime ad loca eadem pertinentibus ea uidelicet ratione ut prefatuſ

preſul liberam in rebus predictis habeat poteſtatem tradendi ſeu ſibi retinendi aut quicquid ſibi libitum fuerit exinde faciendi. Et ut haec noſtrae conceſsionis auctoritaſ ſtabiliſ et inconuulſa permaneat hoc preſens preceptum inde conſcriptum manu propria roborante ſigilli noſtri inpreſsione iuſsimus inſigniri.

Signum domni Chvonradi regiſ inuictiſsimi (Monogramma).

Ovdalricus cancellarius inuice Aribonis archicappellani recognoui. Data II Non. Mai Indictione VIII. Anno dominicae incarnationis MXXV. Anno vero domni Chvonradi ſecundi regiſ inuicti. I. Actum Suarzabrucca feliciter in dei nomine Amen.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 12. II. f. 109. III. f. 101. b., qui omnes conveniunt in loco peracti negotii, cum alia copia saec. XIVti libr. cop. I. f. 60 assuta legat: Swarzahapruca, quem locum Meichelbeck mox laudandus male legit: Swarzadapuca; est enim Schwarzenbruck in praeconatu Altdorf, haud procul a Mögeldorf et Nürnberg, quod iam animadvertit Stenzel Gesch. Deutschlands unter den fränkischen Kaisern II. 183.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 143. edit. Ratisb. 97. in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 223. et in Meichelbeck hist. fris. I. 218.

d) Ex locis donatis in cod. II. solum praenotantur: Steten, Arbenriut.

CLX.

Anno 1027. 16. Julii. Ulmae.

Cunradus II. Romanorum imperator Meginhardo wirceburgensi episcopo eiusque ecclesiae sylvam circa monasterium Murrehart, in pagis Murrechgowe et Chogengouwe et in comitatibus Heinrici et Rvotkeri, terminis descriptam, cum banno sylvestri donat.

In nomine ſancte et indiuiduc trinitatis Cunradus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Omnium dei noſtrique fidelium vniuerſitati notum eſse cupimus, qualiter nos interuentu ac petitione dilecte coniugis noſtre Giſile Imperatricis auguſte necnon Aribonis Moguntine ſedis venerabilis archiepiſcopi, quandam ſiluam circa Monaſterium Murrehart, cui abbas Adalolfus, preeſse uidetur, ſita (ſitam) in pago Murrechgowe et Chogengouwe, in comitatu Heinrici et Rvotkeri, cuius terminatio tendit ab ortu riui qui dicitur wililaffa (wisilaffa?), uſque ad montes Saſsenberg et ſic per medium duorum riuorum Heroldesbach et wizzaha, et ita ad montem Eichenberg, et de eodem monte in fluvium qui uocatur Murra et per aſcenſum eius, quod (quoad) influat Lvtiraha eandem murram, et ſic in ſurſum per lutiraha uſque Siuerenefbach, et per aſcenſum eius uſque ad medium montis Hochburc, et ſic in directum uſque ad ſemitam que ducit per Meginhart, et ſic per illam ſemitam, uſque ad fontem fluminis Scamnirote. et per decurſum eius uſque Chohinaha, et per aſcenſum eius Steigirifbach, et ſic per confinia francorum et Sweuorum uſque ad ſupradictam fontem wiſilaffa, conſenſu et collaudatione prouincialium Heinrici Comitis, Rvockeri et alterius Heinrici, Hermanni. Cunradi. Eberhardi. Heinrici et eius fratris. Popponis. Guontberti. Sigiboldi. Ezzonis. penitusque omnium antea in eadem ſilua communionem

nem venationis habentium, Meginhardo Wirzeburgenſi Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus donamus, ab hinc ſub foreſtis nomine perpetualiter permanenda (permanendam) banni noſtri diſtrictione firmiſsima confirmamus. ea uidelicet ratione ut nullius iuris perſona infra terminum preſcriptum feras tali hucuſque banno circumſeptus (circumſeptas), abſque licentia prefati epiſcopi uel abbatis prenominati monaſterii, ſiue ſucceſſorum illorum aut illius qui ab eis ſuper eandem ſiluam poteſtatem habuerit audeat capere, diſturbare aut inquietare. Et ut hec noſtre donationis auctoritas ſtabilis et inconuulſa omni tempore perſeueret Hanc cartam inde conſcriptam manu propria ſubtus roboratam ſigilli noſtri impreſsione iuſsimus inſigniri.

Signum domni Cunradi inuictiſsimi Romanorum imperatoris auguſti. (Monogramma.)

OVdalricus cancellarius ad uicem aribonis Archicapellani recognovit. Data. XVII. Kalend. auguſti. Indictione. X. Anno dominice incarnationis. M. XXVII. Anno autem domni Cunradi ſecundi Regnantis III. Imperii uero. I. Actum Vlme feliciter Amen.

a) Ex libr. cop. wirceb. signato n. 5. p. 225. et ex altero libr. cop. Lupoldi de Bebenburg num. 50. et ex libro albo privileg. num. 272. fol. 11. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in fr. Petri Suevia eccles. 628. in Crusii annal. Sueviae II. 188. in Lünig spicileg. eccl. II. Theil. operis Tom. XVII. 940. num. 16., et in Wibel Hohenloh. Kirchenref. Gesch. III. Theil. cod. dipl. 55. n. 11.

CLXI.

Anno 1028. 1. Aug. Altstetten.

Chunradus II. imperator monasterio bergensi confirmat omnia bona, quae Biletrud dudum a marito eius, duce Berchtoldo, accepta in pagis Swamfelden, Solczgawe et Norkawe, fundato ibi monialium coenobio donaverat.

In nomine ſancte et indiuiduc trinitatis. Chunradus diuina fauente clemencia Romanorum Imperator Auguſtus, Ad presentis vite statum et ad eterne retribucionis ſpem ſibi profectum parat quisquis Eccleſias dei uel a fundamento locat, uel a peruerſis dirutas aliquibus bonis ſuis locupletat, Que copia cum maxime Regibus et Imperatoribus presto ſit, ex quo ſe christiane religioni ſubdunt. pium ac rationale nobis videtur nil ab hiis deuitare quibus credimus anteceſſores noſtros ſibi eternam requiem promeruiſse, Vnde dei noſtrorumque fidelium tam presencium quam et futurorum Vniuersitati notum eſse volumus qualiter nos ob interuentum et petitionem dilecte coniugis noſtre Gisele Imperatricis Auguſte, et amantiſsime noſtre prolis Heinrici Regis omnia bona, que dux Perchtoldus Beletrudi vxori ſue dudum in proprietatem tradidit, In Pagis Swamfelden, Solczgawe, Norkawe, et que ipsa ad monasterium Pergense, quod in honore ſancte marie virginis et ſancti Johannis Ewangeliste fundauit, Sororibus inibi ſecundum regulam ſancti Benedicti deo ſeruientibus in perpetuum proprietatis vſum eciam donauit cum omnibus ad idem pertinentibus, cum Areis, Edificijs, agris, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, compascuis, ſiluis, venationibus, Judicijs, molis molendis(endinis) aquis, aquarumue decurſibus, Piscationibus, Viis et inviis, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis. cum mancipiis utriuſque ſexus

ſeu cum omni vtilitate que vllomodo inde prouenire poterit, auctoritate noſtre Imperialis majestatis eandem donacionem admittimus, confirmamus, et eidem Ecclesie omni ſub titulo vere proprietatis preſentibus incorporamus, Eo quoque tenore vt prefati Monaſterij Abbatiſse liberam dehinc habeant poteſtatem, antedictum predium tenendi, possedendi (poſsidendi), colendi, edificandi, Aduocatum ſupponendi uel quicquid ſibi de hiis omnibus placuerit faciendi. Quatenus eas melius delectet pro noſtri Imperij ſtabilitate et incolumitate noſtra iugiter dei miſericordiam implorare, Et vt hec noſtre confirmacionis auctoritas ſtabilis et inconuulsa omni tempore perseueret Hanc Paginam inde conſcriptam ſubtuſque manu propria roboratam Sigilli noſtri impreſsione iuſsimus inſigniri Signum domini Chunradi Inuictiſſimi Romanorum Imperatoris, Vdalricus Cancellarius vice aridonis (Aribonis) Archicapellani recognoui. Data Kalend. Auguſti Indictione. XI. Anno dominice incarnacionis MXXVIII. Anno vero domni Chunradi ſecundi Regnantis IIII. Imperij vero II. Actum Altersteten feliciter amen.

a) Ex transsumpto per episcopum eystetensem anno 1357. 11. April. cum aliis instrumentis recognito, quorum hocce diploma quartum et ultimum est.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum.

CLXII.

Anno 1029. 3. Novembr. Coloniae.

Conradus II. imperator privilegium protectionis, monasterio SS. Udalrici et Afrae ab antecessore suo Heinrico II. concessum, inserendo renovat atque confirmat.

Conradus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus. Vniuersis sacri Imperii nostri fidelibus gratiam suam et omne bonum. Imperialis Excellentia tunc sui nominis titulos ampliat et extollit cum loca Deo (Dei) cultui dedicata et personas Deo famulantes benigno fauore prosequitur ac eorum iustis et rationalibus petitionibus fauorabiliter se inclinat. Ex parte itaque uenerabilis Abbatis Frideboldi et Conuentus S.S. Vdalrici et Affre Augustensis Ciuitatis nostro Culmini fuit humiliter Supplicatum ut priuilegium eis ab Henrico Romanorum Imperatore antecessore nostro indultum nostris oblatum conspectibus uellemus de benignitate nostra confirmare, cuius tenor talis est: „Henricus Diuina fauente clementia Romanorum Imperator Au„gustus. Ratio suadet et Justitia exigit ut ad protectionem Ec„clesiarum Dei et defensionem etc.“ Nos igitur praedictorum Abbatis et eius Conuentus piis supplicationibus inclinati praescriptum priuilegium et eius tenorem ab antecessore nostro Henrico Romanorum Imperatore ipsis datum de Imperiali benignitate confirmamus et scripti praesentis munimine innouamus, praedictam etiam Ecclesiam S.S. Vdalrici et Afre cum rebus suis uniuersis tam mobilibus quam immobilibus tam intra quam extra Ciuitatem Augustensem ex suprema Imperatoria potestate in perpetuam Imperii nostri et nostrum (nostrorum) successorum protectionem specialiter suscipimus, statuentes ut nullus Regum aut Imperatorum nec Archiepiscopus nec Episcopus eiusdem

loci, nec Abbas nec Dux nec Marchio nec Comes nec alia maior minorue persona sententiam nostram infringere aut uiolare praesumat, sed maneat in perpetuum cui collata est Ecclesiae commodis ualitura, et ut haec in perpetuum firma et inconuulsa permaneat (permaneant), praesentem paginam sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Data III. Non. Nouemb. Indict. XII. Anno Incarnationis Dominicae M. XXIX. Anno uero Domini Conradi II. Imperatoris III. Actum Coloniae feliciter Amen.

a) Ex editione Mon. Boic. XXII. 164. n. 1. inter monumenta S. Udalriciana, cum charta apographa saec. XII. ibi laudata nondum sit inventa, desumtum, collatum autem cum copia vidimata per David Schwarz civem augustensem ac notarium caesareum. 1650. 13. Febr.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum, ut supra, quae tamen editio in aliquibus eget correctione, sic p. 163. lin. 7. leg. ex, p. 165. lin. 8. inseratur tam.

CLXIII.

Anno 1030. 17. Januar. Trutemane.

Chonradus II. imperator fideli suo Manigoldo concedit mercatum cum moneta, theloneo, et cum omni publico negotio in loco Uueride, sito in pago Rieze, in comitatu Friderici.

In nomine sancte et indiuiduae Trinitatis. Chonradus Diuina fauente Clementia. Romanorum Imperator Augustus. Omnium dei nostrique fidelium praesentium scilicet ac futurorum nouerit industria. Qualiter quidam noster fidelis. Manigoldus nomine. nostrae adportauit presentiae. preceptum ab Anteceſſore nostro tertio Ottone Imperatore. patri suo Ariboni de mercato sibi

conceſſo donatum. humiliter obſecrans. ut idipſum ſibi etiam noſtra imperiali confirmaremus potentia. Cuius rationabili petitioni aſſenſum prebentes. ob interventum dilectae coniugis noſtrae Giſilae Imperatricis Auguſtae. et Chariſſimi filii noſtri Heinrici Regis. prefato fideli noſtro. Manigoldo. poteſtatem (lectio dubia) atque licentiam habendi mercatum cum Moneta. theloneo et cum omni publico negotio. in Loco Ueride dicto. ſito in pago Rieze. in comitatu Friderici. maxime (lectio dubia) tamen omni ſabbato negotiandi. ſicut ab anteceſſore noſtro. patri ſuo conceſſum eſt. per hoc noſtrum Imperiale preceptum. confirmamus atque corroboramus. Inſuper attendentes predicti Manigoldi (lectio dubia) fidele et deuotum ſeruitium Augmentamus eidem M. (Manigoldo.) annuale Mercatum per tres dies continuos. id eſt in Kalendis Maii. et in duobus proximis diebus. in prefato loco habendum. Imperiali potentia firmiter precipientes. ut omnes homines idipſum Mercatum quaerentes. negotiando. eundo et redeundo. pacem ſemper obtineant. Siquis autem aliquem ex his moleſtauerit. aut ipſum Mercatum irritum faciens violauerit. tale Bannum ſciat ſe compoſiturum. quale componeret. ac ſi illud mercatum Ratisponae aut Auguſtae inquietaret. Et ut hoc verius Credatur. diligentiusque per futura annorum curricula obſervetur. Chartam hanc inde conſcriptam. manuque propria corroborantes (corroboratam). ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum domini (domni) Chonradi. Inuictiſſimi Romanorum Imperatoris (Monogramma) Auguſti. Vdalricus Cancellarius ad vicem Aribonis Archi-Epiſcopi recognouit.

Data XVI. Kalend. Febr. Indictione XIII. Anno dominicae Incarnationis Mill. XXX. Anno autem domini (domni) Chonradi ſecundi. Regni VI. Imperii vero III. Actum Trutemanne. feliciter. Amen.

a) Ex libro quodam copiali, medio saec. XVI. conscripto, signato lit. A., continente privilegia urbis Donauwörth, fol. 1. et 2. Scriptor huius copiae quaedam, prima vice male scripta, tam supra lineas, quam in

margine correxit, nimirum ex authographo, quod prae se habuisse censendus est, cuius etiam scribendi, abbreviandi ac interpunctandi morem secutus est. Nos hic emendatiorem damus lectionem. Habetur quidem in eodem Tomo fol. 172. b. et 173. alia copia inserta privilegio confirmatorio Rudolphi II. imperatoris, urbi Donauwörth 1576. 14. Octob. in comitiis ratisbonensibus dato; nullatenus tamen ex autographo transsumpta.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Lünigs Reichsarchiv, parte speciali continuat. IV. et ultima, quae est totius operis Tom. XIII. p. 405.; in Lori Lechrain num. 1., apud utrumque ex copia privilegio Rudolphi II. inserta.

CLXIV.

Anno 1031. circa 30. Julii. Goslari.

Chunradus II. imperator Egilberto episcopo frisingensi concambium cum Williborto factum confirmat, a quo, tradita ei curte Hasalbach, praedium in Dietbirgiriut ecclesiae suae frisingensi adquisivit.

(Chrismon.) In nomine ſancte et indiuiduae trinitatiſ Cvonraduſ diuina fauente clementia imperator romanorum auguſtus. Si bona que ad aeccleſias dei ab anteceſſoribus noſtris regibus uel imperatoribus et ab epiſcopis abbatibus uel aliquibus beatae memoriae uiriſ data inuenimus ea ibidem imperialis noſtri precepti diſtrictu ſtabiliri ſtuduerimus pro hoc ſtudio noſtrum regnum ſtabilius fieri et noſ aeternam requiem promereri minime ambigimus. Unde dei noſtrique fidelium preſentium ſcilicet et futurorum uniuerſitati notum eſse uolumus. qualiter fidelis noſter Egilbertus Friſingenſis epiſcopus cum filio noſtro heinrico fere-

nitatiſ noſtrae clementiam adiit humiliter obſecranſ ut concambium quod ipſe cum williborto in predio et in caetera utilitate habet factum ad eccleſiam ſuam friſingam in honore ſanctae dei genitriciſ Marie ſanctique Corbiniani confeſſoris atque pontificiſ conſtructa (conſtructam) per imperiale noſtrum preceptum confirmaremus. vt ab omnibus autem Chriſtique fidelibus hoc concambium quid ſit cognoſcatur breuiter in subiecta descriptione demonſtratur. Idem uero predictus W.(illibortus) tale predium quale ipſe habebat firmum in loco Dietbirgiriut in comitatu . . . . cum omnibus ad idem aſpicientibus uilliſ et cum omni ſua integritate ad preſcriptam aeccleſiam in perpetuum delegauit. Econtra vero ſibi epiſcopus cum conſenſu et conlaudatione fidelium et cum manu ſui nominatiſsimi aduocati Ovdalſchalchi comitiſ cortem unam Haſalbach nominatam cum omnibus ad eandem pertinentibus in proprium tradidit. Quorum peticioni pium ſicut erat aſsenſum prebenteſ ob interuentum dilecte coniugis Giſile imperatricis auguſte. id ipſum a preſato fideli noſtro E.(gilberto) epiſcopo per commutationem quae . . . . (acquiſitum?) ad monaſterium ſuum per huius noſtri imperialis ſcripti tenorem ſtabiliuimus atque confirmauimus. ea uidelicet ratione ut ipſe ſuique ſucceſsores omnium hominum contradictione remota de eodem predio liberam deincepſ poteſtatem habeant tenendi tradendi uendendi commutandi uel quicquid placuerit ſibi faciendi ad uſum tamen prenominate aeccleſiae. Et ut haec noſtrae confirmationiſ auctoritaſ ſtabiliſ et inconuulſa per futura annorum curricula obſeruetur. hoc preceptum inde conſcriptum ſubtusque manu propria confirmantes atque corroborantes ſigilli noſtri inpreſſione iuſsimus inſigniri.

Signum domni Chvonradi (Monogramma) inuictiſsimi romanorum imperatoriſ Auguſti.

Ovdalricuſ cancellariuſ recognouit.

Data Indictione XIIII. Anno dominicae incarnationis MXXXI. Anno autem domni Chvonradi ſecundi regni VII. Imperii vero V. Actum Goſlari. feliciter Amen.

a) Ex

a) Ex lib. cop. fris. I. f. 16. b. III. f. 104. b.

b) Nomen comitis pagensis non est expressum, sed illi spatium vacuum relictum.

c) Nec dies nec mensis sunt notati, similiter relicto illis spatio vacuo. Indictio ac uterque annus, tum regni tum imperii respondent anno Chr. indicato 1034, ita tamen; ut annus imperii nonnisi a 26. Mart. incipiat, et annus regni iam in 7. Sept. finiatur, ut adeoque hoc diploma inter 26. Mart. et 7. Sept. datum esse, concludendum sit. Aut ergo fine Martii, aut circa 20. Julii exaratum est; nam utroque tempore imperator Chonradus II. Goslariae fuit. Cnfr. Stenzel Gesch. Deutschl. unt. d. fränk. Kaisern. II. 195.

d) Editum in Meichelbeck hist. fris. parte diplomatica pag. 504. n. 1198., ubi num. 1197. praemisit ipsam concambii chartam privatam, quod lumen affert imperiali confirmationi.

CLXV.

Anno 1033. 24. Julii. Imileb in Thuringia.

Chunradus II. imperator Egilberto frisingensi episcopo eiusque ecclesiae curtem Enilingun, sitam in comitatu Ovdalscalchi comitis, donat.

In nomine ſanctae et indiuidue trinitatiſ Chuonraduſ diuina fauente clementia romanorum imperator auguſtuſ. Si uenerabilia aeccleſiarum dei loca dono liberalitatiſ noſtrae in aliquibus adaugere ſtudemus id profecto ad ſtatum regni noſtri et ad ſalutem animae noſtrae liquido proficere non modo ſperamus sed certiſsime ſcimus. Proinde omnium Chriſti noſtrorumque fidelium preſentium ſcilicet et futurorum nouerit uniuerſitaſ. quod ego Chuonraduſ gratia dei imperator auguſtus ſpe diuinae remunerationiſ. immo propter peticionem dilectiſsime coniugiſ meae Giſilae imperatriciſ auguſtae necnon et filii noſtri heinrici regiſ. inſuper pro amore et ſeruitio Egilberti Friſingenſis aec-

cleſiae uenerabiliſ epiſcopi gemina fidelitate nobiſ deuotiſſimi. altera quidem quod in noſtro ſemper ſtrenuus erat obſequio. altera uero quod eundem filium noſtrum a nobiſ ſuae procurationiſ uigilantie commendatum paterno educauit animo. dedi ad altare ſanctae dei genitriciſ Marie in ciuitate Friſinga ubi egregius Chriſti confeſsor Corbinianuſ corpore requieſcit. curtem Enilingun ſitam in comitatu Ovdalſcalchi comitiſ cum omnibus eiusdem loci iuſticiiſ ceteriſque pertinentiiſ cum aeccleſia dote et decimiſ legitime confirmata. cum areiſ edificiis et utriuſque ſexuſ mancipiiſ exitibus et reditibus uiiſ et inuiiſ agriſ paſcuiſ ſiluiſ pratiſ aquis aquarumue decurſibus moliſ molendiniſ piſcationibus queſitiſ et inquirendis cultiſ et incultiſ et cum omnibus utenſilibus quae aut ſcribi aut nominari poſsunt. Eo uidelicet tenore eandem curtem de noſtri dominii iure in iuſ et dominium predicte friſingenſis aeccleſiae omnino tranſſundimus. et in proprium perpetuo poſsidendum tradimus. ut idem uenerabiliſ preſul egilbertus ſuique ſucceſsores liberam habeant poteſtatem eam ſicut aliaſ aeccleſie proprietates libere poſsidendi. et ſi opuſ fuerit commutandi ſeu quicquid ad uſum aeccleſiae ſibi libitum fuerit inde faciendi. Et ut haec noſtra imperialiſ tradicio ſtabiliſ et inconuulſa omni permaneat euo. et ut nulluſ noſtrorum uel alia perſona haec noſtra dona audeat uiolare aut infringere hanc precepti noſtri paginam inde conſcriptam. ipſe idemque dilectuſ filiuſ noſter rex heinricuſ. ego ſua peticione — ille mea licentia et collaudatione uterque in ſuo monogrammate manu propria ſubtuſ roborantes ſigilli noſtri impreſsione iuſſimus inſigniri. Signum domni Chuonradi inuictiſsimi romanorum imperatoriſ auguſti.

Signum domni Heinrici (Monogramma) tercii regiſ inuictiſſimi. Burchardus cancellariuſ ad uicem Bardonis archicapellani recognoui.

Data anno dominicae incarnationis MXXXIII. Indictione I. XII Kal. auguſti. Anno autem domni Chuonradi ſecundi regni VIIII. imperantiſ vero VII. Anno etiam domni Heinrici tercii regiſ VI. Actum in prouintia Turinga apud regalem curtem Imileb feliciter amen.

a) Ex lib. cop. fris. I. f. 22. b. II. f. 110.
b) Notae chronologicae omnes inter se conveniunt.
c) Editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 145. edit. Ratisb. 98. in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 225. et in Meichelb. hist. fris. I. 229.
d) Locum donatum descriptor codicis I. in margine notat: de çurte Einlingun.

CLXVI.

Anno 1034. 19. Maii. Bereharthuse.

Chuonradus II. rex servo suo Paboni praedium in Waltendorf, in pago Filisihart et in comitatu Ottonis marchionis situm, et octo nominata de eius beneficio mancipia donat.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Chuonradus diuina fauente clementia romanorum imperator auguſtus. Omniumque Chriſti noſtrique fidelium tam futurorum quam et preſentium uniuerſitati notum eſse cupimus qualiter noſ ob interuentum ac peticionem dilecte coniugis noſtrae. Giſile imperatricis uidelicet auguſtae et amantiſsime noſtrae prolis haeinrici regiſ nec non et Pilgrimi colonienſis archiepiſcopi uenerandi quoddam noſtri iuriſ praedium idem (item) unum nobiliſ uiri manſum in loco waltendorf dicto in pago Filiſarihart et in comitatu Ottoniſ marchioniſ ſitum cuidam noſtri ſcilicet iuriſ ſeruo. Pabo dicto cum omni lege et utilitate ad idem predium pertinente in proprium tradidimus. areiſ. edificiiſ agris campiſ pratis paſcuis exitibus et reditibus terriſ cultiſ et incultiſ. ſiluis uenationibus uiiſ et inuiiſ aquis aquarumque decurſibus piſcationibus moliſ molendiniſ queſitis et inquirendis nec non cum omni commoditate que ſcribi aut nominari poteſt. in proprietatem tradidimus. inſuper etiam eidem P. VIII de ſuo beneficio mancipia idem willinum. Rvozinum. Regilam. Sickam. Luozam.

et iterum Luoizam. Enzam in proprium iuſ ac poteſtatem conceſsimus. eo uidelicet tenore ut preſcriptus P. de prenominato predio et mancipiiſ liberam deinceps habeat poteſtatem tenendi tradendi uendendi commutandi. vel quicquid ſibi placuerit faciendi. Et ut hec noſtrae donationis auctoritatiſ (auctoritas) ſtabilis et inconuulſum (inconuulſa) omni permaneat euo. hanc paginam inde conſcriptam ſigilli noſtri inpreſsione iuſsimus inſigniri. Data VIII Id. Maii. anno dominice incarnationis MXXXIIII. Indictione II. Anno autem domni Chuonradi ſecundi regnantiſ X imperantiſ vero VIII. Actum Bereharthuſe feliciter amen.

Signum domni Chuonradi (Monogramma) inuictiſsimi romanorum imperatoriſ auguſti.

a) Ex codice antiquissimo raitenhaslacensi, conscripto medio saec. XII. usque circa finem eiusdem saec. pag. 15.

b) Notae chronologicae, quae omnes inter se conveniunt, cum loco peracti negotii et addita ad finem annuntiatione monogrammatis accurate delineati, alia manu nimirum sine saec. XIImi, adjunctae sunt in spatio, quod relictum erat, vacuo; desunt autem in codice secundo fine eiusdem saec. XII. et initio saec. X. exarato, p. 17 et 18.

c) Ineditum.

CLXVII.

Anno 1036. 12. Febr. Augustae.

Conradus II. imperator Reimberto abbati monasterioque in Pruel agellum versus vineas in Isning, terminis designatum, in pago Tunckawe et in comitatu Ottonis, exceptis triginta iugeribus donat.

Data II ydus Februarij Anno incarnacionis dominice Millesimo XXXVIo Indictione quarta Anno uero domini Conradi secundi regnante(is) XIIo Imperatoris Auguſti nono Actum Auguſte feliciter Amen.

a) Ex instrumento publici notarii, confecto 1414. 14. Novemb. super plures monasterii pruelensis chartas, quod appenso sigillo Alberti tertii episcopi ratisb. munitum est, atque testatur, literas regales et imperiales, tunc oblatas, omni prorsus vitio caruisse et integris adhuc sigillis instructas fuisse.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. metr. III. edit. Mon. 120. edit. Ratisb. 83. ex copia an. 1471. vidimata; in Mon. Boic. XV. 160. n. 4., ex praedicto instrumento publico; extractum autem copiose a Ried. in cod. ratisb. I. 150. De loco Genstal cnfr. Gemeiner Regensb. Chronick I. 151., hodie enim dicitur Kumpfmühl.

CLXVIII.

Anno 1040. 13. Jan. Augustae.

Heinricus III. rex weltenburgensis ecclesiae abbati donat praedium Potzenwangk, in pago Chelsgowe sive Kelhaim et in comitatu Ottonis.

Data ydus Januarij Indictione nona Anno dominice incarnationis. M. quadrageſimo Anno autem domini Heinrici tercij ordinacionis XIIo. regni vero X. Actum Auguſte feliciter amen.

a) Ex libro copiali weltenburgensi, circa an. 1450 conscripto pag. 166.

b) Indictio et annus ordinationis respondent anno Chr. notato. Annus vero regni ap. Hund. mox laudandum omissus, in Mon. Boic. XIII. 352. erronee X. lectus est, nimirum ex libro copiali supra laudato, ubi etiam aliae lectiones occurrunt, sic: pagus Kelhaim loco Chelsgowe; indictio nona loco VIII., et monogramma omissum est.

c) Editum in Hund. metr. III. edit. Mon. 480. edit. Ratisb. 332. in additionibus Gewoldi, qui testatur, se illud ex originali, quod nondum inventum est, hausisse; porro in Mon. Boic. XIII. 352. num. 1.

CLXIX.

Anno 1041. 14. Maii. Wormatiae.

Heinricus III. rex ecclesiae frisingensi curtem Ostermundingun, in pago Salzgowe et in comitatu Aribonis palatini comitis sitam, donat.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina ſauente clementia rex. Si ſanctarum eccleſiarum reſ ex noſtriſ facultatibus ampliamus hoc ad preſentis noſtrae uitae ſtatum et ad aeternae retributioniſ premium nobis profuturum eſse indubitamus. Huius ſpei gratia noſ ob interuentum ac peticionem Giſilae dilectiſsimae matriſ noſtrae imperatricis auguſtae. nec non et Tietmari Salzburgenſis aeccleſiae uenerabiliſ archiepiſcopi quandam noſtrae poteſtatis curtem Oſtermundingun nominatam in pago Salzgowe et in comitatu Ariboniſ palatini comitis ſitam friſingenſi aeccleſiae in honorem ſanctae Mariae ſanctique Corbiniani confeſſoris conſecratae et conſtructae. ob dilectionem et gratam nobiſ ſeruitutem Nitgeri eccleſie prefatae uenerabiliſ epiſcopi. Cum omnibuſ ſuis pertinentiiſ hoc eſt utriuſque ſexuſ mancipiiſ. areiſ. edificiiſ. terriſ cultiſ et incultis agriſ pratiſ paſcuiſ campiſ ſiluis uenationibus aeccleſiis decimationibus aquiſ aquarumque decurſibus moliſ *molendiniſ* piſcationibus uiiſ et inuiiſ exitibus et reditibus quaeſitiſ et inquirendiſ ſeu cum omni utilitate quae ullo modo inde *poteſt* prouenire in proprium dedimuſ atque tradidimus. Ea uidelicet ratione ut preſcriptus Nitgeruſ epiſcopuſ ſuique *ſucceſsores* de pretitulata curte liberam dehinc poteſtatem habeant ſcilicet tenendi commutandi precariandi uel quicquid *ſibimet* ad uſum prenominatae aeccleſiae placuerit inde faciendi. Et ut haec noſtrae traditioniſ regaliſ auctoritaſ ſtabiliſ et inconuulſa omni permaneat aeuo hanc paginam inde conſcribi

manu propria ut infra uidetur corroborantef. ſigilli noſtri inpreſsione iuſsimus inſigniri.

Signum domni Heinrici tercii (Monogramma) regiſ inuictiſsimi. Eberhardus cancellariuſ uice bardoniſ archicancellarii recognoui. Data II idus Maii Indictione VIIII. Anno dominicae incarnationiſ MXLI. Anno autem domni Heinrici tercii ordinationiſ eius XIIII. Regni vero II. Actum wormatiae feliciter Amen.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 4. II. f. 111. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 149. edit. Ratisb. 101. in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 227. in Meichelbeck hist. fris. I. 238.

CLXX.

Anno 1043. 14. April. Velenheim.

Heinricus III. rex donat Beringero, fideli militi genitricis suae, Giselae imperatricis, quatuor mansos, Tragesindorf, Mogenriut, Mazelinesriut et Bilingesriut, terminis rivulorum Lubuschange, utriusque Lua, Naba et Eschenbach designatos, sitos in pago Nortgowe et in comitatu Heinrici comitis.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex omnium Chriſti noſtrique fidelium tam futurorum quam preſentium induſtria noverint qualiter nos ob interuentum ac petitionem dilecte genitricis noſtre Giſile imperatricis auguſte Beringero eius fideli militi quatuor manſos Trageſindorf Mogenriut mazelineſriut a termino trageſindorf uſque ad fontem qui oritur lubuſchange et a maiore lua uſque ad minorem et bilingeſriut a fontibus qui ibidem oriuntur et Swinaha et rodewileſol et

et riuulo inde deſcendente et naba et Eſchenbach cum ſuis adiacentibus runcis regia noſtra beniuolentia in proprium tradimus ſitos in pago qui dicitur nortgowe in comitatu heinrici comitis cum omnibus ſuis appenditiis hoc est areis edificiis terris cultis et incultis pratis paſcuiſ aquis aquarumque decurſibus molis molendinis ſiluis venacionibus piſcacionibus exitibus et reditibus viis et inviis queſitis et inquirendis cum omni vtilitate que inde poterit provenire ea videlicet ratione ut prenominatus Beringerius de prefato predio liberam dehinc poteſtatem habeat obtinendi tradendi vendendi commutandi precariandi vel quicquid ſibi placuerit inde faciendi Et ut hec regia noſtre traditionis auctoritas ſtabilis et inconuulſa perenniter permaneat hanc cartam inde conſcriptam manu propria ut infra videtur corroborantes ſigilli noſtri juſſimus impreſſione ſigniri datum XVIII Kal. maij anno dominice incarnationis Mo. XLIIIo. indictione XI anno autem domni Heinrici tertii ordinationis eius XVIo regni vero IIIIto actum in velenheim in dei nomine feliciter amen.

a) Ex fragmento copiarum chartaceo S. Michael. Bambergae saec. XV. incip. vel XIV. desinente, ubi in fine manu descriptoris notatur: concordat cum originali.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum.

d) Locus peracti negotii non satis distincte expressus, legi primo intuitu posset: Veleiheim; ultra Rhenum dissitus esse debet, quia in regionibus Mosellanis degebat Heinricus III. cnfr. Stenzel Gesch. Deutschlands unter d. fr. Kaisern II. h. a.

CLXXI.

Anno 1043. potius, quam 896. 2. Octob. Ratisponae.

Arnoldus (Arnolfus, sive potius *Heinricus III.*) imperator, ad monasterium in loco Mosaburc constructum terram pascualem, in septentrionali plaga eiusdem loci sitam, tradidisse dicitur.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ Arnolduſ diuina fauente clementia romanorum imperator auguſtus. Cum uel orphanorum aut eccleſiarum omniumque egentium inopiam prout poſsumus diuiniſ uel terreniſ diuitiiſ ditare cupimus. quia inde inmarceſscibilem coronam a deo adipiſci credimuſ. et boniſ premia. maliſque penaſ cumulamuſ unde in extremo examine eterna premia ſperamus. Idcirco nouerint omneſ Chriſti noſtrique fideleſ. tam futuri quam preſenteſ qualiter noſ pro remedio animae noſtrae. omniumque parentum noſtrorum in Chriſto dormientium requie. ad monaſterium in honore ſanctae et indiuidue trinitatiſ. atque intemerate uirginiſ Mariae. nec non beati Caſtuli martyris. in loco Moſaburc conſtructo (conſtructum). ad altare ubi predictus martyr requieſcit. terram paſcualem tradidimus in ſeptentrionali plaga eiusdem loci ſitam. ſcilicet a paſso et chdero (chd'ro — choro?) uſque dum Ambara cadit in flumen qui dicitur Iſara. Ea uero conditione. ut quicunque aut de familia beatae Mariae. aut beati Caſtuli precioſi martyriſ. in prefato loco manſionem habuerit. omnem utilitatem. quam ſiue in agriſ. ſiue in pratiſ. ſiue in ſiluuliſ inde habere poterit. noſtre clementia miſericordiae ſibi omnique poſteritati ſuae de prefata familia exiſtenti. hereditario iure habere conceſsimus. Nolumus (Volumus) autem ut nulluſ epiſcopuſ ſiue patronuſ. ſiue magnus ſiue paruuſ. ullam poteſtatem habeat inde aliquid faciendi. Et ut haec noſtrae imperialiſ traditioniſ auctoritaſ ſtabilis et inconuulſa per

ſuccedentium momenta temporum permaneat. Hanc cartam inde conſcriptam manu propria ut infra uidetur corroborantes ſigilli noſtri inpreſsione iuſsimus inſigniri.

Signum domni Arnoldi regis (Monogramma) romanorum imperatoris auguſti.

Adalgerus cancellarius uice bardonis archicancellarii recognoui.

Data VI. Non. Octobris. Anno dominicae incarnationis DCCCXXVI. Indictione XI. Anno autem domni Arnoldi ordinationis eius XVI. Regni vero V.

Actum Ratiſpone in dei nomine feliciter amen.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 46. II. f. 97. b., in quo ultimo nomen imperatoris duabus vicibus scribitur: Arnolfi.

b) Monogramma non est Arnolfi, sed potius convenit cum monogrammate Heinrici III. saltem imperfecto.

c) Cancellarius et archicancellarius indicati sunt ex aetate eiusdem Heinrici III.

d) Annum ineptissime notatum suo marte editores mutaverunt in annum 896., qui fuit primus imperii Arnolfi. Ast reliquae notae omnes chronologicae concordant cum anno 1043., quo adhuc 29. Septemb. Ratisbonae fuit Heinricus III. Cnfr. Stenzel Gesch. Deutschlands unter d. fränk. Kaisern. II. 216.

e) Ex quibus simul patet hanc copiam fuisse depravatam, nimirum ex diplomate aliquo Heinrici III. depromptam et Arnolfo imperatori adscriptam.

f) Editum in Hund. metr. II. edit. Mon. 505. edit. Ratisb. 349. in Meichelbeck hist. fris. I. II. 404. num. 906., qui quidem P. I. 149. eius meminit, sed absque nota anni.

CLXXII.

Anno 1048. 22. Octobr. Ratisbonae.

Heinricus III. imperator praedia in villis Buron, Chochalon, Puhila et Orta, in pago Huoson et in comitatu Oudalscalchi comitis sita, monasterio Sancti Benedicti in eadem villa Puron constructo restituit.

(Chrismon.) In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator Auguſtuſ: Si aeccleſiarum dei loca alicuius doni incremento meliorare uel ditare ſtuduerimus. nobiſ id profuturum eſse ininime (minime) dubitamus. Qua propter omnium chriſti fidelium preſentium ſcilicet ac futurorum nouerit uniuerſitaſ. qualiter noſ diuini amoriſ inſtinctu ac remedio animae noſtrae. ſiue interuentu atque petitione Adalperoniſ comitiſ. nec non GOTEHELMI abbatiſ tale praedium quale in illiſ. quatuor uilliſ BVRON chochalon puhila orta nominatiſ monaſterio in honore ſancti benedicti confeſsoris chriſti in eadem villa puron conſtructo priuſ pertinere uidebatur. ſitum in comitatu oudalſcalchi comitiſ. In pago uero huoſon. et poſtea in beneficium multiſ datum fuit nec etiam cum omnibus eius pertinentiiſ ſeu apenditiiſ areiſ. aedificiiſ. pratiſ. paſcuiſ. ſiluiſ. calmibus (callibus). montibus. uenationibus. aquiſ. aquarumue decurſibuſ. molendiniſ. piſcationibus. exitibuſ et reditibus uiiſ uel inuiiſ. queſitiſ ſeu inquirendiſ. atque cum familiiſ. ſiue cum omnibuſ quae quolibet modo dici aut nominari poſsunt utilitatibuſ. atque cum curtalibus et portare decimationibuſ per hanc noſtram regalem paginam corroborando et confirmando eidem monaſterio. ad uſum et ſtipendia fratrum inibi deo famulantium integre concedimus atque largimur de noſtro jure ac domnino (dominio) in eiuſ juſ et dominium omnino tranſſundimuſ. Ea quippe ratione ut preſcripti monaſterii prouiſoreſ et fratres ibi chriſto ſeruientes. de iam nominato praedio et decimationibuſ ſiue eo-

rum utenſilibus dehinc liberam habeant poteſtatem. ad utilitatem tamen aeccleſiae quicquid eiſ placuerit faciendi omnium hominum contradictione remota. Et ut haec noſtrae corroborationiſ ſeu confirmationiſ auctoritaſ ſtabiliſ et cum inuulſa (inconvulsa) omni permaneat tempore hoc praeceptum inde conſcriptum manu propria corroboranteſ atque confirmanteſ. ſigilli noſtri inpreſsione. inſigniri iuſſimuſ.;

Signum domni Heinrici tertcii Regiſ inuictiſsimi (Monogramma) ſecundi romanorum imperatoriſ auguſti.

Eberharduſ cancellariuſ uice burdoniſ (Bardonis) archi cancellarii et archi Epiſcopi recognouit.

Data xi. kl. Nov. Anno dnice incarnationiſ M. xl. viii Indictione. i. Anno autem domni HEINRICI. tercii regiſ. Secundi imperatoriſ. ordinationis eius. xx. Regni uero x. Imperii. ii. Actum in nomine domini RATISBONE. feliciter AMEN.

a) Deest ſigillum, nec illius aut impreſſi aut appenſi veſtigium apparet. Ex quo desumitur, non originale ſed aut copiam aut conceptum isto inſtrumento exhiberi. Ipsa tamen membrana, cum plica in medio eius et cum lineis ex latere adverso, ſtylo ferreo factis, folium est mediocre codici pergameno aptius quam diplomati imperiali.

Accedunt lineae in contextu inſtrumenti nimis coarctatae, negligentia etiam tam in charactere apicum commiſſa, quam in aliquibus vocabulis, quae per parenthesim notata sunt.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ita tamen, ut annus ordinationis accipiatur ante ſex menſes et 8 dies completus.

c) Editum in Mon. Boic. VII. 88 seq. et a Meichelbeck in chronico benedictoburano I. 39 seq., ubi quidem aliqui ſcriptoris errores correcti inveniuntur, attamen totus contextus fideliter exhibetur, quod haud obſervatur in edit. Mon. Boic. l. c.; nam ibi verba satis obscura: „atque cum curtalibus et portare decimationibus“ omiſſa sunt. Cnfr. Stenzel Geſch. Deutſchl. unter d. fränk. Kaiſern II. 225., quem etiam offendunt Eberhardus cancellarius et locus peracti negotii.

d) Veritatem historicam istius privilegii testatam faciunt antiquiſſima mo-

nasterii benedictoburani monumenta, chronicon fere coaevum Mon. Boic. l. c. p. 15., chronicon alterum medii saec. XII. ibid. p. 31 et 32., et codex traditionum eodem saec. XII. medio inchoatus ibid. p. 40., additis ubique rerum atque personarum rationibus, illustrando illi privilegio multum inservientibus.

CLXXIII.

Anno 1051. 10. Febr. Augustae.

Heinricus III. imperator servienti suo Rafoldo duos regales mansus in villa Nahtstall, in pago Zidalaregouwe et in comitatu Ouzzonis donat.

Datum IIII idus februarij Anno dominice incarnationis MLI indictione IIIIta Anno autem Hainrici tercij regis, imperatoris fecundi ordinacionis eius XXII regni eius XII imperij autem. V. in nomine domini dictum (actum) augufta in dei nomine feliciter amen.

a) Ex codice antiquissimo raitenhaslachensi saec. XII. pag. 13.

b) Notae chronologicae cum loco peracti negotii desunt in utroque codice, Imo medii, et Ildo finientis saec. XIImi; priori autem additae sunt spatio vacuo marginis superioris manu saeculi XVti, quae erroribus calami hinc inde laborat. Ad hosce ergo errores pertinent inprimis locus lineae ultimae post imperii autem V.: in nomine domini dictum Augusta in Dei nomine feliciter amen; loco: Actum Augusta sive potius Augustae etc.; deinde annus ordinationis XXII. loco XXIII. anno 1051. currentis ab editoribus Mon. Boic. III. 104. praeter fidem codicis emendatus; facta namque hac emendatione notae chronologicae omnes inter se conveniunt.

c) Editum in Mon. Boic. III. 103. num. 1., ubi haec corrigenda remanserunt; pag. 103. lin. 5. leg. 1051. lin. 14. leg. gebehardique; lin. 16. Ovzzonis; lin. 23. commutandi; p. 104. l. 3. leg.: MLI.

d) Locus traditus in margine codicis I. manu coaeva notatur: Scuonenberch, Zidelarn; in inscriptione autem ac in praemisso summario codicis IIdi sic: de Sconenberch et de communione foresti.

CLXXIV.

Anno 1052. 18. Maii. Basila.

Heinricus III. imperator fratribus Scti Viti (Frisingae) quatuor confirmat ecclesias cum decimis et pertinentiis, in Bovminunchirihun, in Bivwingun, in Hachingun et in Einilingun, insuper etiam, quicquid episcopi Egilbertus defunctus et Nitkerus tunc vivens ad altare Scti Viti tradiderunt et delegaverunt.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduc trinitatiſ Heinricuſ diuina fauente clementia romanorum imperator auguſtus. Si loca eccleſiarum dei et bona diuiniſ obſequiis mancipata anteceſsorum noſtrorum more confirmamus id profecto ad ſtatum regni noſtri et ad ſalutem anime noſtrae liquido proficere non modo ſperamus ſed etiam incunctanter cognoſcimus. Proinde omnium Chriſti noſtrorumque fidelium preſentium ſcilicet et futurorum cognoſcat induſtria. quod ego heinricus dono dei imperator auguſtus ob diuine talioniſ reſpectum et propter dilectionem immoque ſeruitium Nitkeri friſingenſis aeccleſiae uenerabiliſ epiſcopi aeccleſiam unam cum decimiſ et duabus hobis et utriusque ſexus mancipiiſ in loco Bovminunchirihun dicto alteram vero in loco Bivwingun nominato ſimiliter cum decimiſ et duabus hobiſ et utriuſque ſexuſ mancipiiſ. Terciam quoque aeccleſiam in loco Hachingun uocato. cum decimiſ et tribus hobiſ et mancipiiſ. Quartam quippe in loco Einilingun dicto

cum decimis et dote legitime confirmatam et cum una hoba. Insuper etiam quicquid antedictus presul et antecessor eius Egilbertus episcopus ad altare sancti viti Martyris tradidit et delegauit. hoc ego eidem altari et fratribus ibidem deo seruientibus proprie retinendum perpetuo. mee imperialis auctoritatis confirmaui priuilegio. Et ut nostra imperialis confirmatio stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo hanc cartam inde conscriptam manu propria ut subtus uidetur corroborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii regis inuictissimi (Monogramma) secundi romanorum imperatoris avgusti Winttherius cancellarius vice Luidboldi archicancellarii et archiepiscopi recognouit.

Data XV Kal. Jvnii. anno dominice incarnationis MLII. Indictione V. Anno autem domni Heinrici tercii regis secundi imperatoris ordinationis eius XXIIII. regni quidem XIII. imperii autem VI. in nomine domini Actum Basila feliciter amen.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 16. II. f. 112.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ita tamen, ut annus ordinationis numeretur completus ante unum mensem et quatuor dies.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 149. edit. Ratisb. 101. in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 228. et in Meichelbeck hist. fris. I. II. sive parte instrumentaria 511. num. 1218., ubi tamen ex cod. III. f. 104. erronee legitur: V. Kal. Junii (qui est 28. Maii); cum in utroque codice antiquiore legatur: XV. Kal. Junii. Difficultatem, quae huic instrumento oritur ex obitu Nitgeri fris. episc. 1052. 13. April., notavit Meichelbeck l. II. 248., quin eam solveret.

CLXXV.

CLXXV.

Anno 1055. 12. Mart. Vtingen.

Heinricus III. imperator ecclesiae eystetensi praedium Potonis, in palatino placito damnati, in locis Skeltdorf et Geroluingen, nec non vineas Aribonis palatini comitis et mansum unum in pago Nortgewe et in comitatu Heinrici comitis, donat, addita facultate, ut quisquis ex familia eiusdem ecclesiae vineas excolere possit a villa Rebdorf usque ad Inchingen.

(Chrismon.) In Nomine Sancte et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia. Romanorum Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus Chriſti noſtrique fidelibus tam futuris quam preſentibus, qualiter nos pro remedio anime noſtre. et regni. thorique noſtri conſortis, Agnetis Imperatricis, necnon prolis noſtre salute. ad titulum Eyſtetenſis Eccleſie, ad altare ſancti Saluatoris. et ſancte dei Genitricis marie vbi ſanctus Willibaldus corporaliter requieſcit, tale predium quale Poto habuit cum in palatino palacio (placito) reus maieſtatis criminabatur. et communi iudicio ab omnibus proſcriptus dampnabatur, quod noſtre poteſtati (tunc) legittime adiudicatum eſt in locis Skeltdorf et Geroluingen, talesque vineas quales Aribo palatinus Comes ad (in) beneficium habuit in montibus Ratiſpone ſitas. et vnum manſum in pago. Nortgewe dicto in comitatu Heinrici (Comitis) in proprium tradidimus cum omnibus ſuis appendiciis hoc eſt utriuſque ſexus. mancipiis. Areis. Edificiis. agris. pratis. Paſcuis. terris. cultis. et incultis. viis et inviis. ſiluis. venacionibus. piſcacionibus. molis. molendinis, aquis. aquarumque decurſibus, exitibus, et reditibus, queſitis, et inquirendis cum omni

vtilitate que vllomodo inde poterit prouenire. ea ſcilicet racione, quisquis ex familia prefate eccleſie vineam (velit) excolere a villa Rebdorf uſque ad Inchingen ſi clericus ſit, in congregatione (eiusdem eccleſie) cuicumque velit liberam poteſtatem habeat tradendi. ſi uero laycus cuicumque heredi ſuo velit, poteſtatem habeat donandi. (tantum ut nouem cadi eiuſdem loci ep̄ ſcopo reddantur.) Et (ut) hec noſtra (noſtre) imperialis tradicio (tradicionis auctoritas) rata (ſtabilis) et inconuulſa omni euo permaneat. hanc cartam inde conſcriptam manu propria, ut infra uidetur, corroborantes ſigilli noſtri inpreſsione iuſsimus inſigniri. (Data IIII Idus Marcii. Anno autem dominice incarnacionis M°LV. Indictione VIII. Anno uero domni Heinrici. Tertii Regis Romanorum Imperatoris ſecundi. Ordinationis eius XXVII. Regni XVI Imperii uero XIIII. Actum Vtingen. in dei nomine ſeliciter Amen.)

a) Ex libr. cop. eist. f. 17. b. et 18. nec non f. 10. dupliciter enim eidem codici insertum est; ast in priori copia f. 10. plura sunt omissa, tum in contextu, tum in fine instrumenti, quorsum pertinet mentio sigilli, loci, notarumque chronologicarum. Pauca, quae in altera copia, hic exhibita, aut omissa, aut erronee scripta sunt, ex priori correcta inveniuntur, notata tamen per parenthesim. Notandum praeterea in nomine proprio terrae, in cuius montibus vineae sitae dicuntur, errorem latere in utraque copia, quod facile ex sequentibus patescit; nam non Ratisponae, sed circa ipsam urbem Eichstet excolebantur.

b) Notae chronologicae omnes inter se conveniunt, excepto solo anno imperii, qui erronee dicitur XIIII. loco VIIII., incuria amanuensis, numeros Romanos X et V permiscentis.

c) Ineditum.

CLXXVI.

Anno 1055. 1. Novembr. Frankonofourt.

Heinricus III. imperator Annoni, coloniensi archiepiscopo, praedium in Ampharbach donat, quod Tyemo comes imperatori tradiderat.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ Heinricuſ diuina fauente clementia romanorum Imperator Auguſtuſ. Sicut iuſtum eſt regiae dignitatiſ odio haberi et ulciſci. ita decet amicoſ diligi et omni modo honorari. Et quia anno Colonienſiſ archiepiſcopuſ nobiſ ſemper deuotiſsimuſ ac fideliſsimuſ in omnibuſ extitit. uoluntati ac petitioni eiuſ fatiſ faciendum eſse cenſemuſ. Petit autem a nobiſ per interuentum Agnetiſ imperatriciſ contectaliſ noſtrae. praedium in Ampharbach. quod comeſ Tyemo nobiſ tradidit. Et quum ut predictum eſt regiae dignitati mihique fideliſsimuſ fuit. uoluntati ſuae annuendum eſse decreuimuſ. Tradimuſ igitur in proprietate predictum predium in ampharbach et in circumiacentibuſ uilliſ predicto Annoni archiepiſcopo cum omnibuſ adherentiiſ ſuiſ. terriſ. cultiſ et incultiſ. aedificiiſ. ſeruiſ et ancilliſ. uiiſ. inuiiſ. exitibuſ et reditibuſ. queſitiſ vel inquirendiſ. moliſ. molendiniſ. paſcuiſ. piſcationibuſ. ac caeteriſ omnibuſ. quae rite ſcribi vel appellari poſsunt. Et ut haec traditio noſtra firma in poſterum permaneat. paginam auctoritatiſ noſtrae. ſigilli noſtri impreſsione corroborauimuſ. manu propria dationiſ noſtrae munificentiam conſcribenteſ.

Signum domni Heinrici (Monogramma) Inuictiſsimi Romanorum Imperatoriſ Auguſti.

Gebehardus Cancellariuſ uice Lupoldi recognoui.

Data Kal. Novembris Indictione VII. Anno dominicae incarnationiſ MLV. Frankonofvrt feliciter Amen.

a) Instrumentum suspectum. Sigilli impressi, sed fracti dimidia tantummodo pars superest, qua exhibetur caput cum manu laeva tenente pomum, cum parte etiam pectoris et sedis, et cum initio inscriptionis: HINRICH.

b) Indictio notata certe erronea, nam anno Chr. 1054 propria est, aut, si caesarea sit, anno 1053. Patet autem ex ipso Annone coloniensi archiepiscopo, qui antecessori suo Hermanno an. 1055 defuncto aut hoc ipso anno, aut, ut plurimi volunt, iuxta chronicon colon. apud Würdtwein nov. subsid. V. 266. cum chronico Bernoldi seu Bertholdi ap. Ussermann. prodromo german. sacr. II. 4., demum an. 1056. successit, hoc instrumentum, nisi fidem ipsi denegaveris, ab anno 1055 removeri non posse; imperator enim Heinr. III. obiit 1056. 5. Octob. Necessarium autem ideo erit, caetera singularia in hoc instrumento deprehensa annotare.

1) Facies imberbis imperatoris Heinrici III. in ipsius sigillo.
2) Monogramma potius Heinrici IIdi, quam Heinrici III., cum defectu specialis signi huius imperatoris.
3) Gebehardus cancellarius alias non occurrens.
4) Praetermissi anni ordinationis, regni et imperii.
5) Locus ipse, Franconofurt, quo datum est instrumentum, quum tamen tunc temporis imperator in Italia adhuc negotia tractaret, quomodo liquet ex diplomate 11. Novemb. Cnfr. Georgisch Regesta ad hunc annum et diem; Stenzel Gesch. II. 233., qui ex sola fide Regest. de Lang. adoptavit annum 1053., qui tamen obitum Hermanni archiep. colon. ad diem 11. Febr. 1056. et ordinationem Annonis ad 3. Mart. 1056. refert l. c. p. 236.

c) Editum in Lorber et Heyberger deductione Bamb. super Fürth cod. prob. num. 54. ergo ex archivo bamberg. Insertum quoque codici bamberg. cop. saec. XIII. fin. f. 3.

d) Inscriptio externa antiquior saec. XIV. non comparet.

CLXXVII.

Anno 1055. 14. Decembr. Ulmae.

Heinricus III. imperator ecclesiae episcopali, in loco Pazowe constructae, praedium Riwini, in palatino placito capitali sententia damnati, in villis Gewatisprunnen et Crubeten, atque quosdam silvaticos mansos, quos idem Riwinus in beneficium habuit, ad praedictam villam Gewatisprunnen pertinentes, donat.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator auguſtus. Notum ſit omnibus Chriſti noſtriquc fidelibus tam futuriſ quam praeſentibus, qualiter noſ ob interuentum regni thorique noſtri conſortiſ Agnetiſ imperatriciſ. nec non dilectiſsimi filii noſtri Heinrici regiſ quarti pro remedio animae noſtrae. et prefate noſtrae conjugiſ Agnetis imperatricis atque praenominati filii noſtri Heinrici regiſ quarti prouectu. omniumque parentum noſtrorum in chriſto dormientium requie. ad monaſterium ſanctae et indiuiduae trinitatiſ atque intemerate uirginiſ MARIAE. nec non beati Stephani martiriſ honore. in loco Pazowe conſtructo(um) et piae memoriae epiſcopi Egilberti interceſsione. tale praedium quale Riwinvs habuit cum in palatino placito reuſ majeſtatis criminabatur. et communi iudicio omnium capitali ſententia dampnabatur. in uilliſ Gervatisprvnnen et Crvbeten dictis. atque ut in terminiſ. et in menſuriſ optinuit. in proprium tradidimus. cum omnibus ſuiſ appendiciis. areiſ aedificiiſ. agriſ. pratiſ paſcuiſ. terriſ. cultiſ et incultiſ. aquiſ. aquarumque decurſibuſ. moliſ. molendiniſ piſcationibus ſiluiſ. uenationibuſ. exitibus et

reditibus uiiſ. et inuiiſ. quaeſitiſ. et inquirendiſ. cum omni utilitate quae ullomodo inde poterit prouenire. atque *(hic rasura est octo aut novem litterarum)* manſos quoſ idem praefatus Rivvinvs in beneficium habuit uidelicet ſiluaticos. quia nulla alia niſi lignorum utilitas ibi inuenitur. ad praefatam uillam Gevvatisprunnen pertinentef ad praedictum monaſterium in proprium cum omni utilitate quae inde prouenire poſsit dedimuſ. Et ut haec noſtre imperialiſ traditioniſ auctoritaſ ſtabilis et inconuulſa omni aeuo permaneat hanc cartam inde conſcriptam manu propria ut infra uidetur corroborantes. ſigilli noſtri impreſsione iuſſimuſ inſigniri.

Signum Domni Heinrici tertii regiſ (Monogramma) ſecundi romanorum imperatoriſ auguſti. (S. speciale)

Uuinitherius cancellarius uice liutpoldi archicancellarii recognoui.

(L. S.)

Data xviiii kal. Jan. Anno dominicae incarnat. M. L. v. Indict. viii Anno autem domni Heinrici tercii regiſ romanorum imperatoriſ ſecundi. ordinat. xx.vii regni xvii. imperii viiii. Actum vlmc in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum est illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, annus tamen ordinationis numeratur iam ante octo menses completus.

c) Ineditum.

d) Extat aliud exemplare huius diplomatis, a quo hocce exemplar potissimum in eo differt, quod nulla in illo rasura deprehendatur, qualis in hoc deprehenditur, et quod multo brevius ac concinnius sit ac hocce. Accedit porro, quod nec in archivo pataviensi inscriptione antiquissima notatum sit. Concludendum ergo, displicuisse tam cancellariae, quam petenti episcopo pataviensi, aliudque superadditum fuisse.

e) Recentissima manus archivarii passav. circa 1692 sequentia inscripsit: Dieſes Inſtrument im Faſcicul von der Pfarr zu Crembs gefunden.

CLXXVIII.

Anno 1055. mense Decembr. (Turegi.)

Heinricus III. rex, potius imperator, monasterio Burin (Benedictoburun) libertatem prius ademptam et praedia Tuzzingen, Zeizmanningen et Karershusen restituisse dicitur.

Datum et actum carent.

a) Ex libro documentorum sive copiali benedictoburano, anno 1440 collecto ac conscripto fol. a. 1. retro, eo quod charta sive membrana specialis antiquissima, desuper confecta, nondum sit inventa.

b) Difficultas maxima huic instrumento oritur ex titulo imperatoris Heinrici III., ad quem certissime pertinet, quod nihilominus nonnisi rex vocetur.

c) Notae chronologicae desunt. Rotulus historicus autem coaevus Mon. Boic. VII. 16. et chronicon benedictobur. ibid. p. 52. paulo post obitum Nitgeri episcopi fris. impetratum tale privilegium per abbatem Gotehelmum fuisse testantur; cumque ille episcopus obierit 1052. 13. April, quin diploma aliud 1052. 18. Maii, in favorem eius exaratum, ad effectum perductum fuerit, privilegium istud revocatorium obtineri ac dari potuit mense Junio 1052. Verum teste Dietrico monacho benedictoburano apud Meichelbeck in chronico benedictoburana I. 75. docemur, privilegium istud an. 1056. 13. Jan. ex curia imperiali, quae tunc Turegi iam ex 25. Decemb. 1055. celebrata fuit, Benedictoburum esse allatum, concessum autem iam antea mense Junio in concilio florentino, habito inchoante mense Jun. 1055., vivente nimirum adhuc Welfone duce Carinthiae, qui obiit hoc anno 12. Novemb. et cuius rogatu privilegium et restitutionem praediorum ab eo possessorum factam esse ipsum instrumentum memorat. Quae omnia

cum sibi satis constent, dubium nihilominus relinquunt, utrum hoc praeconceptum solummodo, an vero rite exaratum diploma ex aula regia turicensi fuerit reportatum.

d) Editum apud Meichelbeck in chronico benedictoburano I. 73. in Mon. Boic. VII. 90. n. 5.

CLXXIX.

Anno 1057. 16. August. Triburiae.

Heinricus IV. rex ecclesiae eistetensi XII. mansos et duas vineas ac XXIIII. mancipia in villa Berega, in pago Nitgowe et in comitatu Bertoldi comitis, donat.

(Chrismon.) In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente Clementia rex. Notum ſit omnibus Chriſti noſtri fidelibus. tam futuris quam preſentibus. qualiter nos pro amore noſtri ſpiritalis patris Victoris ſcilicet ſecundi Pape et pro remedio noſtri carnalis patris Heinrici ſecundi romanorum imperatoris auguſti. nec non ob interuentum dilecte matris noſtre Agnetis imperatricis auguſte. ad altare Eiſtetenſis eccleſie in honore S. Willibaldi conſtructe. xii. manſos et duas uineas ac xxiiii. mancipia utriusque ſexus. in uilla Berega dicta. ſitos. in pago Nitgowe. in comitatu Bertoldi comitis in proprium poteſtatiue tradidimus. ac perpetualiter cum omni utilitate que ullo modo inde poterit prouenire ei ceſſimus. hoc eſt arcis. edificiis. terris cultis et incultis. agris. pratis. paſcuis. campis. ſiluis. uenationibus. aquis. aquarumque decurſibus. molis. molendinis. piſcationibus. exitibus. et reditibus. uiis et inuiis. queſitis et inquirendis. ea uidelicet ratione. ut epiſcopi prenominate eccleſie liberam deinceps poteſtatem habeant de ſupradicto predio ac mancipiis in uſum eccleſie quod illis placeat faciendi. Et ut hec noſtra regalis traditio ſtabilis et inconuulſa omni per-

ma-

maneat euo. hanc cartam inde conſcriptam. manu propria ut infra uidetur corroborantes. ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum domini Heinrici (Monogramma) quarti regis. Wintherius cancellarius vice Luitboldi archicancellarii et archiepiſcopi recognoui.

Data xvii. Kl. Sept. anno dnice incarnat. mill. lvii. indict. x. anno autem domini Heinrici quarti regis. ordin. iii. regni i. actum. Triburie in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillo imprimendo spatium vacuum sat amplum est relictum, nullum autem impressum instrumento huic, cui reliqua iusti diplomatis in cancellaria regia exarati non desunt.

b) Annus ordinationis eodem anno 17. Julii completus, currentes autem indictio et annus regni notato anno Ch. conveniunt.

c) Editum in Falkenstein cod. diplom. antiquitatum nordgaviensium 27. num. 13. Notandum, quod habeatur in libr. cop. eichstet. n. 12. fol. 8. b. 9., ubi legitur: villa Berg in pago Nitgowe, et correctione supra lineam: Nitargowe, quem pagum Falkenstein erronee legit Mitarshofen; cnfr. Chronicon gottwic. II. 712.

d) Inscriptio externa antiquissima locum notavit: H. Pergen.

CLXXX.

Anno 1058. potius, quam 1059. 13. Septemb. Trebense.

Heinricus IV. rex quandam Imizam, a quodam viro ingenuo, Vualtheri, sibi praesentatam, more solito manumittit, atque ab omni debitae servitutis iugo absolvit.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Nouerint omnes Chriſti noſtrique fideles

tam futuri quam praesentes. qualiter nos quandam seruilis conditionis seminam. Imiza nominatam a quodam ingenuo uiro Waltheri dicto. nobis praesentate(am). manu nostra de manu illius denario excusso. liberam fecimus atque ab omni debitae seruitutis iugo absoluimus. ea uidelicet ratione. ut praedicta Imiza tali deinceps lege ac libertate utatur. quali caeteri manumissi a regibus uel imperatoribus nostris antecessoribus. eodem modo liberi facti hucusque sunt usi. Et ut haec nostra regalis libertas stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc cartam inde conscribi et sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Gebehardus cancellarius uice Liwtpoldi archicancellarii recognoui. Datum idus Septembris. anno dominicae incarnationis M. L. VIIII. Indictione XI. anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis Vto. regni uero II. actum Trebense in dei nomine feliciter amen.

a) Ex tribus libris copial. I. f. 30. b. II. 56. b. III. 58.

b) Monogramma deest, neque est annunciatum in contextu.

c) Indictio et uterque annus, tam ordinationis, quam regni, anno Chr. 1058 respondent. Annus ergo incarnationis, a scriptore vel descriptore notatus, abundat unitate.

d) Editum a Bar. de Hormayr in den Wiener Jahrbüchern der Litt. XL. Bd. Anzeigeblatt. 37. num. 13. extractum etiam ab Aventino in excerpt. passav. ap. Oefele I. 709. b.

CLXXXI.

Anno 1058. 25. Septembr. Trebenen (Trebense).

Heinricus IV. rex ecclesiam babenbergensem, ab imperatore Heinrico secundo in episcopatum sublimatam, omnesque eius possessiones speciali munit libertatis privilegio.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Rex. Si ea que a predeceſsorum noſtrorum ſiue regum. ſiue imperatorum locis diuino cultui conſecratis ſacra et ueneranda religione collata ſunt. deuote ac benigne confirmamus. nos quoque a deo patre certam remunerationem in futuro accipere ſperamus. Unde notum eſse uolumuſ tam futuriſ quam preſentibus. qualiter nos ob interuentum dilectiſſime matris noſtre Agnetis. imperatriciſ auguſte. et pro amore dilecti. ac fidelis noſtri Guntheri ſancte dei Babembergenſis eccleſie epiſcopi. eundem locum a diuo Imperatore Heinrico ſecundo. pro ſua ſuorumque anima in Epiſcopatum diuina inſpirante clementia perfecte fidei. spei. Karitatiſque deuotione in honore principis apoſtolorum Petri et ſancti Georii martyris ſublimatum. conſenſu fidelium noſtrorum ſanctimus et omnium contradictione remota regalis noſtre maieſtatis auctoritate corroboramus. Omnes etiam res mobiles et immobileſ. eiusdem ſancte dei eccleſie. quas ipſe diuus imperator pro ardore. celeſtis patrie ibidem larga manu contulerat. vel quocunque modo iuſte ac legaliter prenominato epiſcopio aggregate ſint. Ea ratione confirmamus. ut fideliſ noſter Gvntherus eiusdem loci epiſcopus. eiuſque ſucceſsores. ſecura eas tranquillitate in perpetuum poſsideant. et proprietateſ eiuſdem eccleſie. cum conſensu cleri et populi ordinare. componere. commutare et augmentare. liberam poteſtatem habeat(ant). Noſtra quoque auctoritate

ſanctimus. ut in abbatiis monaſteriis. prepoſituris. eccleſiis. comitatibuſ. foriſ. mercatiſ. monetis. naulis. theloneis. caſtellis. villis. viciſ. areiſ. Seruiſ. ancillis. Tributariis. decimis. foreſtibus. Siluis. venationibus. piſcationibus. molis. Molendinis. aquiſ. aquarumque decurſibus. campiſ. pratiſ. paſcuiſ. terriſ. cultis et incultiſ. libris. auro. argento. gemmis. vaſis. ornamentis. vel aliquibus utenſilibus. in cultum et religionem dei ibidem collocatis. et in omnibus terminiſ rebuſque eiuſdem eccleſie. ac quicquid ad preſens illuc pertinet. uel adhuc amplificari poterit nulla ſit infeſtatio. ſiue regum. ſiue imperatorum. nullaque poteſtas ibi per uiolentiam irruat. nulluſ ibi comeſ aut iudex legem facere preſumat. niſi quem per conceſsionem noſtram. vel ſucceſsorum noſtrorum regum ſcilicet et imperatorum epiſcopus eiusdem loci deliberet. (ſit ille) Episcopatus liber. et ab omni extranea. et iniqua ſecurus poteſtate. quatinus ibidem deo famulantes. et primi conſtructoris memoriam digne celebrare. noſque fautores. et corroboratoreſ poſsint et uelint deo precibus ſuis commendare. Et ut hec noſtre auctoritatiſ confirmatio firma et inconuulſa permaneat. hoc priuilegium inde conſcriptum manu propria corroborantes Sigilli noſtri impreſsione iuſſimus inſigniri.

Data VII Kal. Octobris. Anno dominice incarnationiſ M°LVIII. Indictione XI. Anno autem ordinationiſ domini Heinrici quarti Regis V. Regni uero II°. Actum trebenen. In dei nomine feliciter Amen.

a) Ex cod. cop. saec. XIII. f. 22 et 23., ubi f. 22. b. linea ultima abundat, ac in linea sequenti 23. a. repetitur.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Schannat vindem. II. 141. n. 4. et in cod. probat. bamberg. num. 25. ex libro privil. C. n. 1. f. 2., ut ibi notatur. Lacuna quaedam ibi haud indicata, manu saec. XIV. vel XVti suppleta (sit ille). Supplementum vero istud, ex originali diplomate eiusdem tenoris an. 1039. 10. Jul. desumtum, haud exacte respondet priori isti privilegio, cum ibi ante vocabulum: „episcopatus," et vocabulo omissa: „sit ille,"

specialis inserta fuerit facultas: „omnis possessio famulantium ibi Deo pro emunitate habeatur;" forsitan consulto praetermissa.

d) Locus peracti negotii hodie vocatur Triebensee, situs in Austria infer. circulo Unter-Mannhartsberg.

CLXXXII.

Anno 1058. 5. Octobr. Ibese.

Heinricus IV. rex, pro anima Immae suae pedissequae, ante ianuam monasterii Scti Ypoliti sepultae, ecclesiae eiusdem monasterii III. regales mansos in loco Mandeswerede, in marchia Osterriche et in comitatu Ernesti marchionis sitos, et forum in Scto Ypolito donat.

In nomine sancte et indiuiduc trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Rex. Si loca diuinis cultibus mancipata. ex nostris aliquid ditare studuerimus. ad stabilitatem regni nostrique prosperitatem id prouenire credimus. Quapropter omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse uolumus. qualiter nos ob interuentum atque petitionem Agnetis Genitricis nostre Imperatricis Auguste. pro anima cari Genitoris nostri Heinrici Imperatoris memorie felicis. III regales Mansos in loco Mandeswerede infra Swechant et Vistaha iuxta Danubium quam proxime fieri possit. in Marchia Osterriche. et in Comitatu Ernestes marchionis sitos ad altare in honore domini nostri Jesu Christi et sancti Petri apostuli sanctique ypoliti martiris constructo et consecrato. in loco qui uocatur sancti ypoliti et pro anima Imme nostre pedisseque ante ianuam eiusdem monasterii sepulte. fratribus ad prebendam deo suisque sanctis in eodem loco die noctuque seruientibus. cum omnibus suis pertinentiis. hoc est areis. edificiis. terris. cultis et incultis. agris.

pratis. paſcuis. campis. ſiluis. uenationibus. aquis aquarumque decurſibus. molis molendinis. piſcationibus. exitibus et reditibus uiis et inuiis. queſitis et inquirendis. ſeu cum omni uſu qui inde prouenire poteſt et forum in ſancto ypolito in proprium dedimus atque tradidimus. Et ut hec noſtra regalis traditio ſtabilis et inconuulſa omni permaneat euo. hanc paginam inde conſcribi manuque propria ut ſubtus uidetur corroborantes ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Signum domini Heinrici quarti regis. (Monogramma) Gebehardus Cancellarius uice Lvtboldi archicancellarii recognouit. Datum VI. Nonas Octobris. anno dominice incarnationis Milleſimo L. VIII. Indictione XI. anno autem domini Heinrici quarti regis ordinationis eius quinto. Regni uero II. Actum Ibeſe in dei nomine feliciter amen.

a) Ex solo codice III. dicto lonstorfiano f. 71. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum, extractum autem ab Aventino in excerptis passav. ap. Oefele I. 709. b., erronee tamen ad an. 1059.

CLXXXIII.

Anno 1060. 8. Febr. Babenberch.

Heinricus IV. rex mercatum fieri statuit in villa Villach, sita in comitatu frantis.....(?) Ludewici comitis, eumque cum banno, monetariis, monetis, theloneis omnibusque forensis iuris utensilibus episcopis ecclesiae babenbergensis tradit ac subdit.

In nomine ſancte et indiuiduc trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnibus Chriſti noſtrique fidelibus tam futuriſ quam preſentibus notum eſse uolumus. qualiter nos ob interuentum dilectiſsime genitriciſ noſtre agnetis imperatricis Auguſte. et ob peticionem fideliſ noſtri Guntheri Babenbergenſis epiſcopi. in uilla que uocatur villach. ſita autem in comitatu frantis. Lvdewici comitiſ. mercatum fieri ſtatuimus. reddenteſ et donantes id ipſum mercatum predicto eiusdem loci epiſcopo ſuiſque ſucceſsoribus perpetuo habendum et poſsidendum. et quicquid eiſ placuit ad uſum ſue eccleſie inde faciendum. Ea uidelicet ratione ut idem mercatum liberum ſit. ducum. comitum. iudicum. omniumque poteſtatum contradictione ſecurum. ſoli tantum Babenbergenſi Episcopo cum banno. monetariis. monetis. theloneis. omnibuſque forenſis iuris utenſilibus ſubditum et proprium. Inſuper hoc (hac) noſtra regali auctoritate ſtatuimus. ut omnes qui ad predictum mercatum cauſa forenſis negocii confluunt. ibidem negociunteſ indeque redeuntes. ſecura et certa pace fruantur. Et ut hec noſtra regalis traditio ſtabilis et inconuulſa omni permaneat euo. Hanc cartam inde conſcribi et ſigilli noſtri inpreſsione iuſsimus inſigniri.

Data eſt VI Idus Februarii. Anno domini incarnationis MLX. indictione XIII. anno autem ordinationis Domni H. quarti

regis VI. Regni uero IIII. Actum Babenberch in dei nomine feliciter Amen.

a) Ex cod. cop. saec. XIII. f. 30. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Schultes histor. Schriften II. 348. et Bar. Hormayr Archiv für Gesch. Jahrg. 1820. Stück 112. S. 453. n. 33. iterum Jahrg. 1826. St. 113 und 114. S. 602 in *, qui ibi notat, lectionem vocabulorum: Frantis Ludewici manifeste erroneam esse; ast in directorio suo Jahrg. 1826. St. 154. S. 825. putat legendum esse: in comitatu Friderici (forsitan filii Ludowici) comitis.

CLXXXIV.

Anno 1062. 24. Octobr. Augustae.

Heinricus IV. rex proprietates, ad fiscum suum pertinentes in marcha Histria et in comitatu marchionis Ovdalrici, in locis Pyrian et Niwenburch sitas, cum pertinentiis monasterio Scti Andreae, in civitate Frisinga, ab Ellenhardo episcopo tunc initiato et constructo, donat.

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. romanorum augustus. Omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum pie deuotioni pateat quemadmodum nos pro aeterna retributione et pro anima patris nostri bone memorie Heinrici romanorum imperatoris augusti obque peticionem et interuentum dilecti nostri Annonis scilicet Colonienſis archiepiscopi. necnon ob deuotum et fidele seruitium Ellenhardi frisingenſis sedis episcopi quasdam nostri iuris proprietates ad fiscum nostrum pertinen-

tinentes in Marcha hiſtria in comitatu marchionis Ovdalrici. inque lociſ ſubnotatis idem (id est) in Pyrian et Niwenburch ſitaſ. cum omnibus utilitatibuſ ad eaſ rite pertinentibus hoc eſt mancipiiſ utriusque ſexuſ areiſ. aedificiiſ terriſ cultiſ et incultiſ. agriſ. pratiſ. campiſ. paſcuiſ ſiluiſ aquiſ aquarumque decurſibus nauium ſtationibus theloneiſ. molendiniſ uiiſ et inuiiſ exitibus et reditibus queſitiſ et inquirendis. cunctiſque aliis appenditiiſ que ullo modo dici uel nominari poſsunt ad monaſterium ſancti Andree apoſtoli in ciuitate friſinga a prefato eiusdem ciuitatiſ epiſcopo in dei nomine iniciatum et conſtructum. ex proprio in proprium donauimus. ea uidelicet ratione ut fratribus inibi deo militantibuſ in quantum ex eiſdem boniſ prouideri poſsit. ad diuinum officium peragendum uictuſ et ueſtitus ſinguliſ anniſ ſubminiſtrentur. Et ut haec traditio noſtra nunc et in futuro tempore ſtabiliſ et inconuulſa permaneat hoc regiae donationiſ preceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſsione iuſsimus inſigniri. manuque propria ut infra uidetur corroborauimus atque firmauimus.

Signum domni Heinrici (Monogramma) quarti regis.

Wicbertus cancellarius uice Annoniſ archicancellarii recognoui. Data VIIII Kal. Nov. Anno incarnationis domini MLXII. Indictione I. Anno autem Ordinationis domni Heinrici quarti regiſ VIII. Regni vero VI. Actum Auguſte in dei nomine feliciter Amen.

a) Ex lib. cop. fris. I. f. 13. b. II. f. 113. b.

b) Indictio, caesarea dicta, respondet anno Ch. indicato, cui favet locus peracti negotii, ex aliis huius anni diplomatibus 25. usque 29. Octob. ibidem datis, relatisque apud Stenzel Gesch. Deutschl. II. 243. Unde patet annum tam ordinationis, quam regni numeratum esse completum, illum quidem ante sex menses et 23. dies, sive ex alia numeratione ante tres menses et 7 dies, hunc vero ante 19 solummodo dies.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 151. edit. Ratisb. 102. in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 229., sed erronee ad IX. Kal. Octob. sive 23. Sept. denique in Meichelb. hist. fris. I. 258.

CLXXXV.

Anno 1062. 29. Octobr. Augustae.

Heinricus IV. rex campidonensi abbatiae pristinam libertatem concedit et confirmat, ut a solo rege dependeat.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Sicut praedecessores noſtri. ſiue regeſ. ſiue imperatoreſ. in hoc maxime ſunt laudandi. quod loca diuiniſ cultibus et offitiiſ dedita. ſub pia intentione ac ſacra religione instituerunt. ſic et noſ non abſque laude neque a diuina remuneratione uacuoſ esse credimus. ſi noſ eiſdem aeccleſiaſticam quietudinem et primitiuam libertatem ſub diligenti ſollicitudine obſeruamus. nec non cauta ac laudabili confirmatione concedimus. Summum enim bonum est in regibus iustitiam colere. et ſua cuique iura seruare. et in ſubjectoſ non ſinere quod poteſtatiſ eſt fieri. ſed ut aequum est pro utilitate et honeſtate aeccleſiarum et noua concedere. et uetera confirmare. Unde notum eſſe uolumuſ omnibus christi nostrique fidelibus. tam futuris quam praeſentibus. qualiter nos ob interuentum fidelium noſtrorum Sigefridi ſcilicet mogontini archiepiſcopi. et Annoniſ colonienſis archiepiscopi. ceterorumque episcoporum. ducum. et comitum. ſimulque ob fidele ſeruitium Oteni abbatiſ. campidonenſi abbatiae priſtinam libertatem. et ad ſola regalia respectionem. regali nostro iure ac poteſtate concedimus. et confirmamus. Ea uidelicet ratione. ut nullus deinceps episcopus. dux. marchio. comeſ. neque aliqua parua ſiue magna poteſtas aut persona. praedictam abbatiam a nostro iure ſcilicet a regalibus abalienare praeſumat. Et ut haec concessio et confirmatio ſtabiliſ et inconuulſa omni permaneat aeuo. hanc cartam inde conſcribi. manuque propria corroboranteſ. ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus in-

ſigniri. Signum domni Heinrici quarti regis. (Monogramma.) Fridericus cancellarius uice ſigefridi archicancellarii recognovi. Data est. IIII Kal. Nouembriſ. Anno dominicae incarnationiſ. M. LX. II. Indictione I^ma^. Anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regiſ. VIII. Regni uero VI°. Actum auguſte in dei nomine feliciter AMEN.

a) Ex libro cop. campidonensi antiquissimo coaevo fol. 25. b.

b) Indictio, dicta caesarea, annusque uterque completus, ordinationis ante 3 menses et 12 dies, regni ante 24 solummodo dies, respondent anno Chr. expresso, cui favet locus peracti negotii, ubi hoc anno rex a 24—29. Octob. versabatur.

c) Editum in Lünig spicil. eccl. III. Theil. sive operis XVIII. Vol. 172. num. 6.

CLXXXVI.

Anno 1064. 4. Febr. Augustae.

Heinricus IV. rex, querela motus Willae, abbatissae ex ratisbonensi superiori monasterio, huic restitui procurat praedium Otmaringen, in pago Cunzingowe, in comitatu Brunonis comitis situm, quod ei, ab antecessoribus regis eiusdem olim traditum, iniuste erat ereptum; hac tamen ratione, ut post mortem Reginhardi comitis, qui hoc praedium in beneficium habuit, nisi ante sponte dimitteret, ad monasterium illud pertineat.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ Heinricus diuina fauente clementia Rex. Notum eſse uolumus omnibus Chriſti noſtrique fidelibus tam futuriſ quam praeſentibus. qualiter domna quedam Willa nuncupata ſcilicet Abbatiſsa de Ratiſbonenſi ſuperiori monaſterio una cum omni ſua ſancta congregatione. uniuerſis quippe ſanctis monialibus clementiam (noſtram) adiit. interpellanteſ noſ atque lacrimabiliter conquereenteſ ſuae aeccleſiae quoddam praedium Otmaringen dictum. ab anteceſsoribus noſtriſ ſibi olim cum manuſcripto traditum. iniuſtè eſse ereptum. ſimulque miſericordiam noſtram ſuppliciter implorantes. ut regia poteſtatis noſtrae auctoritate ſibi illud reſtitueremus. Quarum ſupplicationibus noſ commoti. praedictum praedium Otmaringen in pago Cvnzingowe in comitatu Brunoniſ comitiſ ſitum. cum omnibus appendiciiſ ſuiſ. hoc eſt Miniſterialibus utriuſque ſexuſ mancipiiſ. villiſ. theloneiſ. decimationibus. terriſ cultiſ et incultiſ. areiſ. aedificiiſ. agriſ. pratiſ. paſcuiſ. campiſ. ſiluiſ. uena-

tionibus. aquis. aquarumque decurſibus. riuiſ. piſcationibus. moliſ. molendiniſ. uiiſ et inuiis. exitibus et reditibus. queſitiſ et inquirendiſ. et cum omni utilitate quae ullo modo inde prouenire poteſt. ad praedictum Ratiſbonenſe ſuperius monaſterium in honore dei genitriciſ perpetuae uirginiſ conſtructum. cui praeſidet praenominata Willa uenerabiliſ Abbatiſsa. pro remedio animae patriſ noſtri piae memoriae Heinrici imperatoriſ auguſti. necnon pro animabus praedeceſsorum noſtrorum. qui illud eidem aeccleſiae ut ſupradiximus priuſ tradiderant. ac pro noſtra et animae et corporiſ incolumitate reddidimus. atque in proprium donauimus et confirmauimuſ. Ea ſcilicet ratione. ut ſuperius nuncupata abbatiſsa Willa. ceteraeque ſibi ſuccedenteſ abbatiſsae de ſepe dicto praedio poſt mortem Reginhardi comitiſ qui illud in beneficium habuit. ſi non ante ſponte ſua dimitteret. liberam poteſtatem habeant tenendi. dandi. commutandi. praecariandi. uel quicquid eiſ pro ſuae aeccleſiae uſu placuerit inde faciendi. Et ut haec noſtra regaliſ donatio ſiue confirmatio ſtabiliſ et inconuulſa omni permaneat aeuo. hanc cartam inde conſcriptam manu propria corroboranteſ. ſigilli noſtri impreſsione iuſsimus inſigniri.

Signum domni Heinrici Quarti Regis. (Monogramma.)

Fridericus Cancellarius vice Sigefridi archicancellarii Recognovi. Data II. Non. Febr. anno dominice incarnationis MLXIIII. Indictione II. anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regiſ VIIII. Regni uero VII. Actum Auguſte in dei nomine feliciter Amen.

a) Ex cod. I. cop. obermunstrensi, et quidem coaevo f. 10. b.—13.

b) Indictio convenit cum anno Ch. indicato, non autem uterque ordinationis ac regni, nisi completus, ille ante menses sex et dies 17, hic ante menses tres ac dies 29. Annus tamen 1064 sibi constat ex chronico augustensi apud Freherum scr. rer. germ. Tom. I. ad h. a., quod testatur, Heinricum regem festum purificationis Sctae Mariae (2. Febr.) hoc anno Augustae celebrasse.

c) Editum in Ried cod. dipl. ratisb. I. 158. n. 166.

CLXXXVII.

Anno 1082. 1. Januar. Lorsam (Lorsum).

Heinricus IV. rex monasterio hornbacensi, sito in Vosago, quod violentia potius, quam iustitia, in alienas leges cessisse abbas eius conquerebatur, statutum libertatis renovat atque confirmat, quod illi a Carolo M. imp. concessum esse dicitur.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Henricus divina favente Clementia rex Sicut anteceſſorum nostrorum regum et imperatorum regni heredes ſucceſſimus ita quoque in virtute eorum imitatores et precipue in eccleſiis dei fundandis emuli in fundatis vero defendendis fortes in regalibus institutis ad easdem ecclesias dei firmandis rigidi exiſtere ſtudemus Inter quos Imperator Karulus imitande virtutis omnibus ſeculis notatus eccleſiarum dei non ſolum ſtrenuus defenſor verum etiam precipuus viguit fundator Cuius ſumptibus melioratam legibus ſtabilitam ſtructam vero a pirminio venerabili episcopo et in honorem dei ſpecialiter autem ſancti Petri apostolorum principis dedicatam ſitam in Vosago abbaciam Hornbach dictam non ignoramus quam in alienas leges violencia pocius quam iuſticia ceſsisse eiusdem loci abbatis Winitheri querimoniis et reperimus et miſerti ſumus Volumus igitur cum propter Deum tum ne institutum regale irritum ſiat de eiuſdem Karuli imperatoris decretali carta huic pagine nostre aliqua inseri ut nostra confirmatio tanto tucior poſſit ſubsequi cuius ſeries talis eſt Igitur inquit dum venerabilis Vir Pirminius episcopus cum monachis suis in ista provincia vbi nos deo dispensante principatum tenere videmur ad predicandum verbum Dei miſſus pontificibus eum vocantibus aducnit et in heremo vasta voſago habitacula ſive monasteria ex noſtro permisso nostrorumque

fidelium edificare conati ſunt et basilicas in honore ſalvatoris et ſancte Marie et ſancti petri ceterorumque ſanctorum dedicarunt nostre celſitudini ſuggesserunt ut licenciam et adiutorium ad ipsa monasteria conſtruenda et ſtipendia victualium vel vestimentorum ipsis monachis largiremus (largiremur) Ideoque gratia Dei omnipotentis noſtra ſerenitate largiente nostrorumque Successorum permittimus. Insuper addimus ut sub nullius civitatis episcopi poteſtate ſint ſed ſub noſtra regumque emunitate quieti permaneant et nullus vmquam poteſtatem habeat in eorum monasteria Abbatem mittere ſed ipsi de ſemetipsis ſecundum deum et regulam ſanctam ſibi instituant pastorem. Hec verba Karuli imperatoris in nostra excerpſimus que et nos cum illo concedentes hoc etiam addimus vt nullus archidyaconus vel advocatus in predictam abbaciam Hornbach quitquam (quicquam) ibidem iudicio ſuo discuciendum ventilandum vel finiendum niſi Abbatis vocatione venire preſumat praeter eum qui in nostro Sangwine ſenior nobis ſuperstes extiterit advocatum quia nobis viventibus alium preter nos non concedimus. Et vt hec regalia decreta nequeant labefactari nostra manu huic carte vt infra videtur imposita firmavimus quam etiam Sigilli nostri impreſſione inſignita (inſignitam) omnis tam future quam preſentis generationis notitie relinquimus. Datum est Kalendis Januarii Anno Dominice incarnationis M°. LXXII. Indictione X. Anno autem ordinationis Domini Henrici quarti XVIII°. Regni vero XVI°. Actum est lorsam feliciter amen. Signum domini Henrici quarti regis invictiſſimi.

a) Ex codice membranaceo monasterii Hornbach, qui sub abbate Joh. Danckart anno 1430 conscriptus est, fol. 3. num. 7., ubi secundo loco insertum est transsumto diplomatis renovatorii Ludowici IV. imp., dati Monachii 12. Aug. 1342.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum a Crollio in orig. bipont. I. 115. et in actis mannheim. VI. 280. num. 21. ex charta recognitionis anno 1344. a iudicibus curiae wormatiensis factae.

d) Anachronismum latere in iis, quae hic de Carolo magno imperatore narrantur ac inseruntur, charta fundationis monasterii hornbacensis 740. 31. Julii conscripta et in transsumto coaevo adhuc extans satis demonstrat, nec diffitetur Crollius in orig. bipont. I. 48. 92 sq. et in actis mannh. VI. 196.; qui quidem statutum Caroli M. insertum modo ad comitia ingelheimensia anni 807. mense Maio, modo ad annum 770. revocare conatus est, cum tamen, si veritati non repugnet, ad Carolum Martellum, avum Caroli Magni, referendum sit.

CLXXXVIII.

Anno 1074. potius, quam 1070. (inter 10—13. Mart.) Goslariae.

Heinricus IV. rex voti persolvendi causa, quo se in adversitate positus deo obligaverat, Hermanno episcopo babenbergensi eiusque ecclesiae villam Vo..... et in adiacentibus locis C. nimirum mansos donat, sitos in pago germaremarca, in comitatu Ruoggeri.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Scriptum eſt. Vouete et reddite. Reddenda itaque ſunt tempore proſperitatis. que domino deo noſtro non modo in inuiſibilibus. uerum etiam in uiſibilibus mouentur tempore aduerſitatis. Uiſibilium etenim ſicut inuiſibilium dominus eſt. quia creator. Dignum eſt igitur ut in utriſque glorificetur a nobis deus. qui et inuiſibili diſciplina ut uoueat animum informat. et ad exequenda in uiſibilibus que vouerat non minus deuotum quam debitum ſollicitat. Vnde etiam nos miſericordie domini dei noſtri quam in omnibus temptationibus noſtris in nobis mirificauit non immemoreſ. ea que in corde uota habuimus tempore adverſitatis. domino deo noſtro in ſanctis eius in quorum conſilio glorificatur in effectum ducere diſponimus. tem-

tempore prosperitatis. Sanctis ergo quoque patro (quorum patrocinio) ecclesia in Babenberch constructa gaudens inscribitur. et nominibus et reliquiis ex deo. per deum. in deo. adtitulatur. Petro uidelicet. et Georio. ubi Hermannus episcopus ..... qui in omni temptatione nostrâ uidelicet nobis adhesit. predium quoddam. uillam scilicet I. nomine Vo..... et in adiacentibus locis tantum quoad usque C. mansi computentur. firmando tradidimus. tradendo firmauimus sitam in pago Germaremrca (Germaremarca) in comitatu Ruoggeri. cum uniuersis appendiciis. hoc est utriusque sexus mancipiis. areis. edificiis. pratis. pascuis terris. cultis. et incultis. uiis et inuiis. siluis uenationibus. aquis aquarumque decursibus. molis molendinis. piscationibus. exitibus et reditibus. quesitis et inquirendis. Que prediorum traditio cum omni utilitate que ullo modo vel scribi uel nominari possit eidem. Hermanno prefato Babenbergensis ecclesie antistiti suisque successoribus in omnibus seruiat. sic tamen ut ecclesie utilitas non contradicat. Huius regie traditionis testem, cartam presentem dedimus. conscriptam. quam ut infra uidetur nostra manu corroboratam. et sigilli nostri impressione insignitam. omnis generationis tam future quam presentis noticie reseruari iussimus. Anno dominice incarnationis Millesimo LXX. Anno autem ordinationis domni Heinrici IIII. regis XX. Regni uero XVIII. Actum Goslarie. Feliciter in nomine. . .

a) Ex cod. cop. saec. XIII. f. 39 et 40.

b) Dies, mensis ac indictio desunt. Anni ordinationis ac regni cum loco peracti negotii conveniunt anno Chr. 1074, inter 10—13. Mart., quo tempore post pacem Gerstungae cum Saxonibus initam Goslariae substitit, teste Lamberto schafnab. cnfr. Stenzel Deutschland unter den fränk. Kaisern. II. 262.

c) Ineditum.

d) Lacunis pluribus repletum hoc instrumentum sive potius haec antiquissima eius copia, quarum altera in anno incarnationis conspicitur, praedicto modo supplenda; altera vero in nomine proprio villae donatae

suppleri non adeo faciliter poterit. Interim pagus sive potius marca germaremarca sive germeramarca apud Bessel in chron. gottw. II. 605. dilucidatur.

CLXXXIX.

Anno 1074. 12. Junii. Mogontiae.

Heinricus IV. rex voti persolvendi causa, quo se in necessitate positus deo et Scto Oudalrico obligaverat, ecclesiae, in qua corpus eius et Sctae Afrae requiescit, II. mansos in Ingelenheim, in pago Nachgowe, in comitatu Emichonis sitos, donat.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ. Heinricus diuina fauente clementia rex. Scriptum eſt. Vouete et reddite. Reddenda igitur iudicauimus que domino deo noſtro in ſanctis ejus uouimus. Vnde quae (vel qualiter) familiari eiuſ ſancto Vdalrico pio pontifici pro noſtra neceſſitate promiſimus pro noſtra quoque tam corporis quam animae ſalute noſtrorumque parentum defunctorum requie ad honorem domini ſui et noſtri Jeſu Christi eidem OVdalrico perſoluere non dubitamus. Sancto igitur auguſtenſi preſuli OVdalrico ad eccleſiam in qua corpus eius et ſanctae Afrae martyriſ requieſcit II. manſoſ in uilla Ingelenheim in pago Nachgowe in comitatu Emichoniſ ſitoſ. cum omnibus appenditiiſ utrius(que) ſexuſ mancipiiſ areiſ. aedificiiſ. pratiſ. paſcuiſ. ſiluiſ. uenationibus aquis aquarumque decurſibus molis molendiniſ. piſcationibus. exitibus et reditibus. queſitis et inquirendiſ. ac cum omni utilitate in proprium tradendo firmauimus. firmando tradidimus. ea uidelicet lege ut deincepſ omnibus ſeculiſ a fratribus ibidem deo ſeruientibus missa pro defunctis fidelibus cunctiſ. et ſpecialiter noſtris parentibus omni III. feria cantetur. et noſter anniuerſarius non minus celebretur. Quod ſi quiſ epiſcopus vel abbaſ inde ullomodo auferre pre-

ſumpſerit. praedium in noſtra uel ſucceſſoriſ cuiuslibet noſtri iura redeat. Cuius confirmatae traditioniſ teſtem cartam praeſentem ſcribi iuſſimus. quam noſtra manu ut infra uidetur corroboratam. et ſigilli noſtri impreſſione inſignitam omniſ generationiſ tam futurae quam preſentiſ noticiae relinquimuſ.

Signum Domni Heinrici Auguſti inuictiſſimi Regis. Adalbero cancellarius vice Sigefridi archicancellarii. anno dominicae incarnationis Mill. L. XX. IIII. Indictione. XIII. II. idus. Junii. anno autem ordinationis domni Heinrici IIII. regiſ. XX. Regni. XVIII. data. actum Mogontiae feliciter in nomine domini Jeſu Chriſti amen.

a) Ex codice antiquissimo traditionum monasterii Scti Udalrici, saeculo XII. incipiente conscripto ac usque in saec. XIII. hinc inde continuato, pag. 12.

b) Indictio notata abundat unitate; anni autem ordinationis et regni concordant cum anno Chr. indicato.

c) Editum cum ipso codice traditionum S. Udalrici Mon. Boic. XXII. 8. num. 3., ubi tamen lineae instrumenti tertiae inseratur: eius.

d) Aequalis voti persolutio eiusdem regis occurrit in diplomate eius pro ecclesia bambergensi hoc potius anno, quam 1070 dato.

CXC.

Anno 1076. 4. April. Goslari palatio regio.

Heinricus IV. rex in gratiam et favorem ecclesiae campidonensis inconsideratam beneficiorum distributionem revocasse ac deinceps inhibuisse perhibetur.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ. Heinricus dei gratia rex. Notum ſit tam futuris quam praeſentibus. quid (quod) ego campidonenſiſ eccleſie prouiderim commoditatibus. Peruenit enim ad noſ quoſdam patrum eiuſdem monaſterii neglegentioreſ in rebus ſibi commiſſiſ extitiſſe. hereditatemque neceſſario uſui illic deo famulantium aſſignatam maxima ex parte in beneſitiorum iura diſperſiſſe. Placuit igitur nobis. ut omniſ illa beneſitiorum inconſiderata diſtributio in propriof monaſterii uſus redeat. ita ut nullus patrum memorati monaſterii deincepſ aliquam ex hiſ uel conſanguineiſ uel ceteriſ quibuslibet perſonis praeſtandi facultatem habeat. Sciant quoque me aui mei Covnradi patriſque Heinrici ſuper hac re negligentias conſiderantes(em). ad eorum animarum haec tam diligenter inſtituiſſe ſalutem. Patri vero ſepedicti monaſterii Adalberto hanc confirmationem fieri volumus. quam et de anulo noſtro ſubter ſigillari iuſſimus. quatinus omniſ occaſio tollatur. qua regiae auctoritatiſ decretum euacuari posse uideatur. Siquiſ tamen peruerſitatis stimulo agitatus huic confirmationi tam ſolidatae diſſentire praeſumpſerit. uindicta beatae dei genitriciſ Mariae proſtratus regiaque auctoritate dampnatus. maledictioniſ aeternae periculo ſubiacebit. Signum domni Heinrici IIIIti regis (Monogramma ſingulare) Data II Nonas Aprilis. anno. XX. regni domni Heinrici regiſ. indict. XIIII. Actum Goſlari in palatio regio. AMEN.

a) Adest instrumentum non sigillatum, quod videtur potius conceptum. Habetur etiam ex libr. copiali campidonensi antiquissimo et coaevo fol. 28—30., et est, habita ratione temporis, postremum insertorum huic collectioni instrumentorum, scriptum manu coaeva, quae totam collectionem a fol. 9. usque fol. 86. diligentissime conscripsit.

b) Praeter morem annus dom. incarn. non est expressus, qui tamen ex indictione et anno regni, inter se convenientibus, satis intelligitur. Obstare locus, Goslaria nempe, videtur, ubi Heinricus IV. rex quidem inde a 25. Decemb. 1075 usque ad 24. Januar. 1076, iterumque circa 1. Febr. usque ad 27. Mart. 1076, licet sub maximis super eius novissima excommunicatione turbinibus, perseverabat, inde autem Ultraiectum pascha (27. Mart. h. a.) celebraturus digressus, teste Bertholdo. constant. ap. Ussermann german. saer. prodromo II. 32 et 33., Goslariam hoc tempore non rediit, sed ab Ultraiecto in pentecoste (15. Maii) Wormatiam accessit. Siquidem Goslariae negotium peractum, Ultraiecti autem 4. April. instrumentum conscriptum datumque dicamus, difficultas illa evanesceret. Verumtamen appositum monogramma plane ineptum, nunquam alias obvium, omissus annus incarnationis, omissi etiam cancellarius et archicancellarius, et mentio annuli loco sigilli probare possunt, praeconceptum potius illud instrumentum, quam in cancellaria regia rite expeditum.

c) Notandum insuper, adesse ex archivo campidonensi chartam huius instrumenti specialem, verum manu demum saec. XII. aut XIII. ineleganti conscriptam, cui aliquando sigillum quoddam maius in dextra membranae ora erat impressum, sive potius arte affixum, cui tamen etiam vocabula, signum etc. et monogramma desunt.

d) Editum ex dicta speciali membrana in der Stifft Kemptischen Widerlegung der Stadt Kemptischen Beweisschrift a. 1737. Beylage 6. lit. D. nam ex codice copiali nunc primum prodit.

CXCI.

Anno 1077. fine anni. Ratisponae.

Heinricus IV. rex libertatem antiquam monasterio monialium Chiemensee, a Thassilone duce olim illi concessam, confirmasse dicitur.

Dat. anno incarnationis dominicae MLXXVII. Indictione prima, anno autem domni Hainrici regis quarti invictissimi ordinationis XXIIII, regni XXII. Ratisponae actum feliciter est.

a) Ex duplice codice copiali sive privilegiorum ecclesiae monialium Chiemsee, quorum prior chartaceus post medium saec. XIV., alter autem membranaceus anno 1462 conscriptus est.

b) Notae chronologicae, si indictio numeretur caesarea, in finem anni 1077. conveniunt, quo tempore teste Bertoldo constant. ap. Ussermann p. 76. rex Heinricus IV. duobus saltem diebus Ratisponae commoratus est.

c) Editum in Hund. metr. II. ed. Mon. 241. edit. Rat. 166., in Lünig spicil. eccl. I. Th. Fortsetzung 1064. et in Mon. Boic. II. 445., ubi haec emendanda: p. 445. lin. 7. ad pro ae; lin. 12. ob pro et; lin. 15. hiis pro suis; lin. 17. Frawnhouen pro Fraunkowen; p. 446. lin. 11. leg. MLXXVII. lin. 13. leg. est pro amen.

d) Multa sunt, quae dubium reddunt istud instrumentum, aut saltem ineptae interpolationis arguunt, inter alia:

1. multiplex discrepantia ipsorum apographorum, quorum prius in sensu verborum plura commisit errata, in altero omissa aut correcta, quin tamen omnia sint expuncta:
2. reges carolingici ac francici admodum confuse memorati:
3. insolitus plane regis titulus, quo hic dux Thassilo ultimus insignitur.

CXCII.

Anno 1078. (circa mens. Octobr.) Pataviae.

Heinricus IV. rex Sigebotoni omne illud donat, quicquid beneficii a Wolfkero habuit ad villam Frigendorf, in pago Osterriche et in comitatu Livtpaldi marchionis sitam.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnium Chriſti noſtrique fidelium tam futurorum quam preſentium cognoſcat induſtria. qualiter nos ob interuentum Rapotonis Comitis. aliorumque noſtrorum fidelium. tum quoque ob ipſius ſeruicium. Sigebotoni quicquid ipſe beneficii a Wolfkero habuit. ad villam Frigendorf nominatam. in pago Oſterriche et in Comitatu Livtpaldi marchionis ſitam. cum omnibus attinentibus hoc est arcis. edificiis. campis. pratis. paſcuis. terris cultis et incultis. ſiluis. uenationibus. aquiſ. aquarumque decurſibus. molis. molendinis. piſcationibus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. queſitis et inquirendis. ſeu cum omni utilitate que ullo modo inde prouenire poterit in proprium tradidimus. traditumque firmauimus. Cuius traditionis teſtem. hanc Kartam inde ſcribi noſtraque manu confirmatam. ut infra patet. noſtro ſigillo iuſſimus inſigniri. Signum domni Heinrici Auguſti regis quarti inuictiſſimi. Gerhardus Cancellarius recognoui. Data anno domini Milleſimo LXXVIII. Indictione I. anno autem domini Heinrici quarti regis inuictiſſimi ordinante XXV. Regni XXIII. Patauie actum.

a) Ex libro cop. III. dicto lonstorfiano f. 67. Priores libri cop. I. et II. ultra annum 1067 non progrediuntur.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt. Ex annis ordinationis et regni, siquidem recte sint computati, mensem quoque ac diem, qui

non sunt expressi, verisimiliter saltem desumere liceret, id est inter 5tum Octobris, quo incepit annus regni vigesimus tertius, et 1. Novembris, quo in Suevia fuit Heinricus quartus. Cnfr. Stenzel Gesch. Deutschlands II. 274. Hinc simul pateret, bina vice illo anno Pataviae Heinricum fuisse, nimirum mense Febr. aut Mart., testibus duobus authographis diplomatibus, altera autem vice mense Octobri, teste hoc ipso instrumento.

c) Ineditum, extractum autem ab Aventino in excerptis passav. ap. Oefele I. 710. a.

CXCIII.

Anno 1079. 24. Octobr. Ratisponae.

Heinricus IV. rex servienti suo Rafold mansum regalem in villa Walde, in pago Isinigowe et in comitatu Oudalrici, necnon ancillam Adelheid donat.

Anno dominice incarnationis M°LXXVIIII. indictione III. nono Kal. nouembris Data anno autem ordinationis domini Heinrici IIIIti regis XXVI. regni XXIIII. Datum ratiſpone feliciter in nomine domini amen.

a) Ex codice antiquissimo raitenhaslacensi saec. medii XII. p. 14.

b) Monogramma delineatum est manu antiqua, qua scriptus est codex, ad extremitatem paginae eiusdem 14, absque annuntiatione eius et absque cancellario; utrumque editores Mon. Boic. mox laudandi suo marte suppleverunt, cum raitenhaslacenses in margine codicis II. p. 16. testantur, huius diplomatis originale non superesse.

c) Notae chronologicae, quae omnes inter se conveniunt, manu saeculi XVti, spatio, quod remanserat, vacuo additae sunt.

d) Editum in Mon. Boic. III. 104. num. 2., ubi aliqua addita inveniuntur, prout

prout supra monuimus; sequentia autem emendentur: lin. 12. leg. Berhte; lin. 15. Isinigovwe, loco: Elinigowe; lin. 25. exeat, loco: pereat.

CXCIV.

Anno 1080. 22. Julii. Nourinberch.

Heinricus IV. rex Oudalrico eihstatensi episcopo eiusque ecclesiae wiltbannum in pago Roudmaresperch et in pago Solzgowe, in comitatu Heinrici comitis de Wizenburch et in comitatu Heinrici comitis de Sinzingen donat, cuius terminos per vias, villas, rivos, fluvios, vada ac valles subnectit.

(Chrismon.) In nomine ſancte et Indiuiduae trinitatis Heinricus Diuina fauente Clementia Rex.

Si loca diuino cultui mancipata amplificare et ditare ſtuduerimuſ. felici noſ comertio agere ſperamuſ, cum tranſitoriiſ inperpetuum manſura cum terreniſ caeleſtia comparamuſ. Quapropter notum eſſe uolumuſ cunctiſ in regno noſtro Chriſti noſtrique fidelibus tam futuriſ quam preſentibus qualiter fideliſ et caruſ noſter Odalricus Eihſtatenſiſ aeccleſiae antiſteſ clementiam noſtram adiit ſupplicanſ ut inter cetera quae aeccleſiae illiuſ contulimuſ, uenationiſ etiam commoditatem alicubi concederemuſ, Cuiuſ petitioni acquieſcenteſ. ob interuentum carae noſtrae Berhtae tori et regni noſtri conſortiſ, nec non premenſiſ archiepiſcopi Liemari et propter ipſiuſ aſsiduum et fidele ſeruicium tradidimus in proprium Eihſtatenſi aeccleſiae Wiltbannum in pago Rodmareſperch, et in pago Solzgowe ſitum. In comitatu Heinrici comitis de Wizenburch et in comitatu Heinrici comitis de Sinzingen. Cuiuſ terminatio ſubter annexa eſt, ab ipſa ciuitate Eihſtat. per uiam quae ducit ad uillam Sigewnſeſ-

holz, et inde ad uillam Salhahe. inde ad uillam Etenſtat, inde ſurſum per riuum illiuſ uillae ad Smalenwiſen, inde ad uillam Leibeſtat. inde uiſum per uallem illam uſque in fluuium Dolaha. Inde deorſum uſque in fluuium Suarzaha. Inde ſurſum uſque ad uillam Mazingen. Inde per uiam quae ducit ad uillam Griezbach. Inde per uiam, que ducit ad uillam Widinewanch. Inde per uiam quae ducit ad uillam Erichefbach. Inde peruiam que ducit ad uadum Wolfprehtef mule in fluuium ſolenze. Inde deorſum per fluuium uſque ad uillam Piberbach. Inde peruiam que ducit aduillam Oſterendorf, Inde per uiam que ducit ad uillam Tegeningen Inde ad uillam. Werede In fluuium Alemonem. Inde ſurſum per fluuium usque ad ciuitatem Eihſtat. Ut autem hec autoritaſ et traditio noſtra ſtabiliſ et inconvvlſa permaneat. Hanc cartam Inde conſcriptam ſigilli noſtri impreſsione inſigniri precepimuſ, et manu propria ſic infra uidetur corroborauimuſ.

Signum Heinrici quarti (Monogramma) regis inuictiſſimi.

Ego Gebeharduſ epiſcopus et cancellarius recognoui.

Anno dominicae Incarnationiſ Milleſimo lxxx. Indictione iij. xi. kl. Auguſti data.

Anno ordinationiſ Heinrici regiſ quarti xxviij. regni autem eius xx.v.

Actum Norinberch in dei nomine feliciter amen.

a) Monogramma apparet incompletum; desideratur enim linea media horizontalis, quae propria communiter manu regis ducebatur et in ipso instrumento ducenda annuntiatur, et quae litteram principalem H complere deberet.

b) Sigillum impressum deperditum est, remanente solo foramine cum parva cerae macula; attamen tam illud, quam haec cum ipso spatio, praecipue in superiore parte, longitudine et latitudine sua minora sunt, quam ut apta videantur imprimendo maiori sigillo regis in aliis illius chartis conspicuo, quin eo quaedam vocabula subscriptionis regiae tegerentur. Adiacet quidem copia vidimati originalis ab imperatore Friderico III: Geben zu Wien 3ten Jul. 1481.; ast illa sigillum

non describit, sed solummodo memorat in petitione episcopi eistet. Wilhelmi contineri: nachdem der (Freiheitsbrief) Alterſshalben an Sigel und Schriften lennger nit wirig beleiben möge. Hinc concludendum, quodam defectu suae perfectionis carere hoc instrumentum, nec ipsum sigillum fuisse regis, sed quoddam alienum, a quocunque demum aut quandocunque impressum.

c) Indictio respondet anno notato 1080, cui favet locus Nurnberg, ubi actum erat negotium, cum mense finiente Julio, quando rex Heinricus IV. novam expeditionem in Saxoniam praeparabat, quae dein ineunte mense Octobri est suscepta. Anni ergo ordinationis et regni, quae indicant annum 1081. aliquibus mensibus anticipati sunt. Cnfr. Stenzel Gesch. Deutschl. II. 277.

d) Editum ap. Schultes in den hist. Schriften II. 349. et iam antea in deductione eichstett. 1798. Urkundenb. 6. n. 4.

e) Placet hic annotare variantes quasdam lectiones locorum sive terminorum in copia an. 1481. vidimata occurrentes: Sigewnsesholz (Sewferholz), Leibestat (Lewbenstatt), Mazingen (Messingen), Widinewanch (Weydenwang), Erichesbach (Erispach), Solenze (Solz), Piberbach (Biberbach), Tegeningen (Tegingen), Werede (Werde).

CXCV.

Anno 1086. fine mens. Martii potius quam 1073. 5. Sept. Ratisponae.

Heinricus IV. imperator confirmat fundationem monasterii rotensis.

Data Non. Septembris anno dom. inc. MLXXIII. Indictione XI. anno autem regni domni Heinrici XX. Actum Ratisponae feliciter amen. Praesidente Romae apostolicam sedem Gregorio VII., qui et Hiltprandus.

a) Ex copia, inserta diplomati authentico Friderici II. imper., dato 1226. mense martio apud Piscariam, exhibito inter authentica.

b) Anachronismi, in ultimis duabus lineis instrumenti huius heinriciani occurrentes, omnibus historiae bawaricae scriptoribus iam inde ab Aventino satis cogniti, saltem in hisce corruptum illud esse demonstrant. Manifestissimus ille est, quo Heinrico IV. affinguntur monogramma, cancellarius et archicapellanus Heinrici II. adhuc regis, nimirum inter 1002. 6. Junii usque 1004, quae propterea in libro copiali rotensi saeculi XIV. finientis p. 20. omissa sunt. Alius latet in notis chronologicis annorum Chr. et regni, indictione et in memoria Gregorii VII., quae stare in notatis anno ac die 1073. 5. Sept. cum dignitate ac titulo imperiali, per totum diplomatis contextum usurpatis, minime conveniunt. Nec enim ante suam pontificalem consecrationem 1074. 2. Febr. obtentumque regis Heinrici IV. consensum Gregorius VII. se gessit pontificem, nec Heinricus IV. ante suam inunctionem imperialem 1084. 31. Martii unquam vocatur imperator.

Ipsemet Fridericus II., cum mense Martio 1226, ex gratia et misericordia solum, hocce privilegium antecessoris sui suo insereret privilegio, defectum oblati sibi instrumenti notavit, et clausulam, ubi erat rasura, minime confirmatam voluit, qui tamen paulo post, mense Maio 1226, cum, iudicio ac sententia principum, vacantem tunc advocatiam rotensis monasterii Conrado comiti de Wasserburch committeret, super advocatia praedicta sibi ac curiae suae plenam fidem factam esse testatur. Quo sane quasi digito nobis ostendit, ultra duas ultimas lineas rasurae locum in oblato sibi instrumento se non extendisse, hisque demtis salvum constare privilegii heinriciani tenorem.

Rasurae ergo occasionem inquiramus, ac epocham veram instrumenti heinriciani restituamus.

Aetas illa, quae Heinricum IV. et V. imperatores excepit, maximo horrore aversabatur memoriam Antipaparum, in schismate sive divortio imperii et sacerdotii creatorum, inter quos erat Clemens III. qui etiam Wicbertus dicebatur, Brixiae 1080. 25. Junii a triginta et uno episcopis Italiae ac Germaniae legitimo pontifici Gregorio VII. oppositus, mortuo autem Gregorio VII. 1085. 25. Maii ac vacante tunc per integrum annum sede romana a plurimis Germaniae provinciis ceu verus papa agnitus; cnfr. eius epistolae in codice udalriciano ap. Eccard. corp. hist. II. 178—194. num. 168—173., obiitque

mense Septemb. 1100. A quo cum fundator rotensis ultimo vitae suae tempore confirmationem monasterii, a se in loco Rot fundati, peteret, eiusque mentionem ad finem libelli, Heinrico IV. imperatori super obtinenda consimili eius confirmatione oblati, faceret, et illam ex eodem libello, licet alias praeter morem, imperator confirmationi suae adderet; res ista non modico praedicto monasterio eiusque monachis et abbatibus obstaculo fuit, contranitentibus fundationi ac inprimis libertati huius monasterii filiis Irmingardis comitissae, in diplomate Heinrici IV. memoratis, in quibus occurrit Henricus com. de Lechsgemunde ab Innocentio II. per breve apostolicum 1142. notatus M. B. I. 358. num. 5. Dolentes ergo Rotenses, privilegium istud eapropter nulli sibi unquam usui esse futurum, invidiosam sibi clausulam facta rasura expunxerunt, aliamque, quam nunc, prout in diplomate fridericiano habetur, legimus, subrogarunt, ineptum quidem, et veritati historicae contrariam, suis autem iuribus, coram summis pontificibus et imperatoribus defendendis, opportunam.

Fridericus II. imperator in altero diplomate, mense Maio 1226. Rotensibus dato, tempus exarati privilegii heinriciani ex actorum serie, sibi ab abbate rotensi proposita, sic notavit, quod in decessu suo Cuno palatinus ab imperatore Heinrico IV. confirmationem sive defensionem imperialem ipsius monasterii a se fundati petierit et impetraverit.

Diem mortis huius Chunonis senioris palatini necrologia rotense et seonense, illud ineditum, hoc vero in Mon. Boic. II. 159. ad VI. Kal. April. sive 27. Mart. annotarunt. Annum vero obitus eius Elisabeth, nurus eius, aeque in diplomate heinriciano nominata, donatione quadam, in remedium animae huius defuncti olim soceri sui facta prodit, quae coram multis nobilibus anno 1086. II. Idus Maii sive 14. Maii completa est, neque, cum remedia defunctorum procrastinare non liceat, ab anno obitus eius potest removeri. Notitiam istam, priscis incognitam, primus cum codice munchmunsteriensi vulgavit celeberr. Nagel in notitiis originum domus Boicae an. 1804.

Inventis ergo anno ac die mortis, quibus defunctus est Cono sive Chuno palatinus, fundator rotensis, ipsa etiam epocha petiti ac obtenti ab eo imperialis privilegii patescit, nimirum an. 1086 circa 27. Martii. Nec obstat tempus dati diplomatis ad aliquot dies post obitum et ex-

equias dicti Chunonis differre, quibus certissime Heinricus IV. Ratisbonae subsistit, atque negotia imperialia tractavit. Cnfr. diplomata 3. April. et 9. April. 1086. data apud Scheid. orig. Guelf. IV. 419. ex Buchelio in notis ad Hedam et in Mon. Boic. XII. 96. Verosimile enim est, Chunonem palatinum Ratisbonae in aedibus suis iuxta Sctum Cassianum, quarum in bonis monasterio a se fundato traditis fit mentio, extremum diem obiisse, corpusque eius in monasterium istud esse transvectum. Cnfr. M. B. I. 348. et tab. V. ad p. 340.

c) Tectum diximus Anachronismum in anno 1073. 5. Septembr. commissum, cum illi reliquae notae chronologicae, etsi perperam notatae, nimirum, indictio XI. et annus regni XX. insuper et locus, Ratisbona, ubi datum perhibetur diploma, conveniant. Hinc nec ipse Stenzel in der Gesch. Deutschlands unter den fränkischen Kaisern II. 260. ullius fraudis illud accusavit. Juvat tamen, habita veri temporis ratione, ex utroque diplomate an. 1086. 3. ac 9. April. allato, locum erasum tali fere modo suae integritati restituere:

„Signum domni Heinrici tertii Romanorum imperatoris Augusti (Monogramma cum signo speciali).

„Hermannus cancellarius vice Wecelonis archicancellarii reco-„gnovi."

„Data (III Nonas April.) anno domin. dom. M.LXXXVI. Indict. IX. „anno autem domni Heinrici, regni quidem XXXII., imperii vero III. „Actum Ratisbonae. Praesidente Romae apostolicam sedem Clemente „III., qui et Wicpertus."

d) Editum in Hund. metr. III. edit. mon. 270. edit. ratisb. 186. cum dipl. Friderici II. 1226. mense Mart.; in Meichelbeck hist. fris. I. 264. ex Hundio in Monum. Boica I. 352. num. III. quasi ex singulari instrumento, quod nusquam invenitur; in Nagel notitiis orig. domus Boicae 286. cum notis et acri censura.

CXCVI.

Anno 1090. 19. Febr. Spirae.

Heinricus IV. imperator Judaeos spirenses in tuitionem suam recipiens, privilegia et iura eorum confirmat.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis Heinricus diuina fauente Clementia tertius Romanorum Imperator Auguſtus Omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus nec non omnibus Regni nostri legibus obnoxiis notum sit, qualiter quidam Judei Judas filius Calomini, Dauid filius Maſsulam, Moyses filius Guthihel cum sodalibus suis venerunt in presentiam nostram Spire et rogauerunt, quocum infantibus eorum seu cum omnibus qui per eos legibus sperare videntur sub tuitionem nostram reciperemus et teneremus, Quod ita feciſse omnium fidelium nostrorum cognoscat Industria, propterea per interuentum ac petitionem Huotzmanni Spirensis Episcopi hanc nostram auctoritatem eis concedi et dari jussimus atque jubemus, ut de cetero nullus, qui sub nostra regia poteſtate aliqua dignitate vel potestate sit preditus, non paruus, non magnus, non liber aut seruus eos inquietare quibuslibet injustis occasionibus aut attemptare presumat, neque de rebus eorum, quas jure hereditario possident, in areis, in casis, in ortis, in uineis, in agris, in mancipiis, seu in ceteris rebus mobilibus et immobilibus eis auferre quicquam audeat. Si quis vero contra hoc edictum aliquam violentiam eis intulerit, cogetur persoluere ad Palacii nostri erarium siue ad Cameram Episcopi libram unam Auri, Remque quam eis abstulerat, dupliciter restituat. Habeantque etiam liberam facultatem res suas cum quibuslibet hominibus justo concambio mutare et intra ambitum regni nostri libere et pacifice discurrere negocium et mercimonium suum exercere, emere et vendere, et nullus ab eis exigat thelonium vel exactio-

nem publicam vel priuatam repetat. In domibus eorum hospites sine eorum consensu non mittantur, nullus ab eis equum ad profectionem Regis vel Episcopi aut Angariam Regie expeditionis requirat. Si autem res furtiva apud eos inuenta fuerit, si dixerit Judeus se emisse Juramento probet secundum legem suam quanti emerit et tantundem accipiat, et sic rem ei, cuius erat, restituat. Nullus filios et filias eorum inuitus (invitas) baptisare presumat, et si coactos aut furtim raptos aut vi captos baptisauerit, duodecim libras Auri ad erarium Regis aut Episcopi persoluat. Si aliqui eorum ſponte baptizari velint, triduo reseruentur, ut integre cognoscatur, si vere Christiane Religionis causa aut aliqua illata Injuria legem suam abnegent, et sicut patrum legem relinquerunt, ita etiam et possessionem eorum, mancipia quoque eorum pagana nullus sub obtentu Christiane religionis baptizans ab eorum seruitio auertat. Quod si fecerit bannum, hoc est libras tres argenti coactus iudiciaria potestate persoluat. Et insuper domino (domno) suo absque dilatione seruum reddat, Seruus vero per omnia domini (domni) sui precepta deseruiat, salua nihilominus Christiane fidei, cuius sacramentis imbutus est, obseruatione, liceat etiam Christianos homines ad opera sua facienda conducere, exceptis diebus festis et dominicis, nec liceat eis Christianum emere seruum. Quodsi Christianus contra Judeum, vel Judeus contra Christianum litem aliqua pro re uel contentionem habuerit, uterque prout res est secundum legem suam justitiam faciat et causam suam probet, et nemo Judeum ad Ignitum ferrum, aut ad aquam calidam aut frigidam cogat, nec flagellis cedat, nec in carcerem mittat, sed juret tantum secundum legem suam, post quadraginta dies, nec ullis testibus poſsit conuinci, qualibet de causa, et quicunque contra hoc edictum nostrum eos ultra cogere voluerit, bannum, id est III libras argenti persoluere cogatur. Si vero eum vulnerauerit si non ad mortem, libram unam auri componat, et si sit ſeruus, qui eum occiderit vel uulnerauerit, dominus (domnus) eius aut supratаxatam compositionem impleat aut ſeruum ad penas tradat. Si quis autem inopia depreſsus prescriptum persoluere nequiuerit, eodem plectatur pena, qua ille punitus

est

est tempore Henrici Imperatoris patris mei, qui judeum nomine viuum interfecit, Scilicet ut ei oculi eruantur et dextra manus amputetur. Quodsi judei litem inter se aut causam habuerint discernendam, a suis paribus et non aliis conuincantur, aut judicentur, et si aliquis eorum perfidus rei alicuius inter eos geste occultare voluerit, veritatem ab eo qui ex parte Episcopi preest Synagoge, juxta legem suam cogatur, ut de eo quod queritur verum fateatur. Sique autem inter eos aut contra eos difficiles orte fuerint questiones vel lites, salua interim pace eorum, ad presentiam referantur Episcopi, ut eius valeant judicio terminari. Habeant preterea licentiam vinum suum et pigmenta et antidota vendere Christianis et sicut prediximus, nullus ab eis exigat vel mancosos, vel palefredos (parafredos), vel angariam, vel exactionem aliquam publicam vel priuatam. Et ut hec Concessionis Auctoritas omni euo inuiolata permaneat, hanc cartam inde conscribi et sigilli nostri impreſsione iussimus insigniri. Signum Domini (Domni) Henrici tertii Romanorum imperatoris Augusti, Humbertus cancellarius vice Ruthardi Archicancellarii recognoui. Data est XI. Kal. Martii, Anno ab incarnatione Domini millesimo nonagesimo, Indictione decima tertia, Anno autem Domini (Domni) Henrici Regni quidem tricesimo sexto, Imperii vero sexto, Actum Spire in Christi nomine feliciter Amen.

a) Ex duplici apographo in archivo circ. rhenani asservato, ac inter se collato; unde nobis copia transmissa est 26. Sept. 1831. Prius apographum scriptum est medio saec. XV., alterum ex saec. XVIII., quod ex antiquo libro privilegiorum fol. 25. b. haustum notatur.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt; inter eas tamen annus regni est idem, qui alias vocatur ordinationis.

c) Editum est cum chronico episcoporum spirensium, cui totum inserebatur, ap. Würdtwein nov. subsid. I. 127—131.

CXCVII.

Anno 1094. 2. Septemb. Wirzeburg.

Heinricus IV. Romanorum imperator fundationem Botonis, norici principis, pro anniversario suo coniugisque suae Judithae, ducum quoque Ottonis et Chunonis, in monasterio Tharissa factam confirmat, summam reddituum donatae villae Rounveldt cum capella duobusque mansis, in pago Weringew, in comitatu Weringeri, sitorum recensens.

In Nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Henricus Divina favente Clementia tertius Romanorum Imperator Augustus. Nouerit omnium fidelium tam presens modernitas, quam succeſſura posteritas, qualiter dilectissimus noster Boto, Noricuſ natione, viuens Bavarica lege. Divino Instinctus amore pro peccatorum suorum cogitare coeperit remissione, nactusque consilium bonum, statuerit, ex bonis sibi a Deo concessis, aliquid conferre ad loca Sanctorum. Quod bene conceptum ad meliorem perducere cupienſ effectum, pro remedio animae suae, et coniugis suae Judithae, caeterorumque, quibus debitor erat, nostra favente authoritate, per manum Marquardi Legatarij sui; ad altare Sanctorum Christi Martyrum Stephanj et Vitj in Castello Therissae dicto, proprium Jus quod habuit legitime in villa Rounveldt nuncupata, cum capella ibidem sita duobus mansis dotata in pago Weringeowe, in Comitatu Vueringeri, cum omnibus ad eandem curtem pertinentibus, contradidit, videlicet, curtilibus, aedificijs, terris cultis et incultis, agris, pascuis, vineis, Syluis, campis, pratis, aquis, aquarumve decurſibus, vijs et invijs exitibus et reditibus, acquisitis, et acquirendis, cunctisque

vtensilibus, quae nominarj vel haberi possunt. Ea scilicet conditione et constitutione, vt nulli Episcopo vel Abbatj, quicquam exinde in beneficium alicui concedere liceat, sed pro memoria ejus suorumque ſpecialiter fratribus, inibi Deo, sanctisque Stephano et Vito famulantibus, supplementum sustentationis eorum deſeruiat. Corpus vero ejus, Domino et eisdem Sanctis annuentibus, in eodem loco sepeliatur, et anniversarius ejus et Conjugis eius Judithae. Ducumque Ottonis et Hunonis (Chunonis) celebri memoria ibi agatur. Quam constitutionem, si quis Episcopus vel Abbas infringere temptauerit, quod absit, odium Dej Sanctorumque Martyrum ſuorum Stephani et Vitj, atque omnium Sanctorum Anathemate incurrat. Et si fratrum proclamationi super hac re, infra vnius anni spacium non satisfecerit, liceat haeredibus meis mansos quinque in legitimum Jus eidem Monasterio donare, et suprascriptam donationem suo Jurj legitime vendicare.

Haec est autem summa Praedij attinens ad villam supra nominatam quae dicitur Rounveldt in ipsa villa XXI. manſi, tot porcos reddentes, et dominicale magnum, et dimidius mansus, tres Syluae soluentes singulis annis vnum Corium Bovinum, et alterum hyrcinum, pelles caprinas tres, auenae modios sex, ſex equorum ferramenta in ipsum Dominicale, ter in anno, a Spiesesheim, a Gockesheim, et Rounveld, vniuersa aratra debentur, et unſcuique aratro unus modius. Vniversa etiam molendinorum loca, vsque ad locum qui dicitur Hohenvueiden juxta inferiorem Rounveldt. In Garnestadt vndecim mansi, et dominicale, vinea una et vniuersa molendinorum loca, Oratorium vnum in Syndeveld. Septem mansi et Dominicale, stagnumque quod ibi est, dimidium in Suebehaim. Duodecim mansi et Dominicale in Sendelveld. Septem mansi in Hilboldesdorff. Vnus regius mansus et vnum pratum in Gochsheim, vnus regius mansus in Deckheim. Tres mansi in Telehaim. Tres mansi in Vuitoldeshausen, Triginta Jugera et nemus quod Lengeloch, dicitur in Tuchendorff. Quinque mansi in Gnotstadt, praediolum quoddam in Kisthaim, vnus mansus in Thariſsa. Nouem mansi et Dominicale, tertia pars sylvae in Egi-

nolfshausen. Qui praedia habent vigintj quinque sibi, quae (sive qui) praedia vendiderunt vel deposuerunt, aut ex aliena familia Conjuges duxerunt, Triginta tres sunt in Suinefurt. Quatuor vineae in Sulztal, Tres vineae in Vraw, Curtile unum et agri duodecim, et tertia pars totius vtilitatis in Vurdorf. Duo viri cum Praedijs et Vinetis suis in Brachona. Septem mansi, Curtilia tria, vtilitas pascuarum et piscationis a Richersdorf, usque Hirtzfurt in Datelshausen et Herdingen, in Dauuiresteuue, in Datgarnstatt. Et ut haec traditio et constitutio rata et inconvulsa permaneat, coram testibus subnotatis, per manum supradicti Marquardi Legatarij delegatione confirmavit. Testes hi sunt, Rupertus Episcopus Bambergensis. Albricus Abbas eiusdem Monasterij Tharisienſis. Einchihardus Episcopus Vuirceburgenſis, Otto Advocatus, Wolfframus Comes, Wignant, Beruuick, Boppo, Ernſt, Herman, Eppo, Burchart, Brun, Jacob, Wolfgang, Heinrich, Eberhart, Arnolt, Britto, Bugo, Benno, Bruno, Rudolph, Vdeschalck. Cuius donationis authoritas, vt omnium posthac ei instabilis (stabilis) et inconuulsa permaneat rogatu dilecti noſtri Bodonis, hanc chartam inde conscriptam, sicut inferius apparet, sigilli nostri impreſsione jussimus insignirj. Signum Dominj Heinrici tertij Romanorum Imperatoris inuictiſsimi Hunibertus (Humbertus) Cancellarius vice Ruthardi Archicancellarij recognouit. Data Anno Dominicae Incarnationis millesimo Nonagesimo quarto Indictione Secunda, Anno autem Dominj Heinricj Imperatoris, Regni eiusdem Tricesimo Septimo. Imperij vero duodecimo, quarto Nonas Septembris. Actum Wurtceburgi feliciter Amen.

a) Ex libro copialī monasterii Theres, anno 1603. 6. Decemb. per Jacobum Aeker notarium publicum vidimato, fol. 9., qui ad finem fol. 10. testatur, copiam hanc cum suo vero, scriptura et sigillo integro et incorrupto, originali ad verbum concordare; cum alibi saepius tantummodo testetur, transsumtum cum instrumento in libris copiarum comprehenso concordare.

b) Notae chronologicae omnes perturbatae sunt. Indictio annum Chr-

1094. denotat, cui etiam favet annus imperii XI. currens aut XII. completus 30. Mart. eiusdem anni sive ante quinque menses et 5 dies completus; sed annus regni, si numeretur ab obitu patris Heinrici IV. sive 5. Octob., decurtatus est duabus unitatibus, sive potius completus fuit ante integrum annum, decem menses et 18 dies. Ista conciliare cum historia Heinrici IV. tentans Stenzel Gesch. Deutschlands unter den fränkischen Kaisern II. 292. ad annum 1089. hoc diploma refert p. 197. quia imperator ab anno 1090. mens. Martio usque circa anni initium in Italia morabatur. Sed salvatur annus dati instrumenti, si separetur ab anno peracti negotii, nam inprimis locus Wirzeburg videtur abfuisse in authographo, et postea ex altero instrumento an. 1097. interpolatus, deinde negotium ipsum ex eo, quod inter testes abbas Tharisiensis praeponatur episcopo wirceburgensi Emehardo, tam testes, quam ipsum negotium ex eodem Stenzel l. cit. ad initia Emehardi huius episcopi referendum erit, nimirum ad inthronisationem eius an. 1089. intra 25. Jul. — 9. August., quamvis charta desuper post quisque annos in Italia petente Botone principe fuerit exarata.

e) Editum in Schannat Vind. litt. I. 175. n. 4. ex authentico, ut asserit; melius in Ussermanni cod. probat. episcopatus wirceb. 26. n. 26. ex archivo monasterio Theres.

CXCVIII.

Anno 1097. 21. August. Wirceburgi.

Heinricus IV. Rom. imperator monasterio in Tharissa concedit theloneum in Mogo, et mercatum usumque monetae, quae ibi cudatur, prout apud Babenberg cuditur.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Hainricus Divina favente Clementia tertius Romanorum Imperator Augustus. Cunctis Dei noſtrisque fidelibus notum esse volumus, tam futuris quam praesentibus, qualiter nos, interveniente fideli nostro Babenbergensis Sedis Episcopo, Ruotperto, et collaudante Einchardo Wirceburgensi Episcopo ad Monasterium Sancti Viti situm in loco N. Tharesa, quem pater noster felicis memoriae Hainricus Imperator unice dilexit, pro remedio animae nostrae, parentumque nostrorum, ac totius posteritatis salute, Thelonium in Mogo et mercatum, sed et monetae usum ex Imperiali authoritate tradidimus, ea videlicet ratione, vt deinceps eadem, quae apud Babenberg habita fuerit, in praedicto loco moneta sine omni contradictione vel angaria, libere cudatur, et omni vtilitate, quae ullo modo ex his tribus provenire poterit, Abbas eiusdem Monasterii, potestative utatur. Vt hujus ergo Donationis authoritas in perpetuum stabilis et inconvulsa permaneat; Testamentum hoc conscribi et sicut inferius apparet, Sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum Dominj Hainrici Tertij Romanorum Imperatoris invictissimi Hunibertus (Humbertus) cancellarius vice Ruthardj Archicancellarij recognovit. Data anno Dominicae Incarnationis Millesimo Nonagesimo Septimo. Indictione quarta. Anno autem Dominj Hainrici Imperatoris, Regni quidem quadragesimo, Imperij vero decimo quarto. Duodecimo Calendas Se-

ptembris. Actum Vuirceburgi in Christi nomine feliciter. Amen.

a) Ex libro copiali monasterii Theres, per notarium M. Jacobum Acker an. 1603. 6. Decemb. vidimato, fol. 11., qui ad finem instrumenti testatur, se originale verum, scriptura et sigillo illaesum vidisse, indeque suam copiam transsumpsisse. Descriptum etiam invenitur in codice collectaneorum Valentini abbatis circ. an. 1605 usque 1609 conscriptorum fol. 294., sed in notis chronologicis minus accurate.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ex quibus annus regni numeratus est ab obitu patris, nimirum Heinrici III. in hac charta memorati, cuius dilectio erga Tharissae locum etiam probatur ex litteris Clementis II. Pap. 1047. in Ussermanni cod. prob. episcop. bamb. 33. num. 31.

c) Editum in Schannat Vindem. litt. I. 179. n. 8.

CXCIX.

Anno 1102. 11. Febr. Spirae.

Heinricus IV. Romanorum imperator monasterium weissenburgense ab oppressionibus subadvocatorum liberat, atque familiae eius leges et iura, a fundatore rege Dagoberto constituta, renovat confirmatque.

In Nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Tertius Romanorum Imperator Augustus. Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus. Qualiter fidelis noster Abbas Weiſsenburgensis Eccleſiae Stephanus nomine, clementiam nostram Moguntiae adijt in conspectu omnium, qui tunc ibi aderant principum,

videlicet, Friderici Coloniensis, Brunonis Treuerensis Archiepiscoporum, Joannis Spirensis, Emechardi Würtzenburgensis, Vdony (Vdonis) Hildeshaimensis, Heinrici Podalbrunensis, Burckhardi Monasteriensis, Widelonis Mindensis, Alberonis Metensis, Burckhardi Trajectensis, Cunonis Strasburgensis, Episcoporum, Friderici, Heinrici, Ducum caeterorumque fidelium nostrorum, conquirendo (conquerendo) exponens, exponendo conquirens (conquerens) calamitates et oppressiones, quas seruientes et familia Ecclesiae sibi commissae sustinuit, ab his praecipue, qui sub aduocatione (advocati nomine) eandem ecclesiam deberent defendere, et maxime ab Eckberto tunc temporis aduocatiam a Duce Friderico in beneficium retinente, qui fregerint (fregerunt) statuta et decreta, quae eadem ecclesia accepit a fundatore suo Dagoberto Rege, compellentes eos injuste non reddenda reddere. Cujus quaerimoniae (querimoniae) justae condolentes, pro remedio animae parentum nostrorum videlicet C. aui nostri, H. patris nostri Imperatoris (imperatorum), Giselae auiae nostrae. Agnetis matris nostrae Bertae conjugis nostrae Imperatricis (imperatricum), pro salute animae nostrae, ac filij nostri Regis H. et pro stabilitate regni et Imperij, Weissenburgensem ecclesiam Christo et Apostolis ejus Petro et Paulo specialiter attitulatam, fundatoris sui legibus destitutam, in leges et in jura fundatoris sui Dagoberti Regis hoc modo restituimus, fecimus videlicet seruientes et familiam ejusdem Ecclesiae jurare, ut nec adderent nec minuerent, sed in veritate dicerent, quid juris Domino (domno) suo Abbati, quid aduocato Ecclesiae, quid sibimetipsis retinere debent (deberent). At illi sicut erant commoniti sub lege Sacramenti id dicebant esse juris sui, ut quicunque seruiens Weissenburgensis Ecclesiae, ex Domino (domno) Abatte (abbate) beneficium haberet, soli Abbati seruiret, nec aliquam potestatem super eum Aduocatus exerceret, nisi forte ex aliqua inobedientia, quasi rebellem illum seruientem constringendum Abbas eundem Aduocatum inuitaret. Affirmabant etiam sub eodem Sacramento illud idem jus illum hominem retinere debere, quemcunque de familia ejusdem loci Abbas in beneficium seruientis vellet promo-

monere, Reliqua vero familia legittimo loco et tempore ter in Anno pro justitia facienda ad placitum Aduocati debet conuenire, et in seruitium Aduocati si praesens est, singuli singulos denarios soluere, exceptis his qui sunt constituti in immunitate. Quod si ex his placitis absens fuerit Aduocatus, nihil ei ex his denarijs debetur, nisi in seruitio aut Imperatoris aut Ducis esse probetur. Illud quoque inter omnia veraciter affirmabant, quod nullum ex his qui vulgo postaduocati nominantur ad placitandum recipere debeant. Hanc eorum justiciam, sicut ex ore eorum per Sacramentum audiuimus, ex alijs injuste corruptam, Nos juste eis redintegramus (redintegrauimus), atque in aeternum possidendam Ecclesiae Weisenburgensi tradendo firmauimus, firmando tradidimus et quaerimoniam (querimoniam) quam Moguntiae audiuimus, per hanc chartam Spirae conscriptam finiuimus, multis ex his qui Moguntiae conuenerant principibus, et Spirae praesentibus videlicet Joanne Spirensi, Cunone Straspurgensi, Widelone Mindensi, Adelberone Metensi, superuenientibus Spirae etiam qui non erant Moguntiae, Burckhardo Basiliensi Episcopo, et duce Theodorico, cum caeteris fidelibus nostris. Et ut hoc nullus Imperator, nullus Rex, nullus Dux, nulla persona parua vel magna infringere audeat, sed firmum et inconuulsum omni aeuo permaneat, hanc cartam inde conscribi, ut infra videtur propria manu nostra corroboratam Sigilli nostri impressione jussimus insigniri. (Monogramma.) Signum Domini (domni) Henrici tertij Romanorum Imperatoris Augusti, Walckerus Cancellarius vice Rotharni (Rothardi) Archicancellarij recognouit. Anno Dominicae Incarnationis Millesimo C. II. Indictione quarta. Anno autem ordinationis domini (domni) Heinrici tertij Romanorum Imperatoris Augusti XLVIII. Regni quidem XLVI. Imperij vero XIX. Data III. Idus februarij. Actum Spirae faeliciter (feliciter) in nomine Domini Jesu. Amen.

a) Ex codice transsumtorum per Rudolphum II. imp. 1582. 22. Octob. in archivo circuli rhenani asservato, n. 10. fol. 8. ex quo copia nobis transmissa est 26. Sept. 1831.

b) Indictio erronea notabatur loco X., reliquae notae chronologicae inter se conveniunt, excepto anno imperii, quem Schöpflinus mox laudandus legit XVIIIum copia autem nostra XIXnum, illum adhuc currentem, hunc mox in 31. Mart. eiusdem anni incipiendum.

c) Editum in Schöpflini Alsat. dipl. I. 181. n. 252. ex authentico tabularii weissenburgensis.

CC.

Anno 1105. 15. Febr. Spirae.

Heinricus IV. imperator advocatiam monasterii hornbacensis ecclesiae spirensi donat, et advocato, quem ab episcopo spirensi suscipiat, certas leges praescribit; simul tamen eidem monasterio privilegia priorum regum et imperatorum salva esse iubet.

(Chrismon.) In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Heinricus dei gratia tertius Romanorum Imperator Augustus. Quoniam gloriam et honorem nostrum et in presenti corroborari. et in futuro nos feliciter clarificari, credimus, ſi deo, ipſiusque ſanctis, deuotum ſeruitium impendimus. Ecclesias dei ubique, ditare, exaltare, et glorificare, ac laudem diuinam pro uiribus roboramus. precipue autem Eccleſiam Spirenſem a nostris parentibus Cunrado Imperatore augusto auo videlicet nostro. et Heinrico Imperatore augusto patre uidelicet nostro. et a nobis, gloriose constructam, veneramur. et quam pluribus prediis, et mancipiis diuersisque ornamentis, ad honorem dei ſancteque dei Genetricis Marie celebramus. Huic etiam Eccleſie Abbatiam Hornbach, a noſtris ..... parentibus Antiquitus fundatam et priuilegiis. Pipini. Karoli. Lothuwici. Lotharii. Othonis. aliorumque..... Imperatorum. auctoritatibus confirmatam. contulimus.

Attendentes, videlicet, deuotum ſeruitium et petitionem fidelis noſtri Johannis Spirensis epiſcopi. In cuius tempore ſatis magnus motus. inter eundem Johannem Spirenſem antistitem. et inter eiusdem Eccleſie.. Aduocatum. exortus est.. Episcopo quidem, Eccleſiam, et familiam, defendere laborante.. Aduocato autem deuastare et diripere ſumme contendente. donec tandem a nostra clementia eadem Aduocatia Spirenſi Ecclesie donata est. priori iustitia priuilegiis predictorum.. Regum. et.. Imperatorum. confirmata, plenarie et integre ſeruata. Ut uidelicet.. Aduocatus Aduocatiam a Spirenſi.. Epiſcopo.. Epiſcopus uero a regali, uel imperiali dignitate ſuscipiat. ſuoque beneficio.. Aduocatus, quod ad aduocatiam pertinet contentus ſit. et neque Hornbach, neque ad alia quelibet eiusdem aduocatie loca pro qualibet ibi re, discutienda. ventilanda, uel diffinienda. nisi ab.. Abbate uel ab aliquo qui ad eandem aduocatiam pertinet, uocatus, veniat. ipso.. Abbate ipſiusque.. Villico, de omnibus qui ad querelam veniunt. libere placitante et diffiniente. Hocque a prioribus.. Regibus. et.. Imperatoribus. corroboratum. nos quoque noſtra imperiali dignitate addimus et precipiendo confirmamus. ut nullus.. Comes. nullus, regie, uel iudiciarie. potestatis exactor. aliquam exactionem. uel placitationem cum eiusdem monasterii.. hominibus habeat. Et ut hec nostra traditio ſtabilis et inconuulsa in omne futurum euum permaneat presentem cartam scribi in testimonium. nostroque Sigillo inſigniri. precipimus. eamque manu propria corroborauimus.

Signum domini Heinrici tertii (Monogramma) inuictissimi Romanorum Imperatoris.

Heilungus cancellarius vice.. Archi cancellarii Rothardi. recognouit.

Acta. xv. Kal. martii. Anno ab incarnatione domini mill. c. v. Indictione. xiii. regnante Heinrico tertio Romanorum imperatore augusto. Anno L.I. Imperante autem. xx. Data Spire in Christi nomine ad salutiferam memoriam Heinrici tertii.. Romanorum Imperatoris auguſti. feliciter amen.

a) Ex codice hornbacensi-Dankartiano fol. 3. n. 6, ubi primo loco insertum est transsumto diplomatis renovatorii Ludowici IV. imp., dati Monachii 12. August. 1343. Antiquior extat copia iudicum curiae spirensis, data 1334. fer. 2. post dom. misericordia, qua omnia ex ordine, monogramma et cancellarius vice archicancellarii exhibentur, simulque testimonium sigilli fertur.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, praeter annum imperii, qui unitate decurtatus est, aut si mavis duabus unitatibus, nam 31. Martii eiusdem anni incepit annus imperii XXII. Heinrici IV. imper.

c) Editum a Crollio in actis mannheim. VI. 283. n. 24. ex eodem codice.

d) Errore calami irrepsit vocabulum: advocato, cum sensus postulet vocabulum: abbate, quod noviori manu saec. XVI. supra lineam legitur scriptum.

e) Ad historiam super advocatia hornbacensi sub imperatore Heinrico IV. pertinent alia bina diplomata episcopis spirensibus data 1086. c. mens. Jul. et 1100. 7. Januar. edita a Würdtwein in subsidiis dipl. V. 255—259. num. 87 et 88.

CCI.

Anno 1107. 5. Januar. Ratisponae.

Heinricus V. rex quendam Gumboldum, a quodam homine libero Oudalrico sibi oblatum, more solito manumittit et liberum declarat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia quintus Rex. Omnibus Chriſti noſtrique fidelibus tam futuris quam preſentibus notum fieri uolumus. qualiter nos cauſa dei et rogatu fidelium noſtrorum. quendam hominem ſeruilis conditionis nomine Gumboldum. a quodam homine libero nomine Odalrico. per manum nobis oblatum. denario de manu eius excuſſo. liberum fecimus. et ab omni iugo ſeruitutis excuſſimus. ea uidelicet ratione. ut ipſe deinceps ea lege libertatis utatur. qua ceteri manumiſſi a noſtris anteceſſoribus regibus uel imperatoribus uſi ſunt. Vt autem huius noſtre libertatis donatio rata permaneat. hanc inde Kartam noſtro precepto conſcriptam impreſſione noſtri ſigilli inſigniri iuſſimus. uelut apparet inferius. Datum Nonas Januarii. Indictione XV. Anno dominice incarnationis Milleſimo VII. Regnante Heinrico V. Rege. actum eſt feliciter.

a) Ex libr. III. cop. passav. dicto lonstorfiano f. 67. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt. Locus negotii peracti, non expressus, desumitur ex alio diplomate, et quidem authographo, dato 3. Januar. 1107. Ratisponae.

c) Ineditum, extractum autem ab Aventino inter excerpta passav. ap. Oefele I. 710. a.

CCII.

Anno 1108. 1. Maii. Nuorenberch.

Heinricus V. rex Hedenrico tres regales mansos in villa Brunna, in comitatu Lupoldi marchionis, donat.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Heinricus diuina fauente clementia quintus romanorum rex. Notum fieri uolumus Chriſti noſtrique fidelibus tam futuris quam preſentibus qualiter nos rogatu et licentia Welfonis Ducis, et maxime pro dilectione atque fideli ſeruicio Luipoldi marchionis ac digna petitione Ebrehardi Eiſtetenſis epiſcopi et Coepiſcoporum eius Heinrici Friſingenſis. Hartwici Radixbonenſis. Theobaldi marchionis. Peringarii Comitis. aliorumque multorum noſtrorum fidelium in uilla que Brunna uocatur in Comitatu Lupoldi marchionis. Hedenrico tres Regales manſos per hoc ſcriptum cum omnibus eorum propertinentiis in proprietatem dedimus. uidelicet familiis utriuſque ſexus. terris. cultis et incultis. paſcuis. pratis. ſiluis. uenationibus. aquis molendinis. piſcationibus. exitibus atque reditibus. et omni utilitate que inde poterit omni tempore prouenire. Et ut hoc inuiolabile permaneat hanc inde Kartam conſcriptam impreſſione noſtri ſigilli iuſſimus inſigniri. Signum domini Heinrici Quinti Romanorum Regis inuictiſſimi (Monogramma) Albertuſ Cancellarius uice Rothardi Maguntini archiepiſcopi recognouit. Datum Kalendas May. Indictione I. anno dominice incarnationis Milleſimo C. VIII. regnante Heinrico Quinto Rege Romanorum. anno tercio ordinationis eius Nono. Actum eſt Nuorenberch in Chriſti nomine feliciter. Amen.

a) Ex libro cop. passav. III. dicto lonstorfiano f. 64. b.
b) Notae chronologicae inter se conveniunt.
c) Editum a Bar. de Hormayr in den Wiener Jahrbüchern der Litt. XL. Bd. Anzeigebl. 39.; extractum ab Aventino in excerpt. passav. ap. Oefele I. 710. b.

CCIII.

Anno 1112. 27. April. Monasterii.

Heinricus V. imperator Ottoni babenbergensi episcopo eiusque ecclesiae castrum Albwinistein et villam sub castro sitam tradit et confirmat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ. Heinricus diuina fauente clementia quartus Romanorum Imperator avguſtus. et quintuſ rex. Nouerit omnium ſancte dei eccleſie fidelium noſtrorumque uniuerſitas. preſentium ſcilicet ac futurorum. quod pro remedio anime patriſ noſtri beate memorie Heinrici tercii Romanorum imperatoriſ auguſti. ac pro ſalute noſtra. necnon ob fidele ſeruitium Ottonis Babenbergenſis venerabilis epiſcopi (et) ob interuentum quoque principum noſtrorum Adelberti Mogontienſis. Brunonis Treuerenſis. Friderici Colonienſis archiepiſcoporum. Burchardi Traiectenſis. Burchardi Monaſterienſis. Godeſchalci mindenſis. Godescalci Oſenburgenſis. Erlungi wirciburgenſis. Vdalrici Conſtantienſis. Mazonis Virdunenſis epiſcoporum. Friderici ducis de Sweuia. Hermanni Marchionis de Badun. Baldewini comitiſ Flandrenſis. Hermanni comitis de wizenburg. Beringeri comitis de Sulzbach. Gotfridi comitis de Halewa. Friderici comitis de arnſberc. et aliorum noſtrorum fidelium. Caſtrum quod Albwiniſtein dicitur. et villam ſub caſtro ſitam Sancto Petro apoſtolorum Principi. et ſancto Georio martyri inclito. ſancte Babenbergenſis eccleſie patroniſ. ſine omnium contradictione tradidimus. et confirmauimuſ. Eo siquidem tenore ut tam ipſe eiuſdem eccleſie Epiſcopus. O. quam ſuc-

ceſsores eius liberam poteſtatem habeant. commutandi. precariandi. vel quicquid eiſ libitum fuerit inde faciendi. ad utilitatem eccleſie tamen. Dedimus autem ut moſ eſt dare regibus vel imperatoribus. cum omnibus appenditiiſ ſuis. eccleſiis. edificiiſ. mancipiiſ. areiſ. exitibus et reditibus. agriſ cultiſ et incultiſ. queſitis et inquirendiſ. pratiſ. paſcuiſ. uiis et inuiis. aquis aquarumque decurſibus. molis. molendiniſ. ſiluis venationibus ac cum omni utilitate que ullomodo inde provenire poterit. Ut autem noſtra imperialiſ traditio firma et inuiolabiliſ omni euo permaneat Hanc cartam inde conſcriptam propria manu corroborantes. noſtri ſigilli impreſsione inſigniri iuſsimus. Hii ſunt teſtes bauuarico more per aurem tracti. Otto comeſ Ratiſpone. Hermannus comeſ Friderich de Amertal. Friderich de Bettendorph. Wolker de Vlinſbach. Gerhart de Aſchaha Heinrich de Barchſtein. Meribodo. Gebehart. Wirint. Marchwart. Ebbo. Hii omnes de Ebermudeſdorf. Hartnit de Turin. Marchwart. Chunrad de Pilwiſa. Marchwart de Gumpenhoven. Otto de Iringeſburch. Adilbero de Stoize. Adilbero de Colinbach. Adilbero de Sahſendorf. Hartnit de Chaldorf. Ebbo iunior de Ebmundiſdorph (Ebermundiſdorph). Data V Kal. Maii. Anno dominice incarnationis MCXII. Indictione V. Anno XIII. Ordinationis domni Heinrici quinti regis Romanorum. Regni autem eius VI. Imperii uero II. Actum eſt Monaſterii. In nomine domini Amen.

a) Ex antiq. cod. cop. f. 92. b. et 93., ubi etiam aliud exemplar occurrit f. 87., quod habetur in originali 1112. 27. April.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, sic tamen, ut annus uterque ordinationis ac regni numeretur completus ante tres menses et 20 usque 26 dies.

c) Ineditum, saltem hoc exemplar.

d) Differentia eius ab altero exemplari praecipue consistit in personis, quarum interventu, manibus ac testimonio traditio imperialis facta est. Sic inter principes laicos intervenientes in hoc exemplari Baldewinus comes flandrensis, inter testes autem nobiles Heinrich de Barchstein, Otto de Iringesburch et Adilbero de Stoize adduntur, in altero exemplari

plari praetermissi: e contrario hic desunt pagus Nortgowe et comes pagensis Otto, Salemanni quoque sive traditores, Richwinus de Lindaha et Engilhardus de Ludunbach, in altero exemplari expressi. Quae quidem diversitas duplicati diplomatis causa esse potuit, alterius retenti ac sigillo muniti, huius autem neglecti, in cancellaria caesarea quidem scripti, ast in sua imperfectione relicti.

CCIV.

Anno 1122. inter 13. April. et 23. Septembr. Wirceburch.

Heinricus V. imperator praedium Crana, patri suo Heinrico IV. imperatori a nobili viro Udalrico de Merheren traditum, sibique haereditario iure collatum, Ottoni babenbergensi episcopo, eiusque ecclesiae donat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Romanorum imperator auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris. preſentibus ſcilicet et futuris. quod quidam nomine Vdalricus uir nobilis de Merheren tradidit predium ſuum nomine Chrana patri noſtro beate memorie. H. Romanorum imperatori III. quod et nobis hereditario iure collatum ad altare ſancti Petri apoſtoli in Babenbergenſi eccleſia per interuentum Mahthildis dilecte coniugiſ noſtre aliorumque principum noſtrorum tradidimus. Ottonis uidelicet eiuſdem eccleſie epiſcopi. Adelberti Mogontini archiepiſcopi. Friderici colonienſis. Chvnradi Salzburgenſis. Rutkeri Magdeburgenſis. Heinrici ducis Bawariorum. Liutharii ducis Saxonum. Ottoniſ palatini comitiſ. Berngarii comitis. Per hoc autem legale preceptum perhenni iure in proprium delegauimus. cum omnibus eiuſdem predii pertinentibus. in quibuscunque villis vel pagiſ. ſiue comitatibus. id eſt mobilibus vel immobilibus, ſeruis. ancillis.

areiſ. edificiiſ. agris. terriſ. cultiſ et incultiſ. pratiſ. paſcuis. ſiluiſ. uenationibus. aquiſ. aquarum decurſibus. piſcationibus. molendiniſ. uiis et inuiiſ. exitibus et reditibus. queſitis et inquirendis. ac ceteris que quolibet modo uocari poſsunt appenditiiſ. et utenſilibus. Eo tenore quatenus venerabiliſ prefatus epiſcopus omneſque ſui ſucceſsores. idem predium in perpetuum poteſtatiue poſsideant. teneant et quicquid eiſ placuerit. ad utilitatem ſue eccleſie inde faciant. noſtra noſtrorumque ſucceſsorum. et omnium mortalium contradictione in perpetuum longe remota. Et ut hec noſtre traditioniſ auctoritas ſtabilis et inconuulſa permaneat. hanc precepti paginam inde conſcriptam manu propria roborante ſ. ſigilli noſtri impreſsione iuſsimus inſigniri.

a) Ex antiq. cod. cop. f. 51., ubi f. 68. etiam aliud exemplar invenitur, quod habetur in originali 1122. inter 13. April. et 23. Septembr. Wirceburch.

b) Notae chronologicae omnes desunt in hoc exemplari, supplendae ex altero exempl. authentico.

c) Ineditum, saltem hoc exemplar.

d) Unica fere, praeter defectum temporis et loci, differentia inter utrumque exemplar comparet in nominibus et ordine principum intervenientium. Sic in altero exemplari omnes archiepiscopi et duces praetermissi sunt, solusque Hartbertus brandenburgensis ep. exprimitur post Ottonem ep. babenbergensem, insuper ibi Beringerus comes Ottonem palat. comitem praecedit, cui hic postponitur.

CCV.

Anno 1125. 14. April. Aquisgrani.

Heinricus V. rex imperator Ottoni, palatino comiti, praedium suum in nemore Chrusene cum caeteris praediis ad Habechesperch pertinentibus et reliquis omnibus donat, quae tunc idem palatinus comes ab imperatore pro beneficiis habuit.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Heinricuſ diuina fauente clementia quartus romanorum Imperator auguſtus. Si condigna factiſ fidelium noſtrorum premia recompenſare ſtuduerimuſ. procul dubio eoſ quoque in noſtro ſeruitio ſemper promtioreſ fore ſperamuſ. Qua propter omnium dei noſtrique fidelium praeſentium ſcilicet ac futurorum nouerit induſtria. qualiter nos fideli noſtro et intimo Ottoni palatino comiti. ob frequenſ obſequium ſuum tale praedium quale noſ in nemore Chruſene habuimus. cum ceteriſ praediiſ Habecheſperch pertinentibus. et reliquis omnibus quae tunc pro beneficiiſ de nobis habuit. cum agriſ. edificiiſ. terriſ. cultiſ. et incultiſ. pratiſ. paſcuiſ. campiſ. ſiluiſ. uenationibus. aquiſ. aquarumue decurſibus. moliſ. molendiniſ. uiiſ et inuiiſ. exitibus et reditibus. queſitis et inquirendiſ. ſeu cum omni utilitate. quae aut ſcribi aut nominari poteſt in proprium tradidimuſ. et de noſtro iure. ac dominio. in ſuum iuſ atque dominium penituſ tranſfundimus. eo quoque tenore. ut praeſcriptus Otto de eodem praedio liberam deinceps habeat poteſtatem. tenendi. tradendi. uendendi. commutandi. vel quicquid ſibi placuerit inde faciendi. omni remota contradictione. Et ut haec noſtrae traditioniſ auctoritaſ. ſtabiliſ et inconuulſa omni tempore perſeueret. hoc preceptum inde conſcriptum. ſubtusque manu propria corroboratvm. ſigilli noſtri impreſsione iuſsimuſ inſigniri.

Signum Henrici quarti romanorum (Monogramma) Imperatoriſ inuictiſsimi Auguſti.

Philippus Cancellarius uice Adalberti Mogontini Archicancellarii recognouit.

Acta ſunt haec in curia Aquiſgrani. Anno dominicae incarnationis mill. cent. XXV. XVIII. Kal. Mai. Indict. III feliciter Amen.

a) Sigillum deest, nec ullibi apparet vestigium alicuius sigilli aut impressi aut appensi. Eapropter hoc instrumentum ad classem diplomatum imperfectorum referendum erit, cui negatum fuit sigillum, aut morte imperatoris, quae paulo post, nimirum 21. Maii, eod. anno Ultraiecti contigit, aut alia causa ultimam perfectionem sive sigilli impressionem praepediente. Notandum vero, utut instrumentum sigillo careat, rem tamen in eo contentam, sive traditionem proprietatis praedii in nemore Chrusene in manus Ottonis palatini, effectu suo non caruisse. Docentibus enim monumentis ensdorfensibus, praeprimis num. 9. et num. 27. codicis traditionum huius monasterii, sub imperatore Lothario, adhuc rege, an. 1125—1133. idem Otto palatinus istud praedium in Chrusenareforst quiete possedit, cuius partem fundandae illic ecclesiae Lindenharde dicto monasterio contradidit, quae re ipsa hoc ipso tempore fundata est, et ab eodem monasterio usque ad primam saecularisationem 1556 possessa. Hoc etiam addendum, nihil huic instrumento deesse, excepto sigillo, quod authenticis chartis necessario conveniat, nec typum litterarum abhorrere a typo huiusmodi in authenticis chartis Heinrici V. imp. conspicuo.

b) Indictio notata respondet anno aeque notato 1125.

c) Ineditum.

d) Desumtum ex archivo monasterii Understorf sive Inderstorf, quo fors per filium Ottonis pal. Fridericum palat. pervenit, licet hoc monasterium nihil unquam in nemore Chrusenareforst possederit.

CCVI.

Anno 1137. mense Junii. Bari.

Lotharius imperator Walthero episcopo augustensi mandat, ut ab infestatione monasterii burensis (Benedictoburani) desistat.

a) Ex Bern. Pezii codice epistolari I. 303. n. 87., qui primus illud produxit ex codice tegernseensi f. 22.

b) Notae chronologicae desunt huic mandato. Cum autem mentionem faciat animadversionis ab Innocentio II. papa in Waltherum episcopum prolatae, qualis in utraque epistola eiusdem papae Bari data legitur, Mon. Boic. VII. 97 et 98., ad illud utique tempus hoc mandatum pertinet, quod Bari simul commorabantur Innocentius II. papa et Lotharius imperator, nimirum inter 11. et 15. Junii anni 1137. Notandum autem alteram epistolam Innocentii II. non III. Idus Julii sed III. Junii datam esse, quia III. Idus Julii iam Potentiae uterque degebat.

c) Editum a Pezio l. c., dein in Meichelbeck chronico benedictoburano 90. et in Mon. Boic. VII. 99. num. 15.

CCVII.

Anno 1138. mense April. Moguntiae.

Cunradus III. R. rex chartam, sibi a Sigefrido episcopo spirensi oblatam, confirmat, qua idem episcopus fraterque eius Godefridus cuidam querelae adversus monasterium Waltsassen renunciant, insuper eidem monasterio villam inferiorem Dicke conferunt.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Cunradus dei gratia romanorum rex Secundus Cum regalis potestas omnium subiectorum curam debeat agere et eos ab iniuria defensare. potissimum tamen eorum paci et tranquillitati debet operam dare qui eius ministeriis inherent, per quem reges regnant. Quare omnibus posteris nostris notificamus Sigefridum spirensem episcopum fratremque eius Godefridum querele. quam aduersus monasterium monachorum ualde religiosorum in waltsassen hactenus habuerant in presencia nostra abrenunciasse. insuper uillam eidem que uocatur inferior dicke cum uniuerso iure suo contulisse pro remedio animarum suarum et parentum suorum. Quam concessionem predictus Sigefridus in scripcionis pagina sigilli sui impressione signata. fideiussoribus et testibus adhibitis consignauit et sub interminatione anathematis muniuit. Nos quoque eandem presenti conscripto quantum ad nos pertinet corroboramus et regali auctoritate munimus. Testes autem hii sunt sancte Rusine episcopus cardinalis et apostolice sedis legatus adelbertus Mogontinus electus archiepiscopus. Adelbero treuirensis archiepiscopus. Embrico wirzeburgensis. Buocco wormaciensis episcopus. warnerus monasteriensis episcopus. dux Fridericus. Gebehardus comes de Soltzbach. Adelbertus de

dumbrunne qui duo predicte conceſsionis rate habende fideiuſsores eciam conſtituti ſunt. Adolfus comes de monte henricus comes de Kazzenelenbogen. hermannus comes de Stalekke. Emecho comes de liningin Cunradus et Eberhardus de hagen. Theodericus et frater eius. Rudgerus de diura henricus de hirceſshuſen et alii quam plures. Actum anno dominice incarnationis M°.C°.XXXVIII. Indictione I. regnante Cunrado romanorum rege II°. primo autem anno regni eius conplētum in Mogancia feliciter amen.

a) Ex libro copiali waldsassensi circ. finem saec. XIII. conscripto. fol. 16. b.

b) Indictio et annus regni conveniunt cum anno notato, locus autem Moguntia curiam ibi in hebdomade III. post pascha, sive 17—24. April. ibi habitum designat. Conferantur Otto fris. et Dodechinus.

c) Ineditum, memoratum autem et paucis extractum a Bruschio in monast. edit. 4. p. 247.

d) Instrumentum Sigifridi episcopi spirensis a rege hic relatum adest in originali, in quo eaedem temporis ac loci notae occurrunt, testes autem nec omnes nec iisdem nominibus aut cognominibus exprimuntur, v. g. comes Herimannus de Staleche et frater eius Heinricus de Cazelenbougen. Comes Adolfus de Berge. Ministeriales regis Adelbreht de Segenbach (Tegenbach?). Heinrich de Herceshuse. Thiderich de Bluoste (Diure) et fratres eius Rvgerus et Anselmus. Cunradus de Hageno, Eberhardus nepos ipsius.

CCVIII.

Anno 1140. 3. Maii. Franckenvord.

Chunradus III. rex fratri suo Ottoni episcopo frisingensi omnia eius ecclesiae privilegia renovando confirmat, nominatim comitatum Catuuriae cum praediis, quae Otto II. imperator eidem ecclesiae concessit; insuper libertatem ministerialium eius et monetam episcopi per totum episcopatum sancit, ac in civitate frisingensi annuale forum concedit.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ Covnraduſ diuina fauente clementia romanorum rex ſecundus. Si religioſorum uirorum digniſ peticionibus benigne acquieſcimus. Ji illorum utilitatibus paternae conſulimus ſi priuilegia aeccleſiis dei antiquitus collata renouando confirmamus ſi libertatiſ iura eiſdem racionabiliter conceſsa retinemus et conſeruamus procul dubio predeceſsorum noſtrorum regum ſiue imperatorum exempla ſequendo tenemus. et id ſimirum tam ad preſentis uitae felicem curſum peragendum quam ad futurae uitae beatitudinem promerendam nobis profuturum non dubitamus. Omnibus Chriſti noſtrisque fidelibus tam futuriſ quam preſentibus notum eſse uolumus. qualiter noſ pro remedio anime noſtrae nec non parentum noſtrorum et inſtinctu dilectiſsime noſtrae Gerdrudiſ reginae interuentu quoque dilecti fratriſ noſtri Ottoniſ uenerabiliſ epiſcopi omnia ſanctae friſingenſis aeccleſiae priuilegia renouando confirmaſse. Nominatim autem comitatum Catuuriae cum prediiſ adiacentibus quae piae memorie imperator Otto pia matriſ ſuae adelheidiſ peticione et uenerabiliſ epiſcopi abrahe legitime eidem conceſsit aeccleſiae. Decernimus etiam regia

regia auctoritate ut miniſterialeſ eiuſdem aeccleſiae in ea libertate permaneant. in qua miniſterialeſ regni et caeterarum aeccleſiarum et in predicto epiſcopatu nemo monetam habeat preter ipſum epiſcopum. Preterea firmiter interdicimus omne nouum forum in eodem epiſcopatu. niſi quod antiquitus roboratum eſt auctoritate predeceſsorum noſtrorum. In ipſa vero friſingenſi ciuitate annale forum concedimus. vt autem huius noſtrae renouationiſ et confirmationiſ preceptum ſtabile permaneat. hanc cartam inde ſcribi et ſigilli noſtri inpreſsione inſigniri iuſsimus. manuque propria ut infra apparet corroboranteſ teſtes qui preſenteſ aderant ſubnotari fecimus. Quorum nomina hec ſunt Adelbertus Moguntinus archiepiſcopus. Adelbero Treuirenſis archiepiſcopus et apoſtolicae ſedis legatus. Embricho wirceburgenſis epiſcopus. Bucco wormatienſis epiſcopus. Sifridus ſpirenſis epiſcopus. Reimbertus patauienſis epiſcopus. Adebertus (Adelbertus) dux ſaxonie. Conraduſ dux burgundie. Heinricuſ comeſ palatinus Engelbertus marchio Ovthelricus comeſ de Lenzeburch.

Signum domni Cuonradi (Monogramma) romanorum regiſ inuictiſsimi.

Ego Arnoldus cancellariuſ uice Adelberti Moguntini Archicancellarii recognoui.

Anno dominicae incarnationis MCXL. indictione III. Regnante Cuonrado romanorum rege ſecundo anno V. regni eius III. Data Franchenuord V Non. Maii in Chriſto feliciter Amen.

a) Ex libr. cop. fris. I. f. 18. II. f. 116. b. III. 75. ex quibus lib. II. testes omittit.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. mon. 157. edit. ratisb. 106. in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 232. ex libr. cop. II. denique in Meichelbeck hist. fris. I. 319. potissimum ex libr. III.

d) Memoratum hic diploma Ottonis II. habetur inter apographa ex instrumento praeconcepto 975. potius quam 974. 28. Maii.

CCIX.

Anno 1140. mense Septemb. apud Nurinberch.

Chunradus III. monasterio Pruuininga concambium, super Bucha ac Manegoltingin cum Ottone praefecto urbis Ratisbonae initum, confirmat.

(Chrismon.) In nomine ſancte et indiuiduae trinitatiſ Cuonradus diuina fauente clementia Romanorum Rex Secundus. Equitas iuſticiae et regni auctoritaſ noſ admonent omnium quidem utilitati proſpicere. maxime vero fidelium Chriſti uota modis omnibus promouere et adjuvare. Quapropter petitionibus fratrum in cenobio ſancti Georgii Pruuininga deo militantium annuenteſ noſtrae auctoritatis edicto communimus et corroboramus concambium quod factum eſt inter Erbonem praedicti monaſterii abbatem. et Ottonem praefectum urbiſ Ratiſponae. concedente uidelicet et conſenticnte dilectiſsimo fratre noſtro Lwipaldo duce bauuariorum. ut beneficium praefecti Bucha nominatum praedicto cenobio traderetur. reddita uiciſsim in iuſ et poteſtatem ducatus bauuariorum quadam poſſeſsione fratrum quae manegoltingin dicitur. cum uinea quae eſt in Ratiſpona prout lex et aequalitaſ concambii expetiuit. et partis utriuſque conſenſus ratum habuit. Decernimus itaque ut beneficium Bucha fratreſ Pruuiningae perpetuo proprietatiſ iure poſsideant. et locandi. uendendi. commutandi. et aliiſ quibuslibet modiſ iuſtiſ atque legitimiſ utendi et fruendi liberam de cetero habeant poteſtatem. Si qua autem perſona temeraria huius decreti noſtri ſtatutum uiolauerit. conditioniſ ſuae dignitate careat. et libras quinquaginta auri puriſsimi componat. quarum dimidietatem camerae noſtrae appendat. reliquam vero partem prefato monaſterio perſoluat. Ut autem haec noſtra corroboratio firma et inconuulſa omni permaneat aeuo. hanc cartam inde ſcribi et ſigilli noſtri impreſsione inſigniri iuſſimus. manuque propria

ut infra apparet corroborantes. teſtes qui praeſentes aderant ſubter notari fecimus. Quorum nomina haec ſunt. Cilbertus Babenbergenſis epiſcopus. Embricho Wirziburgenſis epiſcopus. Gebehardus aiſtetenſis Episcopus. Bruno epiſcopus. Rabodo comes. Gotefridus caſtellanus de Nurinberch. Marcwardus de Grunenbach. Waltherus de louenhuſen. Albero de dageſteten et filius eius Albero. Adalbero de dunbrunne. Otnandus de Eſchenowe et filii ejus Herimannus. et Otnandus. Burchardus de dufenbach.

Signum Domini Cuonradi Romanorum regis Secundi.

(Monogramma.)

Ego Arnoldus Cancellarius uice Archicancellarii Alberti Mogontini recognoui.

Anno dominicae incarnationis M.C.XL. Indictione III. Regnante Covnrado Romanorum rege II anno V. regni eius III. Actum apud Nurinberch in Chriſto feliciter Amen.

a) Ex antiquissimo codice traditionum ac copiarum monasterii priflingensis, medio saec. XII. conscribi incepto eodemque saeculo finiente absoluto, fol. 31. b. et 32.

b) Indictio et annus regni conveniunt cum anno Chr. notato 1140. Dies vero ac mensis non sunt expressi. Verumtamen, cum hoc diploma sit confirmatio concambii, eodem an. 9. Julii peracti, demumque 23. Octob. solemni Liupoldi, tunc ducis Bavariae, charta firmati (vid. Mon. Boic. XIII. 170. et Weixer in fontilegio 6e.), inter utrumque diem, 9. Jul. ac 23. Octob., istam regiam confirmationem intercessisse oportet, nimirum mense Septembri, antequam rex Chonradus obsidionem weinspergensem inciperet, copiis, ut solebat, Norimbergae contractis.

c) Editum ex eodem codice traditionum a Weixer mox laudato in fontilegio priflingensi p. 60.; nam multum differt ab alio instrumento interpolato, saec. medio aut finiente saec. XIII. membranae cuidam separatim inscripto, demumque libro censuali saec. XVti ac libro copiali anni 1454 inserto, ex quibus perperam, omisso instrumento authentico, editum est Mon. Boic. XIII. 181. num.

CCX.

Anno 1141. circa 18—25. Maii. Ratisponae.

Conradus rex consanguineo suo, Ekkeberto comiti, in villa eius Neunchire (Neunchirchen) forum et monetam concedit.

Anno dom. inc. MCXLI. indict. IV. regnante Conrado Rom. Rege II. anno regni ejusdem III. Data Ratispone in Christo feliciter Amen.

a) Ex libro copiali membranaceo monasterii formbacensis circ. an. 1407 conscripto, num. 24.

b) Indictio et annus regni completus ante duos menses et aliquot dies conveniunt an. Chr. 1141. inter 18—25. Maii, quo tempore rex Conradus solemnem curiam Ratisbonae celebravit.

c) Editum in Mon. Boic. IV. 132. num. 5. sed ex melioris notae libro copiali chartaceo, an. 1458 conscripto fol., quare plura ibi emendanda occurrunt, et addenda: lin. 15. leg. petitionibus pro precibus; lin. 17. concessionis pro cessionis; lin. 21. nostri pro mostri; lin. 25. Bernhardus pro Wernhardus; lin. 26. inseratur: Waltherus de Louenhuse; Euerhardus. Conradus; et leg. Aira pro Aica; lin. 27. notetur: Monogramma.

CCXI.

Anno 1142. 20. Januar. Ratisponae.

Chunradus III. rex monasterio Prvviningen (Prifling) confirmat concambium, inter abbatem eiusdem monasterii et abbatem Scti Emmerammi eo modo initum, ut antiquata priore conventione, meliori compensatione agri quidam et decima priflingensium infra et extra cellam, a monasterio Scti Emmerammi redimerentur.

In Nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Chunradus diuina fauente Clementia Romanorum Rex Secundus. Quemadmodum regie auctoritatis eſt ſuperbos deicere. prauorum conatibus contraire. ſic eius honorificentie eſt humileſ erigere. et iuſtiſ bonorum deſideriis conſentire. Quapropter petitionibus fratrum in cenobio beati Georgij Prvviningin deo militantium facilem commodantes aſſenſum noſtre auctoritatis ſtatvto communimus et corroboramus concambium quod factum eſt inter Engilfridvm abbatem ſancti Emerami. et Erbonem uenerabilem abbatem prefati cenobij ſancti Georgij. de agris quibusdam. et decima ſua tam infra quam extra ipſam cellam. Siquidem uenerabilis ac fideliſſimus nobis Otto pie memorie babenbergenſis epiſcopus eiuſdem celle fundator eximius et abbas ac loci illius fratres VIIII. iugera agri in quo eccleſia beati Andree apoſtoli cum domo hoſpitali aliisque habitaculis ſita eſt. ab eccleſia ſancti Emmeramj datis in recompenſationem aliiſ XX. iugeribus de fundis ſuiſ antiquitus commutaramt. Sed huic commutationi Engilfridus abbas ſancti Emmeranni et fratres eius uſque modo reclamabant. quippe quibus idem concambium non ſatis legitime factum. nec ſatiſ idoneis teſtibus uideretur eſſe firmatum.

Placuit itaque mutue altercationis controverſiam hac ratione diſſcindere. ut fratres de cenobio ſancti Emmerami de rebus beati Georgij predium quoddam Tvnzilingin ſitum acciperent. fratres uero de ſancto Georgio prefata. viiii. iugera. cum illiſ xx. iugeribus que primo in recompenſationem data fuerant. abſque omni inquietudine poſſiderent. Preterea fratres ſancti Georgij quamquam decretum domni pape Innocentij ex conſenſu totius ſacri piſani concilii accepiſſent. ut de laboribus quos propriiſ ſumptibus excolunt. nulli omnino decimaſ darent. tamen quaſi uiri religioſi et paciſ ac concordie ſectatores. patenam auream magni calicis ſancti Emmerammi quam homo quidam nomine Engilbertus. cui eadem patena pro xxviiii marciſ in pignus poſita fuit. apud eos conuerſus. uſque ad ſolutionem predicte pecunie inibi reſeruandam obtulerat. reddiderunt. datiſque inſuper aliiſ iiii. talentis. omnem decimam totius predij quod in conſinio celle ſue habere noſcuntur a prefato ſancti Emmerami (cenobio) redemerunt. eo uidelicet pacto. ut abbaſ ipſe et fratres eius de ipſa pecunia predium emerent. quod in memoriam huius fraterne conuentionis ſuis propriis uſibus aſſignarent. Hec autem geſta ſunt in preſentia noſtra et in preſentia legati apoſtolice ſedis Theodewini uenerabiliſ ſancte rufine epiſcopi. in preſentia epiſcoporum ac principum regni noſtri per manus Friderici Ratiſponenſis aduocati. et Comitis Adelberti. atque Ottonis filii prefecti. aduocatorum utriuſque monaſterij. preſente et precipiente Heinrico epiſcopo Ratiſponenſi. conſenſu et conſilio cleri ſui. prout lex et equalitas concambii expetiuit. et utriusque partis aſſenſus ratum habuit. Decernimus itaque ut fratres de ſancto Georio predictos agros cum omnibus decimiſ ſuis inibi exolendis perpetuo proprietatis iure poſſideant. et quibuslibet modis iuſtiſ atque legitimis utendi liberam de cetero habeant facultatem. Siquis autem temerarius huius decreti noſtri ſtatutum uiolauerit. conditionis ſue dignitate careat. et auri libras. L. componat. quarum dimidietatem camere noſtre appendat. reliquam vero partem prefato. Sancti Georgij cenobio perſoluat. Ut autem hec noſtra corroboratio rata et inconuulſa in poſterum perſeueret. Hanc cartam inde

conſcribi. et ſigillo noſtro inſigniri iuſſimus. et eos qui preſentes aderant teſteſ ſubternotari fecimus. Quorum nomina hec ſunt Peregrinus aquilegenſis patriarcha. Gerwicus epiſcopus concordienſis. Gyrbertus veltrenſis. Imbrico wirzburgenſis. Otto friſingenſis. OVdalricus dux carintinorum. Engilbertus marchio. Rapoto Comes fratres eius. Adelbertus marchio de Saxonia. Perhtoldus comes de andehſe. Poppo Comes filius eius. Folchradus comes de Leximunde. Otto prefectus filius eius. OVdalricus de Steine. Rudgerus de manegoltingen. Erbo filius fratris eius. Covnradus de owenſhoue. OVdalricus uicedominus. Sigehart frater eius. Baltwinus de ratiſpona. Dietmarus de ſunchingen. Eggebertus de talmazzingen. Liutwinus niger. Liutwinus liſtmar. Anno dominice incarnationis. M. C. xl. ii. Indictione. v. xiii. Kalendas Februarij. Regnante Chvnrado romanorum rege ſecundo. Anno regni eius. v. Actum ratiſpone in criſto feliciter. Amen. amen. amen.

a) Instrumentum istud apographum membranae maiori manu fere coaeva inscriptum est. Illi autem ipsi membranae proxime post hoc instrumentum tria adhuc alia instrumenta ad idem concambium pertinentia eadem manu inscripta sunt, quae huicce nostro non minimum lucis et auctoritatis afferunt. Primum ineditum, attamen in Regestis a Lang I. 162. inter originalia memoratum, Heinrici I. episcopi ratisb. super eodem concambio in praesentia cardinalis Theodwini facto est confirmatio, data eodem die et anno, nimirum 1142. 20. Januar. Alterum, circa an. 1135., ab eodem episcopo Heinrico I. datum, immunitatem a decimis, in pisano concilio 1134. 30. Maii celebrato ab Innocentio II. papa concessam, priflingensibus indulget, atque editum est in Mon. Boic. XIII. 151. num. 5. Tertium denique notitiam continet cuiusdam concambii praecedentis, quae in fine has notas chronologicas exhibet: „anno ab inc. Domini M. C. XXX. V. regnante imperatore. actum Regenspurch Kalendis Martii.“ et charta est ipsius concambii ab Engilfrido abbate Scti Emmerammi et a quinque fratribus, i. e. confratribus eius subscripta, in caeteris non multum differens ab illa eius-

dem concambii notitia, quae habetur Mon. Boic. XIII. 6. num. 2. codicis traditionis, et hanc 5 diebus praecedit.

b) Indictio anno Chr. indicato respondet, similiter annus regni, attamen uno mense ac 13 diebus anticipatus.

c) Ineditum.

CCXII.

Anno 1142. 15. Dec. Ratisponae.

Conradus III. rex in auxilium coenobii reichersbergensis, in ripa Oeni, in regione norica et in comitatu Ekkeberti comitis siti, concedit ministerialibus regni theutonici et ducatus Bawariae licentiam, praedia sua praedicto monasterio donandi.

Data XVIII. Kal. Jan. Anno dom. inc. MCXLII. Ind. V. anno regni ejus V.

a) Ex libro copiali membranaceo eiusdem coenobii, conscripto 1420 et continuato usque 1467.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum in chronico reicherspergensi apud Ludewig script. rer. germ. II. 255. et in Mon. Boic. IV. 409. num. 5., ubi invocatio ac titulus regis magis imitantur editionem chronici reicherspergensis a Ludewig loc. cit. repetitam, quam codicem istius coenobii.

d) Ducatus Bawariae tunc vacabat ex obitu Liupoldi ducis, an. 1141. 21. al. 18. Oct. defuncti. Conferantur necrologia zwifalt. et alia, nec non chronica Steindelii et alia ap. Oefele I. 491. et 731., ideoque adhuc erat in manu regis.

CCXIII.

Anno 1143. 1. Januar. Ratisponae.

Chunradus III. in favorem fratris sui, Ottonis episcopi frisingensis, libertatem ministerialium eius ecclesiae statuens, Ottoni palatino comiti de Witilinespach edicto regali interdicit, ne ullam deinceps iudiciariam potestatem super illos ministeriales exerceat, praemisso tractatu super compensanda utilitate, quam Palatinus exinde habuit.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduc trinitatiſ Chuonraduſ diuina fauente Romanorum rex ſecundus. Sicut diuina preordinante clementia ceteriſ mortalibus quodam modo ſupereminemus ſicut et etiam aeccleſiaſ et eccleſiaſticas perſonaſ ab inuaſione quorumlibet regali potentia a deo nobis commiſsa defendere debemus. Per hoc enim et temporalia noſtra ſucceſsu regentur proſpero et ipſius fauente clementia qui dat ſalutem regibus gloria et honore coronabimur in caelo. Nouerit igitur omnium tam futurorum quam preſentium induſtria. qualiter palatinuſ comeſ Otto de witilineſpach noſtra fretus ammonitione iudiciariam poteſtatem quam ſuper miniſterialeſ friſingenſis aeccleſiae habere uidebatur prorſus abnegauit et in preſentia epiſcoporum et caeterorum principum compenſata ſibi tamen conſenſu totius aeccleſiae conuenienti utilitate ſecundum conſuetudinem curiae omnino exfeſtucauit. Huius rei gratia peticione Kariſsimi fratriſ noſtri Ottoniſ eiusdem aeccleſiae uenerabilis epiſcopi. tam pro conſeruanda friſingenſis eccleſie antiqua libertate quam pro reformanda paciſ tranquillitate conſti-

tuimus edicto regali precipienteſ ne prefatus palatinus vel aliquiſ heredum ſuorum ullam deincepſ iudiciariam poteſtatem ſuper miniſterialeſ friſingenſis aeccleſiae ſibi uſurpare preſumat. ſed ipſi domino ſuo epiſcopo debita ſubiectione inſeruiant et iure ceterorum miniſterialium ſine aliqua inquietatione fruantur. Siquiſ uero quod abſit huius precepti noſtri ſtatutum infringere temptauerit mille libras auri puriſsimi componat. quarum partem dimidiam camere noſtrae reliqua uero praefatae aeccleſiae perſoluat. vt autem huius precepti noſtri pagina firma et inconuulſa omni tempore permaneat inpreſsione ſigilli noſtri eam inſigniri iuſsimus manuque propria ut infra apparet corroboranteſ teſtes qui preſentes aderant ſubter notari fecimus. Quorum nomina haec ſunt. Embricho wirciburgenſis epiſcopuſ. Heinricuſ. Ratiſponenſis epiſcopus. Tiebaldus marchio. Gebeharduſ comeſ de Sulzbach. Othelricuſ comeſ de Lenzeburc. Engilbertus comeſ Hallenſiſ. Rapoto comeſ. Conraduſ comeſ.

Signum domni Covnradi (Monogramma) ſecundi romanorum regiſ inuictiſsimi.

Egq arnoldus cancellarius uice alberti moguntini archicancellarii recognoui. Anno dominice incarnationiſ MCXLIII. Indictione V. regnante Chuonrado Romanorum rege ſecundo regni eius. Data Ratiſpone in Kal. Januarii in Chriſto feliciter amen.

a) Sigillum deest, nec ullibi apparet vestigium alicuius sigilli aut impressi, aut appensi. Eapropter hoc instrumentum ad classem diplomatum imperfectorum referendum erit, cui negatum fuit sigillum, vel obstante dissensu principum parti adversae, nimirum comiti palatino faventium, vel alia causa ultimam eius perfectionem, scilicet sigilli impressionem, praepediente.

b) Notandum insuper instrumentum istud tribus antiquissimis libris copialibus ecclesiae frisingensis esse insertum, I. f. 26. b. II. f. 116. b. III. f. 110. b. cuius differentia ab hocce nostro potissimum constat in numero ac ordine testium, dein in nota diei, nimirum in Kal. Januar.

Interim ex quo iam in diplom. 1140. 3. Maii Frankfurt dato, ab eodem rege libertas ministerialium frisingensium decreta est, patet, ab illo tempore controversiam desuper cum Ottone com. palatinem exortam, idem tamen negotium satis grave, agente episcopo frisingensi Ottone repetitis vicibus tractatum, nunquam tamen ad finem deductum esse.

c) Indictio et annus regni non ad annum dati sive conscripti instrumenti sed potius ad anni praecedentis 1142 primos dies pertinent, in quibus rex Chunradus II. Ratisbonae aderat. Ex fide tamen librorum copialium chartam 1. Jan. 1143. exaratam esse intelligimus. Certe Heinricus archiepiscopus finiente mense Jul. 1142. primum investitus, Chunradus com. de Dachowe mense Octob. 1142. demum in deditionem veniens et Embricho wirceburgensis episcopus mense medio Decembri a legatione romana reversus, persuadent, instrumentum hocce ad ultimos dies Decemb. 1142. ac primos dies Januar. 1143. pertinere, et ad solemnem curiam Ratisbonae tunc habitam.

d) Editum in Hundii metr. I. edit. monac. 158. edit. ratisb. 106. in Lünig spicil. eccles. II. Th. 231. et in Meichelbeck hist. fris. I. 326 et 327., quasi ex autographo, quo nostrum intelligit, cuius conditionis sit, minus sincerus annotare supersedens.

CCXIV.

Anno 1144. circ. mens. Maium. Nurenberch.

Chunradus III. R. rex praeposito et fratribus in Berthersgaden mansum in Acsbach, a duce et marchione Heinrico, fratre suo, sibi resignatum tradit.

(Chrismon.) In nomine Sancte et Indiuiduae trinitatiſ. Chonradus diuina fauente clementia. Romanorum rex Ildus. Religioſorum peticionibus aurem pietatiſ accomodare. et que ad dei cultum pertinent. ſummo beniuolentiae ſtudio promouere. regiae liberalitatiſ eſt. cuius honor iudicium diligit. unde in eterna uita condignam bonae mercediſ retributionem. et in temporalis regni amminiſtracione gloriam nobis accreſcere confidimus. Eapropter omnium tam futurorum quam praeſentium nouerit induſtria. qualiter fidelis noſter. Manegolduſ de Werda manſum quem a fratre noſtro. Heinrico. Duce bawarorum in acspach tenebat in beneficio. eidem fratri noſtro. Heinrico duci et marchioni reſignauit. Dux uero qui eundem manſum a nobis in beneficio habebat. nobis libere reddidit. Noſ itaque ob regni noſtri firmam ſtabilitatem et animae noſtrae. noſtrorumque parentum. perpetuam ſalutem. eundem manſum. Prepoſito in Bertherſgaden et fratribus deo ſeruientibus conceſſimus. edicto regali praecipienteſ. ne aliqua deincepſ perſona magna ſeu parua eundem manſum a praefata eccleſia alienare praeſumat. ſed fratres in eadem aeccleſia deo ſeruienteſ ſepe dictum manſum. cum omni utilitate quae inde prouenire poteſt ſine alicuius contradictione poſſideant. Et ut haec noſtra donatio firma et inconuulſa permaneat. praeſentem paginam Sigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. et teſteſ. qui praeſenteſ aderant. ſubnotari fecimus. quorum nomina hec ſunt. Heinricus

filius noſter. Fridericus. filius ducis boemiae. Comes Livtoldus. de bleia. Otto et frater eius Walchovn. De Maglant. Rapoto miles dei. Erchenbert de Styrne. Hertwich et frater eius Otto de Lengenbach. Comes Thodericus. Comes Rapoto. Wernhardus de Jugelbach. et filius eius Wernhardvs. Signum Domini. Chovnradi. Romanorum Regis Secundj. (Monogramma.) Ego Arnoldus Cancellarius uice Heinrici Magontini Archicancellarii Recognoui. Anno dominicae Incarnationis M. C. XL. IIII. Indictione VI. Regnante Chovnrado. Romanorum rege Secundo. Anno uero regni eius VII. Data eſt Nurenberch. in Chriſto feliciter. Amen.

a) Ex libro copiali berchtesgadensi antiquissimo circ. an. 1205. conscripto, vel potius iam antea inchoato et usque ad illum annum continuato f. 15.

b) Indictio unitate decurtata est; annus enim regni VII; inde a die 6. Mart. respondet anno expresso. Rex mense April. Babenbergae morabatur, unde mense maio Norimbergam accessisse credendus est.

c) Ineditum, penitusque hucusque incognitum. Notitia concambii, quod Manegoldus de Werde et Wolftrigil de Fronehouen antea peregerant, ex quo Manegoldus praedium acspach cum pertinentiis allodiaque plura sibi cessa Sancto Petro in Berthesgaden tradidit, habetur in antiquissimo libro traditionum berthesgadensi fol. 28.

CCXV.

Anno 1149. 23. Maii. Salzburg.

Conradus rex confirmat donationes Rafoldi ministerialis regni, qui duos regales mansus in villa Scounberch, prius Nahtstal dicta, in pago Cidalaregove et mansum in Waltendorf contradidit monasterio Reitenhaslach.

Data Salzburg X. Kal. Junii. Indictione XII. Anno dominice incarnationis. M.C.XLVIIII. Regnante domino Chunrado fue regalif profapie romanorum rege fecundo Anno uero regni eiuf XII.

a) Ex codice membranaceo antiquissimo fere coaevo pag. 17 et 18., et ex codice IIdo. fine saec. XII. p. 18—20.

b) Annuntiatio monogrammatis, ipsum monogramma, et notae chronologicae, cum loco dati diplomatis, quae inter se conveniunt, paulo recentiori manu, fine saec. XII., spatio vacuo pag. 18. additae, desunt autem in codice IIdo ac in editione mox laudanda.

c) Editum in Mon. Boic. III. 109. n. 6. ubi sequentia emendentur ac addantur: p. 109. lin. 13. leg. 1149. lin. 20. leg. Rafoldus; lin. 21. leg. lybans (libans), loco: tribuens; lin. 22. leg. Nahtstal; p. 110. lin. 1. leg. habendum, loco: tradendum; lin. 14. add.: Eberhardus babenbergensis episcopus: lin. 19. add. Signum domni Chuonradi (Monogramma) Romanorum regis secundi Augusti.

Ego Arnoldus cancellarius vice Haeinrici Moguntini. etc. ut supra.

CCXVI.

Anno 1156. 17. Sept. Ratisbonae.

Fridericus I. imperator in curia generali Ratisponae celebrata marchiam Austriae in ducatum commutat.

*) Conferantur Mon. Boic. Vol. XXVIII. pars altera pag. 354 et commentarius diplomatico-criticus super duplex privilegium Austriacum etc. consentiente Academia scientiarum boica vulgatus (Monachii sumptibus academicis 1831) pag. 1. 5 etc.

CCXVII.

Anno 1157. potius, quam 1158. circa mens. Mart. Herbipoli.

Fridericus I. imperator monasterium Bildehausen, ab Hermanno comite palatino nuper defuncto fundatum, et a Gertrude uxore eius completum, confirmat atque eius possessiones enumerat.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus Primus. Dilecto patri Adamo Venerando Abbati Ebracenſi et fratribus ſuis. Ad hoc nobis imperij Romani Summa a ſummo Imperatore deo commiſſa eſt vt dei ſeruos paternis affectibus diligamus et eo amplius ſtudeamus ipſorum deuocionem modis omnibus conſouere: quo feruencius ipsi diſciplinis eccleſiaſticis et ſanctorum patrum regulis inherere noſcuntur Tunc enim deo gratus a nobis impenditur famulatus, ſi ſanctorum locorum ſalubris inſtitutio rigor et ordo noſtro patrocinyo in religionis

puritate fuerint conſeruata. Eapropter dilecte in domino poſtulacionibus tuis clementer annuimus et Venerabilem fratrem Heinricum Abbatem cum fratribus ſuis et Abbaciam quam fundaſti in predio nobiliſſimi principis noſtri Hermanni palatini Bilhildhawſen ſub imperialis noſtre tuicionis defenſionem ſuſcipimus et preſenti ſcripti priuilegio communimus. Et non ſolum pro peticionis tue deuocione verum etiam pro affectione pij principis quem pro fidelitate et probitate ipſius plurimum dileximus et rebus humanis exceſſiſſe fideliter et pio tranſitu certiſſime ſcimus, que iuſta ſunt et pia prefato loco ſolita clementia ſemper impendemus. Mirabilis ſiquidem dominus mirabilia In eo operatus eſt: cui et inſpirauit vnctione ſpiritus ſui vt et mundj gloriam et honorem palacij noſtri eterne retribucionis obtentu deſereret ſeque et omnia ſua Chriſto donare diſponeret. Verum quia priuſquam hec omnia ad certum finem perduceret ex hac luce ſubtractus eſt, et contectalis eius Gertrudis Religioſo ſtudio conſilio et ope tua que uiuens maritus eius facere decreuerat laudabiliter conſummauit decet clementiam noſtram vt et illius deuotioni tuiſque religioſis actibus congaudeamus, et pro anime noſtre ſalute locum prefatum Bildh. et Abbatem ac fratres eius cunctaſque poſſeſſiones eorum ſolita benignitate noſtra tueamur. quatinus ipſis ipſorumque ſucceſſoribus integre et illibate permaneant In quibus hec proprijs duximus exprimenda vocabulis Locum ipſum cum omnibus ſuis appendicijs Holnſtat Ranſeltshuſen Liidenhuſen, Raperthuſen Loherith In Wenghem dominicale et ſeptem manſos Junckerhuſen Decreuimus itaque vt nulli omnino hominum liceat contra ordinis veſtri ſtatuta noui aliquid vobis inducere vel loca veſtra temere perturbare, aut poſſeſſiones prefate Abbacie quas inpreſentiarum Juſte et canonice poſſidet aut in futurum conceſſione pontificum largitione regum vel principum largicione fidelium ſeu alijs iuſtis modis deo propicio poterit adipiſci, aufferre retinere, minuere ſeu quibuſlibet moleſtijs fatigare, ſed omnia integra ſeruentur eorum pro quorum gubernacione et ſuſtentacione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſue perſona

hanc

hanc noſtre inſtitucionis paginam ſciens contra eam temere venire preſumpſerit ſecundo terciove commonita ſi non ſatiſfactione congrua emendauerit ream ſe de perpetrata Iniquitate cognoſcat, et centum libras aurj meri legibus componat Cunctis autem iuſta eidem loco conſeruantibus ſit pax domini noſtri iheſu chriſti quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud diſtrictum Judicem premia eterne pacis iuueniant. Huius rei teſtes ſunt Geberhardus Würtzburgenſis Epiſcopus Conradus Auguſtenſis Epiſcopus Conradus Eiſtetenſis Epiſcopus Fridericus dux Almanie Marchio Adelbertus et filius eius. Otto palatinus de Widelinsbach et fratres eius Comes de Hunlant. Comes B. de Blaſſenburch, B. (Bertholdus) vrbis prefectus Hermannus de Bramberg Comes Gebehardus de Bilſtein. Giſo de Hildenberg Mangoldus de tſundorfe Marquardus de grumbach et filij eius Gotfridus de luten et fratres eius. H. de trimperg et fratres eius Acta ſunt hec Anno dominj M.C.LVIII. Indictione Quinta Ego Rudigerus (Rainaldus) Cancellarius Vice Arnoldi Maguntinj Archiepiſcopi et Archicancellarij recognoui. Data Herbipolj.

a) Ex libro copiali monasterii bildhusani, super bonis eius Grossenwenckheim, Wargeltshausen, Brönn, Trittrith, circ. an. 1473. conscripto folio praeambulo num. 1.

b) Indictio Vta convenit anno Ch. 1157., ad quem hoc diploma referendum est potius, quam ad an. 1158. Certe Wirceburgi fuit Fridericus I. imp. 15. et 16. Mart. 1157. ex diplomatibus apud Böhmer in regest. n. 2368 et 2369 adductis. Utrum tunc adhuc inter vivos fuerit Hermannus olim com. pal. Rheni, dubium reddit diplom. an. 1157. 6. April Wormatiae, ubi inter testes ipsemet adhuc occurrit, nobis inter orig. num. 496. Verum ex fide continuatoris Dodechini ap. Pistorium S. R. Cz. I. ed. Struv. 677. Hermannus olim palatinus eo ipso anno obiit, quo Fridericus I. imp. sibi Beatricem burgundicam in matrimonio collocavit, quod factum est Wirceb. 1156. 11—14. Jan. Notae ergo chronologicae illius celeberrimi diplomatis an. 1157. 6. April. longe aliter ordinandae erunt, ac factum est in num. 496. laudato. Obitum vero

Hermanni huius Pareus in hist. pal. bav. p. 453. ad mens. Decemb. refert, epitaphium eius in monast. Bildhausen de transvectione cadaveris exponens.

c) Editum in Tolneri cod. dipl. 49. num. 55. et ex eo in Ussermanni cod. probat. episcopatus wirceb. 42. n. 43. b.

d) Vocabulum: Primus post Fridericum imp. subductum antiquitus cernitur, superfluum utique et tantum praepostere interpolatum.

CCXVIII.

Anno 1158. 27. April. Pinzeke (Sinzeke).

Fridericus I. imperator supplicante Eberhardo praeposito ecclesiam eius Rohr in protectionem suam suscipit.

Data Pinzeke V Kal. Maii anno dom. incarn. MCLVIII. indict. VI. Regnante dno Friderico Romanorum imperatore inuictissimo anno regni ejus VII. imperii vero tercio. Amen.

a) Ex libro copiali rohrensis monasterii circ. an. 1470—1479. conscripto fol. 2.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. metr. III. edit. mon. 259. edit. ratisb. 178., in Dalhammeri canonia rohrensi 38. et ex eo in Mon. Boic. XVI. 111. num. 11.; ubi in pag. 112. lin. 16. leg. Emmico; lin. 17. Grovnbach.

d) Locum peracti negotii solus Hundius recte legit: Sinzecke; nam est oppidum Sinzig ad Rhenum in veteri ducatu iuliaco. Cnfr. Gemeiner Friedrich I. 107. Unde sua Hundius hauserit, ignoratur. Authographum enim modo deest, ac substituta illi copia quaedam vidimata antiquior haud est saeculo XVto finiente, aut XVI. incipiente, quae caret notis loci, anni ac diei, immo ipso etiam monogrammate.

CCXIX.

Anno 1159. 1. Augusti apud novam Laudam.

Fridericus I., qui locum Rebedorf, ad imperium spectantem et in pago Bawariae situm, Cuonrado eistetensi episcopo donaverat, nunc ecclesiam S. Johannis Bapt. ibi ad eodem episcopo constructam cum fratribus sub regula B. Augustini ibi congregatis et congregandis, in suam imperialem tutelam recipit, omnibusque sua illuc conferendi facultatem concedit.

(Chrismon.) In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ. Fridericus diuina fauente clementia romanorum imperator auguſtus. Quoniam ad ampliandam diuinae religioniſ culturam. et ad conſeruandum aeccleſiarum dei ſtatum. anteceſſorum noſtrorum qui ſimilia fecerunt. felici cotidie prouocamur exemplo. ſalubre nobis reputauimus hiſ et ſimilibus miſericordie iugiter operam dare. noſ enim ad decorem domus dei aliquid in tabunaculo offerenteſ ſi quid pietatiſ ſuperrogauerimus. (super erogaverimus). a uero ſamaritano cum redierit. nobis in centuplum reddendum eſſe ſperamus. Ad notitiam itaque noſtrorum fidelium tam futurorum quam preſentium per preſentem paginam deducimus. qualiter pia petitione dilectiſſime conſortiſ noſtre beatriciſ romanorum auguſte et illuſtriſſime imperatriciſ. et cetrorum curie noſtre principum ſedulo interuentu. locum quendam qui noſtri imperialiſ iuris erat qui etiam uulgo dicitur Rebedorf ſitum in pago bawarie. dilecto et fideli noſtro Cunrado Eiſtetenſi epiſcopo pro ſua deuotiſſima fidelitate quam ſemper exhibuit imperio libere conceſſimus. et in eo diſponendi quicquid uoluerit. uel commutandi. uel monaſterium in eo conſtruendi liberam ei et

plenariam facultatem dedimus. Sane quoniam ſupra memoratus epiſcopus in predicto loco Rebedorf ad laudem et gloriam nominis Chriſti. et in honore beati Johannis baptiſte. zelo pietatiſ. et ſelici opere eccleſiam conſtruxit. ibique fratres ſub profeſſione et regula beati Auguſtini deo militanteſ ordinauit. ipſum locum et ecclesiam in eo fundatam. fratres quoque qui nunc ibidem ſeruiunt. uel quicumque adhuc ad ſeruiendum deo in loco predicto congregandi ſunt. cum omnibus rebus et poſſeſſionibus quas nunc iuſte habent. uel in poſtrum (posterum) deo iuuante legitime habituri ſunt. ſub noſtram imperialem tutelam integraliter et libere recipimus. Ad maioris quoque gratie cumulum predicte eccleſie hoc indulgemus. et auctoritate noſtra imperialiter precipimus. ut nec ipſam eccleſiam. uel eius poſſeſſioneſ. nec perſonaſ. uel earum res decetero aliquis inquietare uel moleſtare audeat. nec per aliquam exactionem uexare preſumat. Preterea quicumque homo. maſculus uel femina cuiuſcumque conditioniſ proſalute ſua. de boniſ ſuiſ ad incrementum eccleſie aliquid conferre uoluerit. hinc inde liberam ei facultatem concedimus. Quicumque autem huius noſtri precepti uiolator eſſe preſumpſerit ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras centum. dimidium fiſco nostro et dimidium predicte eccleſie. Huius rei teſtes ſunt. Hartwigus Bremenſiſ archiepiſcopus. Eberhardus Bambergenſiſ epiſcopus. Burchardus Argentinenſiſ epiſcopus. Hermannuſ Verdenſiſ epiſcopus. Daniel Pragenſis epiſcopus. Cunradus palatinus comeſ de rheno. Fridericus dux ſueuie. Ottho palatinus et fratres eius fridericus et Ottho.

Acta ſunt hec Anno dominice incarnationis. M. c. L. VIIII. indictione VII. regnante domino friderico romanorum imperatore ſereniſſimo. Anno regni eius octauo. Imperij uero V. Datum apud nouam Laudam. Kalendis auguſti.

a) Apographum huius instrumenti inscriptum est membranae oblongae manu fere coaeva, aliquot manus errores continens, facile tamen corrigendos: autographum hucusque nondum est inventum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Falkenstein cod. diplom. antiquit. nordgav. 36. num. 26. et in Lünig spicileg. eccles. II. Theil 207., erronee ad an. 1158. Desideratur originale rebdorfense, quod Michael Stein prae manibus se habuisse in suo cod. eichstad. mspto testatur.

CCXX.

Anno 1162. 4. Apr. Papiae.

Fridericus I. imp. petente Gerhoho praeposito reichersbergense coenobium, situm in comitatu Perhtoldi comitis de Andezsen, in suam et omnium successorum suorum tutelam suscipit, libertatemque ei primitivam confirmat.

Data Papiae poſt deſtructionem Mediolani, anno dom. inc. M. C. LXII. Indict. X., regnante domno Friderico Romanorum imperatore glorioſiſſimo, anno regni eius decimo, imperii vero VII. II. Nonas Octobr.

Signum Domni Friderici imperatoris (Monogramma) ſemper Auguſti et invictiſſimi.

a) Ex cod. cop. an. 1420. f. 6. b.

b) Notae chronologicae, ex quibus annus regni est completus ante aliquot dies, inter se conveniunt.

c) Editum in chronico reicherspergensi ap. Ludewig scr. rer. germ. II. 284. in Hund. metr. III. edit. mon. 242. edit. ratisb. 167. et in Mon. Boic. III. 470. n. 115. ex codice traditionum, qui modo non invenitur. Quaedam hic quidem errata occurrunt, quae corrigantur: pag. 471. lin. 24. leg. emunitate; p. 472. lin. 6. Aprilis pro Octobris; ast de caetero correctior prae caeteris videtur editio Mon. Boicorum. Notandum insuper in codice reichersp. cop. apparere rasuram per unam

integram et duas dimidias lineas extensam, cui loco raso et, cum hic non sufficeret, margini superiori alio atramento mannque paulo diversa, licet coaeva, sequentia inscripta ac interpolata sunt, nunquam antea edita, quae occupant impressorum M. B. l. p. 471. lineas 8. 9. 10 et 11. post nullus et ante exactiones: eiusdem loci sit advocatus.

CCXXI.

Anno 1163. 13. Martii. Nuremberch.

Fridericus I. imperator lege in perpetuum valitura sancit, ut negotiatores babenbergenses et ambergenses securitate et libertate Norimbergensium utantur.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator invictiſsimus. cum divina et humana lege receptum atque praeceptum ſit. ut cui tributum. tributum. et cui vectigal. vectigal. privilegia tamen pauçorum communem omnium legem excedentia non ſunt aliis trahenda in exemplum. quibus Imperialis munificentia hujusmodi beneficium non praeſtiterit. quapropter cum noſtra Imperialis et Eccleſiae Babenbergensis Familia ex antiquo una ſemper et eadem fuerit. ſicut eſt populus unus. ita et lex una et par utriusque debet eſse condicio. Majorum itaque noſtrorum Regum et Imperatorum ſtatuta recolentes. et renovando roborare cupientes. interuentu dilecti et fidelis noſtri Eberhardi Babembergensis Epiſcopi. precipimus et lege in perpetuum valitura preſentis ſcripti auctoritate ſanccimus. ut negociatores Babembergenses. et Ambergenses ſive alii ad predictam eccleſiam pertinentes. eadem ſecuritate ac libertate. qua et Nurembergenses. per univerſum imperium noſtrum pociantur. et ſua peragant commercia. et quod a noſtris Nurembergensibus non exigitur.

nusquam locorum ab illis exigatur. tributi. aut vectigalis. aut cujuslibet alterius preſtationis nomine. Si qua autem eccleſiaſtica aut ſecularis perſona. hoc preceptum noſtrum transgredi aut violare preſumpſerit. X libras auri optimi camere noſtre appendat. et quibus dam̄pnum illatum fuerit. quadrupli pena teneatur. Signum. Domini. Friderici. Romanorum. Imperatoris invictiſſimi. (Monogramma.) Ego Criſtianus. Cancellarius. vice Cunradi. Moguntienſis electi. et Archicancellarii recognovi. acta ſunt haec Nuremberch. III Idus Marcii. indictione XI. Anno dominicae incarnationis M.C.LXIII. regnante Domno Friderico Romanorum Imperatore inuictiſsimo. Anno regni eius. XI. Imperii vero. VIIII.

a) Ex continuatione codicis cop. antiq. saec. XIII. per Joannem canon. S. Jacobi usque ad an. 1342. f. 136. b.

b) Indictio, annus regni completus ante 7. dies, et annus imperii anticipatus tribus mensibus et diebus 5 respondent anno Chr. indicato.

c) Editum in Schultes hist. Schr. II. 363., in Bar. de Löwenthal Gesch. der Stadt Amberg. Urkundenbuch p. 1. n. 1. et in Schenkl Chronik der St. Amberg 13—16 in *.

CCXXII.

Circa annum 1177. inter an. 1173 — 1180.

Fridericus I. imperator ecclesiam in Lanckheim in specialem suam protectionem suscipit.

Fridericus dei gracia Romanorum Imperator auguſtus. Notum ſit vniuerſis Imperii noſtri fidelibus Quod nos eccleſiam in lanckheim in noſtre tuicionis specialem protectionem clementer ſuſcepimus. et eam benigno fauore manutenere proponimus vnde noſtra Imperiali auctoritate ſtatuentes firmiſsime precipimus. vt nulla perſona magna ſeu parua ſecularis vel eccleſiaſtica. audeat de cetero eandem eccleſiam in perſonis ſuis aut rebus aliquo grauamine moleſtare, aut aliqua violencie Iniuria perturbare. Siquis poſt (contra) hoc noſtre maieſtatis edictum facere preſumpſerit. nouerit ſe noſtram ita gratiam offendere ac ſi idem noſtre corone. vel rebus Imperij Iniuriam deprehenderetur irrogaſse.

a) Ex libro quodam copiali super Tambach pro monasterio Langheim an. 1493 conscripto, f. 5. quod autem correctius descriptum est in novissimo diplomatario ex initio saec. XVIII.

b) Notae chronologicae desunt huic mandato imperiali, nec aliqua temporis adiuncta in eo apparent, ex quibus eius aetas erui valeat, nisi titulus imperialis, nonnisi Friderico I. inde a 18. Jun. 1155 conveniens, ac mentio molestiarum illi monasterio irrogatarum. Quae molestiae cum alias non memorentur nisi circa finem regiminis I. abbatis, Adami, inter an. 1177 et 1181. defuncti, etiam hoc mandatum ab eo tunc obtentum fuisse credi potest.

c) Ineditum.

CCXXIII.

CCXXIII.

Anno 1182. 27. Maii. Moguntiae in solemni curia.

Fridericus I. imperator civibus spirensibus magnum Heinrici V. imperatoris privilegium confirmat et interpretatur.

In nomine ſancte et indiuidũe Trinitatis. Fridericus diuina fauente clemencia Romanorum Imperator Auguſtus. Maiestas Imperialis exigit et auctoritas. ut ſicut ſua facta rata et inconuulsa permanere deſiderat. ita ſuorum antecessorum gesta et priuilegia modis omnibus confirmet et ſcriptorum munimine corroboret. Inde eſt quod nos priuilegium anteceſſoris noſtri Heinrici Imperatoris quinti. quod ipſe pro remedio anime patris ſui. proaui noſtri Imperatoris Heinrici in die exequiarum ipſius Spirensi contulit Ciuitati. in fronte maioris templi aureis literis ſollempniter depictum. expressam et prominentem continens imaginem. renouamus. et Imperiali auctoritate. corroboramus. est et ut remota omni ambiguitate jus priuilegii in perpetuum habeat. utpote multorum principum ut ibidem legitur fultum teſtimoniis firmissima ſanctione decernimus. Sicut enim prefatus Imperator eodem priuilegio omnes spirensis ciuitatis inhabitatores undecumque uenerint uel cuiuscumque conditionis fuerint a consuetudine nefanda et nequissima que uulgo uocatur Butheil. ſuorumque heredes prorsus exemit. et ne aliqua persona maior uel minor. non aduocatus. non eorum naturalis dominus illis morientibus de eorum ſupellectili quicquam auferre presumeret ſinaliter interdixit. et ut omnes liberam potestatem habeant. ſuis heredibus bona sua relinguendi, uel pro anima ſua dandi. uel cuicumque persone dare uoluerint. firmiſsime ſtatuit. ita et nos adiuncto nouo maiestatis noſtre priuilegio ab omnibus predictis exemptos. eadem libertate

iugiter gaudere uolumus. Contigit tamen precedente tempore quod Ulricus eiusdem Ciuitatis venerabilis Epiſcopus. ſuper quibusdam prefati priuilegii uerbis queſtionem mouit. exigens ab eis quod in quibusdam locis uulgo houbethrech vocatur. tamque in prefato priuilegio ſub nomine Butheil. et ſupellectilis. ab hoc jure non fuerunt exempti. Quum uero ſicut noſtrum est leges condere ita et que dubia ſunt benigne interpretari. nos predictum priuilegium etiam cum assensu eiusdem Epiſcopi publice libertatem eorum recognoscentis. ſic interpretamur. ut in eo ab hoc jure quod houbetrech dicitur penitus ſint exempti. et nos eos principali edicto prorsus ab eodem eximinus. Statuentes ne umquam aliqua persona ecclesiaſtica uel secularis. ſuper hoc eos infestare attemptet ſiue in ciuitate ſiue extra ſit constituta. Preterea nos per omnia ſequentes priuilegium prefati Imperatoris Heinrici predecessoris nostri eosdem Ciues ab omni thelonco quod in Ciuitate tunc temporis dari solebat liberos statuimus. et a ſolutione nummorum quos uulgo Banphenninge. et illorum quos Schozphenninge appellauerunt. et piperis. quod de nauibus exigi solebat. eos absolutos pronunciamus. Volumus etiam ut nullus ciuium eorundem extra urbis ambitum aduocati ſui placitum cogatur requirere. Volumus etiam ut nullus Ciuium ipsorum alicui exactioni extra Ciuitatem facte de rebus ſuis mobilibus uel immobilibus ſubiaceat. Nullus prefectus aut alicuius domini nuncius ad ſeruicium domini ſui a panificibus. uel a macellariis. ſeu ab aliquo genere hominum. in Ciuitate rem aliquam mobilem uel ſese mouentem preſumat illis inuitis auferre. Nullus umquam Vinum quod appellatur banwin presumat uendere. aut alicuius Ciuis nauim ad opus ſui domini illo inuito accipere: Statuentes quoque ut ab hiis qui res proprias propriis ſiue conductis nauibus transuehunt nichil omnino exigatur. Monetam quoque nulla poteſtas in leuius aut in deterius imminuat. aut aliqua ratione nisi communi Ciuium consilio permutet. Nullus ab eis theloneum in toto epiſcopatu aut in locis fiscalibus id eſt ad utilitatem Imperij ſingulariter pertinentibus extorqueat. Siquis curtem aut domum per annum et diem ſine contradictione possederit. nulli

hoc interim ſcienti ultra inde reſpondeat. Causam in Ciuitate iam lite contestatem non Episcopus aut aliqua poteſtas extra Ciuitatem determinari compellat. Argentine theloneum de naui non plus quam tredecim denarios dare cogantur. Ut autem hec nostre maiestatis confirmatio in omne euum rata et inconuulsa permaneat presentem paginam conſcribi iussimus et ſigilli noſtri impreſsione corroborari. Siquis uero auso temerario eam preſumpſerit uiolare. uel aliquo modo attemtare, centum libras auri puri pro pena fiſco Imperialis camere persoluat. Huius rei teſtes ſunt philippus Coloniensis Archiepiſcopus. Hermannus Monasteriensis Epiſcopus. Rodolfus Imperialis aule Prothonotarius. Baldewinus Traiectenſis Epiſcopus. Heinricus maior prepositus Spirensis. Johannes prepositus Sancti Germani. Andreas magiſter ſcolarum. Johannes prepoſitus de omnibus ſanctis. Marguardus prepoſitus ſancti pauli in Wormacia. Eberhardus Archipreſbiter. Conradus palatinus Reni. Fridericus Dux Sueuie. Florentius comes Hollandie. Gerhardus Comes de Lon. Heinricus Comes Gelrenſis. Otto de Binthenheim. Comes Symon de Sarabrukke. Comes Heinricus de Dietse. Poppo de Wertheim. Conradus de Buchiesberg (Bockesberg). Heinricus de chuoch. Hartmannus de Buetingen. Rupertus de Durne. Heinricus marscalcus. Conradus pincerna. Cono de Mincenberg. Anselmus marscalcus. Wicelinus de Berge. Anshelmus de roninge. Gotefridus et alii quam plures.

Signum domini Friderici Romanorum Imperatoris Inuictiſſimi. (Monogramma.) Ego Gotfridus Imperialis aule Cancellarius uice Cristiani maguntine ſedis Archiepiſcopi. et germanie Archicancellarii recognoui.

Acta ſunt hec Anno dominicae Incarnationis M. c. lxxxii. Indictione xv. Regnante domino Friderico Imperatore glorioſissimo Anno Regni eius xxxi. Imperii uero xxviii. Datum maguntiis in ſollempni Curia. vi. Kalendas Junii feliciter Amen.

a) Ex privilegio renovatorio et confirmatorio Heinrici VII. regis, dato 1234. 24. Decembr. apud Spirae, cuius extat authographum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, solus tantummodo annus imperii anticipatus est, inchoandus eodem anno sequentis mensis Junii die 18.

c) Editum in Lehmanni Speyrischer Chronik 466 et 467, ex originali nam describit ibi sigillum impressum; in Tolneri cod. dipl. palat. 56. num. 63.; in Lünigii Reichsarchiv. part. spec. contin. IV. Th. II. sive operis XIV. Tom. 463. num. 2.; in Du Mont corps dipl. I. 108. num. 192. et in Gerken cod. dipl. VIII. 391.; confirmatum a Rudolpho rege 1273. 13. Decembr. Vid. Lehmann l. c. 561. Lünig l. c. 471. Tolner cod. pal. 78. n. 114. sed absque insertione.

d) Duplex Heinrici V. privilegium 1111. 14. August. Spirensibus datum, tanquam unum idemque privilegium hic renovatur ac confirmatur, et quemadmodum duo priora in fronte exteriori olim aureis litteris depicta conspiciebantur, sic etiam privilegium Friderici I. cum imagine utriusque imperatoris in fronte interiori eiusdem cives litteris aureis depingi curarunt, testibus Lehmann l. c. et Geissel Kaiserdom von Speyer 111. not. (101). Notandum insuper, Udalricum episcopum spirensem, in diplomate memoratum, esse huius nominis II., quem 1178. 31. Oct. electum spirensem vidimus in dipl. eiusdem imp., et vacillare in eo catalogum episcoporum spirensium.

e) Spirae etiam extat versio germanica huius privilegii, omisso anno, inserta concordiae initae inter episcopum spirensem et civitatem spirensem sub dato: Frauenabend Würzweihe, als sie verschied und zu Himel fure (i. e. 14. August.) 1230. et contenta in libro contractuum sub Reinhardo episcopo de an. 1439—1445, cuius autographum in archivo generali badensi nunc asservatur.

CCXXIV.

Anno 1182. 29. Sept. Ratisponae.

Fridericus imperator monasterium Reichenbach in protectionem suam suscipit.

Acta ao. dom. inc. Millesimo centesimo LXXX secundo. Indict. prima. regnante domino Friderico Romanorum imperatore, anno regni ejus XXXI. imperii vero XXIX. Data Ratisponae tertio Kalendas Octobris.

a) Ex codice membranaceo monasterii Reichenbach, an. 1402. conscripto, fol. 4. b. et 5.

b) Indictio caesarea et annus regni currens conveniunt cum anno Chr. notato; non autem annus imperii, nisi octo mensibus et 18. diebus anticipatus.

c) Editum a Ried in cod. dipl. ratisb. I. 258. n. 280. et in Mon. Boic. XXVII. 32. n. 41. ubi p. 33. lin. 16. leg. Cunradus; lin. 17. Marscalcus.

CCXXV.

Anno 1185. 28. Nov. Papiae.

Fridericus I. imperator hospitales, domus, homines et res, xenodochio sive hospitali jerosolomytano pertinentes, sub imperiali tuitione recipiens, eas ab omnibus exactionibus, angariis et ab omni pecuniariae tributionis onere, similiterque a pedagii et thelonei praestatione liberat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Fridericus. diuina fauente clemencia Romanorum Imperator. Auguſtus. Si ſacris domibus et locis deo dicatis noſtre pietatis affectum impendimus et Imperialis manſuetudinis morem gerimus eternam retributionem in futuro nos accepturos ſperamus. Quia vero ineſtimabilia opera miſericordie, que ad ſanctum Hoſpitale quod eſt in Jeroſolimis cottidie in aduenas et peregrinos atque infirmos humaniſſime exercentur. per gratiam dei propriis oculis vidimus, et caritatem quam virtus dei ibidem incomparabiliter operatur. fide certiſſima cognouimus piis peticionibus Raymundi. Venerabilis Hoſpitalis Jeroſolimitani Magiſtri ac fratrum ſuorum conſpectui noſtro aſſiſtentium facilem aſſenſum prebentes. Hoſpitales. Domos. Jeroſolimitano. xenodochio pertinentes, in omni loco Imperij noſtri vbique ſitas cum omnibus pertinenciis ſuis tam hominibus quam rebus ceteris mobilibus et inmobilibus ſub tuicione noſtre Imperialis majeſtatis perhenniter conſtituimus et hac pragmatica ſanctione et noſtri Autentici priuilegij roboratione omni euo valitura eiſdem domibus preſato xenodochio Jeroſolimitano pertinentibus perpetuo confirmamus. vt omnia ipſarum domorum bona per totum Imperium noſtrum longe lateque conſtituta, que in preſenti possident uel

in poſterum preſtante domino iuſte poterunt adipiſci. ſub noſtra Imperiali defenſione ſemper conſiſtant, et tueantur. Ita ſcilicet ut nulla eccleſiaſtica uel ſecularis perſona noſtre dicioni ſubiecta in predictas domos, et ipſarum bona aliquam iuriſdictionem exerceat uel moleſtiam faciat, que iam dictas domos uel res earum aliquo modo debeat grauare. Sanctimus etiam et Imperpetuum confirmamus. ut quecumque perſona diuino inſtinctu Religionem Hoſpitalis Jeroſolimitani profeſſa aut eiuſ patrocinio legittime commiſſa fuerit uel ſe vel. bona ſua ad vſum chriſti pauperum deo uouerit uel rationabiliter commiſerit ſub noſtra protectione ab omnibus exaccionibus et angariis et omni onere peccùniarie tribucionis omnino libera ſit. Statuentes et ſub pena noſtri bannj precipientes, ne quis Patriarcha. Archiepiſcopus. Epiſcopus. Dux. Marchio. poteſtas. Conſules. Capitaneus. viccecomes. uel aliqua perſona in omni loco Imperij noſtri. bona predictarum domorum perturbet. nec ullam perſonam. Religionem Jeroſolimitani xenodochii profeſſam aut patrocinio eius iuſte commiſſam angariare uel inplacitare aut ad expedicionem cogere aut ad opera ſeruilia conpellere. aut in Pontium. ſiue Nauium. aut Portarum transitu Pedagium accipere aut in foris Thelonium capere. uel aliquid de bonis earumdem domorum et hominum ſuarum (ſuorum) ab eis extorquere preſumat. Hec omnia predicta libere et abſolute uſibus ſecularibus in poſterum et occaſionibus ſopitis. pro anime noſtre, et totius generis noſtri remedio. predicto. Hoſpitali et omnibus eius domibus per Imperium noſtrum conſtitutis. imperpetuum concedimus, et Imperiali auctoritate roboramus, et zelo dei firmiter ſtatuimus. Siquis autem hanc noſtram conſtitucionem violare preſumpſerit Imperatorie Majeſtatis gratia careat. et pro pena. L. libras auri componat, medietatem Camere noſtre, et reliquum predicte domui iniuriam pacienti. Huius rei teſtes ſunt. Gotfridus. patriarcha Aquilegienſis. Cvnradus Moguntinus Archiepiſcopus. Bonifacius Nouarienſis Epiſcopus. Conradus Lubicenſis electus. Rudolfus prothonotarius Imperialis aule. Ludwicus. Lantgrauius Thvringie. Berhtoldus. Marchio de Andechſe Comes. Diepoldus. Wezelo de Camino.

Heinricus. Marſchalkus de Lutra. Rudolfus, Camerarius. Signum domni Fridrici Romanorum Imperatoris Inuictiſſimi (Monogramma). Ego Gotfridus. Imperialis aule. Cancellarius. vice Phylippi. Colonienſis Archiepiſcopi et Italie Cancellarius (Cancellarii) recognoui. Acta ſunt hec. Anno dominice Incarnacionis. Milleſimo. CLXXXV. Indiccione. V. Regnante domno Friderico. Romanorum Imperatore glorioſiſſimo. Anno Regni eius XXXIIII. Imperij vero eius XXXII. Datum Papie. IIII. Kal. Decembris. Feliciter. Amen.

a) Ex transsumto Adolfi regis 1295. 11. Mart. apud Hagenoiam dato, inserto autem novo privilegio Ludowici IV. regis dato 1323. 21. Mart. apud Nuremberg, cuius authographum habetur, appenso sed laeso ex parte inferiori, pendulo ex filis sericis viridis et rubri coloris. Propter aliqua verba difficilia lectu collatum fuit cum alio transsumto per notarium publicum Herbipoli 1330. feria 6ta post S. Petri ad vincula (3. August.) exarato.

b) Indictio caesarea, et annus regni currens conveniunt cum anno Chr. notato, cui non respondet annus imperii anticipatus et sequenti anno 1186. 18. Junii inchoandus.

c) Ineditum. Ex archivo wirceburgensi.

CCXXVI.

Anno 1187. 12. Julii. apud Hagenogiam.

Fridericus I. Rom. imperator monasterio weissenburgensi privilegia Dagoberti fundatoris, suorumque antecessorum imperatorum et regum confirmat, in specie autem ius eligendi abbatem, porro familiae eius infra terminos immunitatis libertatem ab onere advocatitio impertitur, simulque inhibet, ne ministeriales eius praedia cuiquam, nisi maiori ecclesiae per manum abbatis conferant, quorum viduae ius laris, vulgo Herdrecht, persolvere teneantur.

In Nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Rationi consonum, et pietati proximum credimus, ea quae diuae memoriae anteceſſoribus nostris Imperatoribus Regibus Eccleſiis Dei justa donatione collata et confirmata sunt, auctoritatis nostrae vigore roborari, quatenus eorum, quorum in hoc facto vestigia imitamur, desideratae penes Deum retributionis praemia prosequi poſsumus (poſſimus). Conſiderantes itaque et certa solertiae nostrae circumspectione perpendentes, quanto Venerabilis Ecclesia beati Petri in Weiſsenburg, diuorum Imperatorum et Regum ſtudio dicata (ditata) et dotata fuerit, et praecipue a foeliciſsimae (feliciſſimae) recordationis Dagoberto Rege ejusdem Eccleſiae fundatore, et Domino (Domno) Otthone Imperatore primo, et filio ejus Otthone Secundo, ad Laudem et profectum diuini cultus, dignis adaucta priuilegiis, ad nostrae Serenitatis tempora foeliciter (feliciter) excreuerit, ea

quae ex ipsius Domini (Domni) Dagoberti Regis, et praedictorum Imperatorum, caeterorumque Antecessorum nostrorum scriptis eidem Ecclesiae collata dinoscuntur. Pijs quoque petitionibus fidelis nostri Gundelaci supra memorati loci Abbatis, clementer annuentes, praesentis priuilegij auctoritate duximus roboranda. Decreuimus igitur, et hujus Imperialis paginae vigore sancimus, ut fratres in ipsa Ecclesia Beati Petri in Weissenburg, post Abbatis sui decessum, liberam habeant facultatem pastorem eligendi. Liceatque Abbati in emunitate Ecclesiae, in sylvis, pascuis, Agris, aquarum decursibus, ordinare, aedificare et facere quae sunt ad honorem, et communem Ecclesiae utilitatem, sine cujusquam contradictione, his addentes, ut Praebendarij Ecclesiae, cottidianis fratrum dediti seruitijs, ab omni exactione, aliorumque onerum, quibus aduocaticij homines tenentur, impedimentis habeantur immunes. Quin etiam ad conseruandam Ecclesiae familiam, inhibitum habere volumus, ne liceat ministerialibus Ecclesiae praedia sua alijs quibuslibet Ecclesijs, nisi tantum majori suae Ecclesiae per manum Abbatis conferre, Ne sub hac specie Vxores de aliena familia ductae, talem dotis nomine possideant hacreditatem. Volumus etiam ut uxores decedentibus maritis, Jus laris, quod vulgo dicitur Herdrecht, persoluere teneantur, et ipsorum propinqui, qui ipsis defunctis jus memoratum reddere non supersedeant. Praeterea firmum habere decreuimus, ut nulli omnino personae infra terminos Weissenburgensis Ecclesiae, sine Abbatis assensu liceat temere quicquam ordinare, sed in omnibus et per omnia, eadem lege eademque libertate se gaudeant subnixam qua Fuldensis, et Augiensis, et Prumensis prefruitur Ecclesia. Statuimus igitur, et Imperiali firmiter auctoritate sancimus, ut nulla omnino persona magna uel parva, secularis uel Ecclesiastica huic priuilegio nostro ausu temerario contradicere praesumat, aut aliquatenus ei contraire. Quod qui fecerit in vindictam suae praesumtionis Indignationi nostrae, usque ad condignam satisfactionem se nouerit subjacere. Testes qui facto interfuerunt, Fridericus Praepositus Sancti Thomae in Argentina, Sifridus praepositus de Egera, Conradus praepositus de omnibus

Sanctis in Spira, Comes Heinricus de Greningen, Ottho de Waldekin, Ottho de Geroldesecke, et Burchardus frater ejus, Bechtoldus (Bertholdus) de Künigsperg, et alij quam plures. Actum Anno Dominicae Incarnationis M.C.LXXXVII. Indictione quinta, Regnante domino (domno) Friderico glorioſiſſimo Romanorum Imperatore semper Augusto. Anno regni ejus XXXVI. Imperij vero XXXIIII. Datum, apud Hagenogiam IIII Idus Julij foeliciter (ſeliciter). Amen.

(Monogramma.)

Ego Joannes Imperialis aulae Cancellarius in vice Cunradi Moguntini Archiepiſcopi, Germaniae Archicancellarij recognoui.

a) Ex codice transsumtorum per Rudolphum II. imp. 1582. 22. Octob. in archivo circuli rhenani asservato num. 11. fol. 9., unde copia nobis 26. Sept. 1831 transmissa est.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, excepto anno imperii, qui erat XXXIII.

c) Ineditum, memoratum autem in Schöpflini Alsatia illustrata II. 358. et in Böhmeri regestis num. 2701.

CCXXVII.

Anno 1187. 29. Decembr. Nurnberc.

Fridericus I. imperator in curia, Nurnberc celebrata, constitutionem generalem contra incendiarios promulgat, addita lege de nuncianda diffidatione et servandis treugis, quam legibus praedecessorum suorum interseri praecipit.

Fridericus dei gratia romanorum imperator et ſemper augustus Decet fidelitati noſtrae tempora generali populorum prouinciarum tranquillitati circumſpectionis noſtrae ſtudio prouideri. ut dum in ſubiectis dominationis uirtute pollemus. reprobos quoslibet ac ſceleroſos a ſubitorum iniuriis equitatis noſtrae correctione compeſcamus. Conſiderantes quippe quae damna quanteque deſolationes hominum et prouinciarum per ſeditiones et incendia prouenerint. et quantos preterita futurorum timores reportent. ea quae de conuenientia et conſilio principum et aliorum fidelium noſtrorum tam liberorum quam miniſterialium ad reprimendas incendariorum inſolentias imperialis noſtra ſanxit auctoritaſ. uniuerſis imperii fidelibus notum fieri uolumus, et ſicut in caſtro noſtro Nurnberc ordinata et confirmata ſunt. firmiter indicimus obſeruanda. Primum ſit de incendiariis dominis generale. ut ſi liber homo. ingenuus miniſterialis uel cuiuscunque fuerit condicionis incendium commiſerit. pro werra propria. pro amico. pro parente. uel cauſe cuiusquam alterius occaſione. de ſententia et iudicio imperiali proſcriptioni ſtatim habeatur ſubiectus. Hic excipiuntur ſiqui forte manifeſta werra caſtra manifeſte capitur (capiunt). et ſiqua ibi ſuburbia. aut ſtabula aliaue tuguria praciacent (prciacentia) igne ſuccendant. Excipiuntur et iudices quos in malefactores incendii penam iuſticia permittente exercere contingit. Quod

ſi aliquis in ducatu alicuius incendium fecerit ipſe dux proſcriptum noſtrum cum pronuntiet ac deinde iuſticiae ſuae auctoritate cum proſcribat. Id ipſum faciant marchiones. palatini. comites. lantgrauii. et comites alii. nec alicui eorum liceat talem abſoluere niſi domino imperatori. Quicunque etiam incendiarium in domo ſua ſcienter recipit. et conſilium auxiliumue ei inpenderit. damnum et iniuriam paſso. pro facultate ſua reſtituat. Judici vero X libras monetae de illa dioceſi in qua commiſsum eſt perſoluat. ac domino imperatori pro uoluntate et gratia ſua componat. Siquis autem ſuper hac culpa innocentiam ſuam oſtendere uoluerit cum duobus uiris ueracibus. in praeſentia iudicis ſe expurget. Siquis autem cuiquam inpoſuerit quod incendiarium receperit et hoc ipſum in ivre uoluerit conuenire. hoc nequaquam ei liceat. niſi praeſtito primo calumnie ſacramento. Dominus etiam imperator proſcriptorum neminem a ſententia proſcriptionis abſoluat. niſi de illicitis damnis primo cum inivriato componat. et niſi conſciente iudice hoc faciat. Proſcriptum vero quem pro incendio ſententiam proſcriptionis incurriſse omnibus notorium fuerit. dioceſianus epiſcopus ſi ad ſatisfactionem inobediens exiſterit (exſtiterit) a communione aeccleſiae dei et fidelium Chriſti abiciat. et extraneum reddat. nec cum abſoluat. quoad uſque leſo dampnum reſtituat. et econuerſo que epiſcopus legitimis induciis citatum iuſticia dictante excommunicauerit et hoc iudici inſinuauerit. iudex cum banno proſcriptionis condempnet. nec prius eum abſoluat. quam coram epiſcopo de his pro qua (quibus) dampnatus eſt ſatisfaciat. Quod ſi a proſcriptione illa praedicto modo fuerit abſolutus et epiſcopo ſuo uoluerit obedire. incendium primum abiuret. deinde ſit in arbitrio epiſcopi qualem ei penam iniungat. uiſitandi uidelicet ſepulchrum dominie aut limina Jacobi apoſtoli. Si autem proſcriptus eo quod dictum eſt modo deſiderauerit abſolui. domino imperatori fines imperii ſui per annum et diem abiuret. Siquis autem a proſcriptione et excommunicatione ſimul infra annum et diem non fuerit abſolutus. uniuerſo iure et honore. et legalitate priuatus habeatur. ita ut in ferendo teſtimonio uel ad cauſandum de cetero nequa-

quam ſit admittendus. Omni quoque feodali iure perpetuo carebit. Item ſi in reiſa alicuius domini cum ipſo domino cuius eſt reiſa aliquis fuerit qui incendium ut ſepius contigit faciat dominus ipſe cuius eſt reiſa iurabit ſuper reliquias quod non fecerit. conſcientia. uoluntate uel mandato ſuo. Reum autem abiciet a ſe et nunquam recipiet. Quod ſi prius illum ante ſatisfactionem receperit. tenetur uniuerſum damnum quod commiſerit reſtituere. Item ſi contingat dominum aliquem in uilla aliqua hoſpitari uiolenter et fortuitu euenerit domum aliquam incendi. et ille cui ſit dampnum inpecierit. quod mandato uel uoluntate ipſius ſit factum primum praeſtet ſacramentum calumnie. deinde dominus expurget ſe ſola manu quod uoluntate mandato ſuo. uel conſcientia ſua factum non fuerit. et dampnum dampnificato reſtituat. Item ſi incendiarius captus fuerit. et coram iudice negare uoluerit incendium ſe commiſiſſe. niſi forte notorium per prouinciam fuerit iudex ſi poſsit cum cum VII idoneis teſtibus conuincere capite plectatur. Sed ſi notorium eſt. nullius requirendum eſt teſtimonium. ſed ſtatim decollandus. Item ſi caſtellani alicuius domini deſcendentes a caſtro domini ſui incendium fecerint domino abſente a prouincia. caſtrum domini propter hoc non erit comburendum. ſed bona incendariorum quaecunque extra caſtrum reperta fuerint comburantur. Poſt reuerſionem vero domini ſi dominus incendiarium retinere uoluerit. et a ſe non pepulerit caſtrum eius ſimiliter erit comburendum. Item ſi proſcriptus propter incendium in aliquam domum confugerit de qua non poſsit haberi. niſi domus incendatur. propter hoc incendium non erit quis pro incendiario reputandus. sed dampnum pro incendio reſtituere debet. Item ſi incendiarius ſuper caſtrum aliquod agitatus confugerit. et domini cuius eſt caſtrum. fortaſsis dominus uel uaſsaldus. uel conſanguineus fuerit. Dominus ille non debet eum perſequentibus repraeſentare. ſed iuvabit eum a caſtro in ſiluam. uel alias vbi ſecurus ſibi uideatur. Quod ſi nec dominus nec uaſsaldus nec cognatus fuerit. perſequentibus eum ſtatim repraeſentet. uel cùm eo in eadem culpa ſit. Statuimus. quin etiam eodem firmiter edicto ſancimus. ut quiconque (qui-

cunque) alii damnum facere aut ipsum ledere intendat tribus ad minus ante diebus per certum nuntium suum diffiduciet eum. Quod si lesus diffiduciatum se negare uoluerit. nuntius idem si vivus est. iuret quod contra dixerit ei ex parte domini sui loco et tempore designato. Si mortuus est nuntius. iuret dominus iunctis sibi duobus ueracibus uiris quod contradixerit ei. ne dolo mediante de fide uiolata quis possit inculpari. His sanctientes adicimus ut quiconque (quicunque) treugas alicui dederit nisi ibidem exceptum fuerit. et determinatum quo tenore seruet. uel non servet. eas contradicere eas ante terminum statutum nequaquam possit. Quod si fecerit uiolator fidei iudicetur. Item quiconque (quicunque) nuntium aliquem pro eo quod contradicturus mittitur leserit. fidem suam uiolauit. et de ceter[illegible] omni honore suo carebit. et in posterum nullus ei contradicat. De filiis quoque sacerdotum dyaconorum ac rusticorum statuimus. ne cingulum militare aliquatenus assumant. et qui iam assumserunt. per iudicem prouinciae a milicia pellantur. Quod si dominus alicuius eorum in milicia eum contra iudicis interdictum retinere contendit. ipse dominus in X libras iudici condempnetur. seruus autem omni (iure) miliciae priuetur. Item siquis comes post iudices statuat. imperatori XXX libras soluat. post iudex X libras. Statuimus etiam ut siquis uineas aut pomeria exciderit proscriptioni et communicationi incendiariorum subiciatur. vt autem hec tam utilis ordinatio omni tempore rata permaneat. et eo quo edicta est tenore inconuulsa consistat. eam legibus predecessorum nostrorum imperatorum atque regum iussimus interseri et perpetuo iure seruari. Cui siquis ausu temeritatis contraire presumserit dei omnipotentis et nostrae perpetuo sit reus indignationis. fiat. fiat. Amen.

Actum Nurnberc in praesentia principum et consensu eorum. Anno dominicae incarnationis MCLXXXVII. Indictione VI. IIII Kal. Januarii.

a) Ex libr. cop. fris. II. f. 119. b. et 120. scilicet circa finem huius collectionis eodem anno absolutae.

b) Indictio, dicta caesarea, respondet anno indicato 1187, qui alias iam desierat in 24. Decembris. Gemeiner in der Gesch. Bayerns p. 434. n. 1439. autem et Böhmer in regestis n. 2712. ad an. 1188. referunt eo quod imperator iam cruce signatus dicitur, quam primum sumsit Moguntiae 1188.

c) Editum iam in Conradi a Liechtenau chronico coaevo, ad annum usque 1228. pertingente edit. 1540. p. 315 et 316., cui auctor p. 314. hanc notam praemittit: „quas litteras Alemanni usque in praesens fride„brief, i. e. litteras pacis vocant, nec aliis legibus utuntur tanquam „gens agrestis et indomita." In iterata editione eiusdem per Christmann p. 93. Postea editum in Cujacii opp. II. de feudis lib. V. col. 935. in Dumont corp. diplom. I. I. 110. in Lünig cod. german. dipl. I. 362. In Ohlenschlager Erl. d. A. B. 123. ubique tamen ad III. Kal. Jan. i. e. 30. Decembr., denique ex codice nostro fris. in Meichelbeck hist. fris. I. II. sive parte instrum. 567. num. 1362.

CCXXVIII.

Anno 1189. 2. Maii. Apud Ratisbonam.

Fridericus I. R. imperator ecclesiae sanctimonialium in Wetherswinkel duos mansus in villa Ybestat, per mortem ministerialis sui Hartliebi sibi vacantes, donat et confirmat.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator et ſemper auguſtus, Notum eſse volumus vniuerſis tam futuris quam preſentibus, paginam preſentem intuentibus. quod quidam miniſterialis noſter nomine Hartliebus, vxorem habens nobis non attinentem. duos manſos et amplius in villa que dicitur ybeſtat ſitos. iam multis annis quieta poſſeſsione tenuerat. Nunc autem quia idem Hartliebus, viam vniuerſe carnis eſt ingreſsus, et predicti manſi noſtro iuri et noſtre proprietati ſunt addicti, nos de eterno cogitantes premio, eoſdem manſos ſanctimonialibus in Wetherſwinkel, deo et ſancte marię matri eius. et ſancte Margarethe in predicto monaſterio iugiter famulantibus, ad vſum ipſarum pia mentis deuocione et intencione donauimus. Statuentes et imperiali auctoritate ſancientes, vt nulla omnino perſona humilis uel alta. ſecularis uel eccleſiaſtica. hanc noſtre ſerenitatis piam donationem auſu temerario in irritum ducere. uel aliquatenus preſumat immutare. Vt autem in poſterum rata et inconvulſa permaneat, hec ipſa noſtre ſerenitatis donatio, preſentem cartulam ad robur et firmamentum perpetuum predictis ſanctimonialibus conſcribi, et imperialis ſigilli noſtri impreſsione fecimus communiri. Siquis igitur contra hanc noſtre maieſtatis confirmationem qua prememorate eccleſie ad uſum predictarum ſanctimonialium hoc ipſum donum confirmauimus, aliquam eis violentiam ſiue injuriam in predictis manſis

irrogare attemptauerit. iram dei omnipotentis ſe ſciat incurriſse. et maieſtatem imperialem grauiter leſiſse. Teſtes huius donationis et confirmationis ſunt iſti. Bertoldus Nuwenburgenſis Episcopus. Fridericus Comes de Bichelingen, Comes Fridericus de Abenberg, Comes Symon de Spanheim. Syfridus Comes de Orlamunde, Adelbertus de Hiltenburg, et Adelbertus de Grumbach, Adelbertus junior de Hiltenburg. Marquardus de Hartenberg, Cunradus dapifer de Rotenburg, Nydungus de Wirtzeburg, Fridericus de Rotenburg, et alii quam plures. Data apud Ratisbonam. Anno dominice incarnationis M.C.LXXXVIIII. Indictione VII. VI Non. Maii.

a) Ex libro copiali monasterii monialium in Wechterswinckel circa an. 1380—1383 conscripto fol. 43.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Inceditum.

CCXXIX.

Anno 1189. 18. Maii. Wienne.

Fridericus I. imperator ecclesiae frisingensi donatione regali omnem iustitiam, Marhreht, Lantgerihte et Burwerch (Burgwerch), tradit quam per dominicalia illius episcopatus in Austria, nempe in Enzinstorf, Alarn, Holenburch et Ebersdorf ab imperio possederant dux Austriae Leopoldus eiusque filius Fridericus, sed imperatori resignaverant.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ. Fridericus dei gratia Romanorum imperator auguſtus, imperialem noſtram decet auctoritatem, ut quaecunque de ratione fieri decreuerit literarum noticie commendari faciat ne curſu temporum labente facilius a memoria ſuccedencium facta praeteritorum euaneſcant, vnde nouerint tam praeſentes quam poſt futuri fideles Chriſti qūod cum dilecti noſtri conſanguinei dux videlicet auſtric Læopaldus eiusque filius Fridericus nomine omnem maieſtati noſtre reſignaſsent iuſticiam, quam per dominicalia friſingenſis epiſcopii quondam ab imperio poſsederant in Auſtria id eſt Marhreht et lantgerihte et burwerch quae ſpecialiter ad uſus ipſorum reſpiciebant tam in officio Enzinſtorf et alarn quam etiam in holenburch, et Eberſdorf nos ob inſtantem eorundem petitionem atque dilecti nobis, ac venerabilis Epiſcopi Ottonis amorem ad hoc ſumus inducti quod praedictam iuſticiam, nobis reſignatam Eccleſie beate virginis ſanctique Corbiniani friſinge donatione regali tradidimus, proinde ſperantes premio nos eterne beatitudinis in futuro remunerari. vt autem haec noſtra traditio ſine

retractacione ſtabilis et inconuulſa omni permaneat euo hanc inde paginam conſcribi ac impreſsionis noſtre ſigillo iuſsimus inſigniri cum teſtibus ſubnotatis quorum hec ſunt nomina. Otto babenbergenſis Epiſcopus, Theobaldus patauienſis epiſcopus, Heinricus babenbergenſis prepoſitus, Bertoldus dux dalmacie Chunradus Comes de Pilſtein albertus Comes de Bogen Otto Comes de veleburch Chunradus Burchrauius de Nuerenberch Otto Ratiſponenſis Aduocatus, Heinricus de altendorf. Chraft de amzineſbach de Choro friſingenſi, Chunradus felix puer, Ortolfus Iticinenſis prepoſitus de miniſterialibus Eccleſie friſingenſis, heinricus felix puer Gerwicus de pubenhuſen Otto de waldekke fridericus de paſtperch, vlricus vertinch albanus de Elhpach. De miniſterialibus ducis auſtrie wichhardus de Scuelde. Hatmarus de Chunringen Lutwinus de Sunnenberch Rudolfus ſtubich, Ego Johannes imperialis aule Cancellarius in vice domni Chunradi Maguntinenſis archiepiſcopi germanie archicancellarii recognovi. Actum anno dominice Incarnationis MCLXXXVIIII. Regnante domino friderico Romanorum Imperatore ſemper anguſto. anno regni eius XXXVIII. imperii vero XXXVI. Datum wienne XV Kalend. Junii. Indictione VII. feliciter amen.

a) Ex continuatione libr. cop. fris. I. f. 60. et ex confirmatione Rudolfi habspurgici 1277. 21. Maii, cui insertum est hoc diploma, quodque habetur tam in dicta continuatione codicis I. f. 68., quam in lib. cop. II. f. 20.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ita tamen, ut annus regni uno mense sive 31 diebus sit anticipatus.

c) Editum in Meichelbeck hist. fris. I. 379. ex eodem libr. cop. I. et cum confirmatione Rudolfi I. regis in de Ludewig reliq. manusc. X. 158.

CCXXX.

Anno 1190. 4. Aprilis apud Wormatiam.

Heinricus VI. Romanorum rex, qui advocatiam in Dyrmestein ab Heinrico, comite de Zweynbruche comparavit, convenit cum episcopo wormatiensi, ut XVI. libras solvat ecclesiae sancti Martini in Speya, pro recompensatione thelonei in Boppardia, quod Otto III. imperator ecclesiae sancti Martini contulerat, regi autem idem theloneum pro parte imperii resignet. Insuper rex concordiam a Bochone sive Burchardo olim episcopo cum fratribus sancti Martini initam, et a successore eius Cunrado II. corroboratam confirmat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Heinricus sextus diuina fauente clementia Romanorum Rex semper augustus. In excellenti specula Regie maiestatis, throni diuina. ordinacione constituti ad prospiciendum utilitati fidelium nostrorum in posterorum nostrorum perspicacitatem oculorum longe lateque diffundimus. Nominatim autem et praecipue indempnitatibus ecclesiarum cauere et commoditatibus prouidere studemus ut per lubricum huius vite cursum feliciter transeamus et eterne beatitudinis praemia consequamur. Inde est quod tam praesentibus quam futuris innotescere volumus commutationem seu contractum qui celebratus est a nostra maiestate nomine Imperii ex una parte et Cunrado secundo dilecto principe nostro wormaciensi Episcopo nomine wormaciensis ecclesie ex altera parte et ab ecclesia sancti Martini ex tercia parte cuius contractus

forma hec est. Aduocatiam in Dyrmestein quam ab Heinrico Comite de Zwenbruchen nomine Imperii comparauimus et aliquamdiu libere tenuimus auctoritate Regia concessimus praefato wormacensi Episcopo et successoribus eius imperpetuum (in perpetuum) sub eo tenore ut quicunque fuerit wormaciensis Episcopus annuatim soluat ecclesie sancti Martini ad prebendam fratrum. XVI. libras wormaciensis monete secundum valenciam in qua cum hec scribentur, sunt, In assumptione sancte Marie. IIIIor libras, In festo sancti Remigii. VIII. In festo sancti Andree. IIIIor. et si ante occasum solis non soluerit componat pro pena unciam auri. Praefatas autem. XVI. libras dari iussimus praedicte Ecclesie sancti Martini in recompensacionem thelonii in bopardia quod scilicet thelonium ab antecessore nostro Ottone tercio christianissimo Romanorum Imperatore Augusto collatum fuit ecclefie sancti Martini sed praefata ecclesia theloneum idem nobis et Imperio resignauit, sub eo pacto ut praefatas. XVI. libras quas de theloneo percipere consueuit ab episcopo wormaciensi percipiat de theloneo wormaciensi. Statuimus igitur et per praesentem diualem paginam regie maiestatis auctoritate sancimus ut nulla persona humilis vel alta secularis vel ecclesiastica contra supradicti contractus tenorem venire vel eum in aliquo infringere vel immutare praesumat, Quod qui fecerit. XXX. libras auri pro pena componat dimidium camere nostre et reliquum passis iniuriam. Volentes autem uberiori nostre benignitatis gracia prefate ecclesie sancti Martini prouidere ecclesiam in Speya sicut a bone memorie Bochone wormaciensi Episcopo ecclesie sancti martini iuste et legitime collata est non contradicente postmodum aliquo suorum successorum sed nominatim supradicto, Cunrado wormaciensi Episcopo conprobante et corroborante factum praedicti Bochonis wormaciensis episcopi auctoritate Regie maiestatis praedicte ecclesie sancti martini confirmamus, edicto Regali firmiter inhibentes ne aliquis fratribus sancti martini in praefata ecclesia Speya aliquam molestiam vel iniuriam facere praesumat vel grauamen. Quod qui facere attemptauerit indignacionem Imperatoriam seu Regiam offensam grauiter incurret.

Ad cuius rei perpetuam euidenciam praesentem paginam inde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Huius rei testes sunt Cunradus maguntinensis archiepiscopus, Cunradus wormaciensis Episcopus, Cunradus argentinensis electus, Arnoldus maior praepositus in maguncia, Burchardus praepositus sancti Petri in maguncia, Heinricus praepositus sancti Mauricii in maguncia, Lupoldus praepositus in Nuhusen, Herboldus maior decanus wormaciensis, Ottō palatinus comes burgundie, Boppo comes de Wertheim, Rubertus de Durne, Cuno de Monzenberg et alii quam plures, Signum dominj Heinrici invictissimi Romanorum regis et semper augusti. Acta sunt hec regnante domino Heinrico invictissimo Romanorum rege et semper augusto. Anno regni eius XXI. Ege Dytherus vice domni Cunradi maguntine sedis archiepiscopi et totius germanie archicancellarii recognoui. Datum apud Wormaciam per manum magistri Heinrici Imperialis aule pronotharii. Anno dominice incarnacionis. M. C. XC. Indictione VIII. pridie Nonas aprilis.

a) Ex copia, per iudices curiae wormatiensis vidimata, data anno M. CCC. XXIIII. VII. Idus Novembris (7. Novemb.).

b) Annus regni et indictio, conveniunt cum anno Christi notato.

c) Ineditum.

d) Bocho, qui et Buggo, praefuit ecclesiae wormatiensi ab anno Christi 1115 et obiit 1149. VIII Idus Decembris (6. Decemb.). Conradus autem II. episcopus wormatiensis praesidere illi sedi coepit an. 1171 et obiit 1192. 18. Januar.

e) Schannat in tomo II. pag. 90. ad annum 1196. 10. Juny. edidit diploma Heinrici VI. imperatoris, quo fratribus S. Martini in Speya quinquaginta marcae donantur, quibus ecclesiam eandem ab impetitione fratrum Cunradi et Theodorici de Waldegge absolverent.

CCXXXI.

Circa anno 1194. post 15. April.

Heinricus VI. Romanorum imperator L. et H. (Liutoldo et Heinrico) comitibus de Plaigen mandat, ne fratribus (canonicis) berthersgademensis coenobii in salina eorum in Toual a vicinis hominibus quicquam vexationis inferri patiantur.

Heinricus dei gratia romanorum imperator et ſemper auguſtus. fidelibus ſuiſ comitibus de Plaigen L. et H. gratiam ſuam et omne bonvm. Nulli fidelium incognitum eſſe debet. nec alicui prudentvm dubivm eſſe credimus. quod Katmiae cuiuslibet metalli et ſaline et quecunque peruenaſ ſubterraneaſ ad uſuſ hominum prouenire poſſunt, iuriſ ſint imperii. Cognouimus etiam quod quicquid horum intra terminoſ foreſti Bertherſgademenſiſ cenobii inuentum uel excultum eſt uel inueniri aut excoli poteſt. a ſereniſſimo ac piiſſimo patre noſtro Friderico. Romanorum imperatore inuictiſſimo et ſemper auguſto, cenobio praenominato. et fratribus inibi deo ſeruientibus iure perpetuo eſt collatum. et imperiali priuilegio omni tempore tenendum et utendum in pace. eſt confirmatvm. vnde dilectioni veſtrae attentius iniungenteſ firmiter praecipimus. et exhortamur. ne in ſalina in loco qui uulgo Toual dicitur. a uiciniſ cuiuslibet hominum generiſ. quia murmur uulgi iuriſ ignari inquietudinis auſum praedictiſ fratribus moliri dicitur quicquam uexationiſ intuitu dei. et noſtrae gratiae inferri patiamini. Si quis autem eſt ſpectabilium perſonarum. qui ſe iuriſ aliquid in eadem. ſalina exiſtimat habere nullo temeritatis auſu ſepe dictoſ fratres ſuper hoc praeſumat inquietare. Donec ſi iuri ſuo confidit. coram

coram imperiali uel regali audientia cauſam ſuam exponenſ quod iuſtum eſt ritc exequatur. nequiſ ſuo iure fraudulentiſ machinationibus aut uiolentiſ ullatenus fraudetur.

a) Ex libro copiali berthesgadensi antiquissimo et fere coaevo fol. 17. b. et 18.

b) Mandatum istud caret loco et notis chronologicis. Eiusdem autem tenoris est cum praecedente mandato ad omnes in comitatu chuchulensi manentes, quod in libr. cop. fol. 17. a. et b. habetur, quodque adest in originali, ad annum 1191 circa finem mensis April. relato. Ad annum igitur eundem pertinere videtur, saltem aliquibus annis praecedit privilegium eiusdem imperatoris, an. 1194. 22. Martii datum, quod in libr. cop. demum fol. 19. b. et 20 exhibetur.

c) Editum in den Proceſsschriften Berchtesgaden contra Salzburg Beil. num. 67., omissis autem hinc inde pluribus.

CCXXXII.

Circa annum 1193. inter 28. Mart. et 10. Apr.

Henricus VI. imperator civibus spirensibus interdicit, ne statim ante latam sententiam a iudicio episcopi ad suam aut aliam curiam appellent.

Henricus Dei Gratia Romanorum Imperator et semper Augustus fidelibus suis uniuersis ciuibus Spirenſibus graciam suam et omne bonum. Conquestus est nobis dilectus noster spirenſis Episcopus, quod cum ipse et sui judices in judicio sedeant, et de aliquo vestrum habeatur querimonia statim ante latam sentenciam ille de quo movetur querimonia subterfugum (ſubterfugii) ac Dilacionis causa absque termino prefixo ad nostram presenciam appellare soleat, unde talem insolenciam a vobis supportare nolentes, vobis mandamus, et districte precipimus,

ne aliquis vestrum de cetero a Presencia predictorum Judicum ad nostram uel alterius Judicis presenciam appellare presumat ante latam sentenciam, sed post latam sentenciam antequam approbata fuerit a grauamine et injuria sibi illata appellare poterit, Literis tamen eorundem Judicum ad nostram Presenciam delatis, que veritatem rei et modum appellationis contineant, et terminum ei prefixum ut inspecto earum tenore juxta sentenciam quam Curia nostra dictauerit super hoc rescribere sciamus.

a) Ex copia, quae desumta est ex codice spirensi, dicto minori fol. 17. b. per Valentinum Drevermann notarium publicum an. 1773. 10. Maii vidimata, et cum aliis tribus copiis paulo antiquioribus collata, et in archivo carlsruhensi asservata. Copia copiae istius nobis ex Spira transmissa fuit 26. Sept. 1831.

b) Notae chronologicae omnes desunt, et tempus dati diplomatis determinari nequit, nisi inter an. 1191. 15. April, quo Henricus VI. imperator factus est, et 1194. 23. Oct. quod titulum regis Siciliae assecutus est, quo hic adhuc caret. Spirae datum esse videtur 1193. circa 28. et 29. Mart. aut 10. April, quando imperator ibi fuit et negotia ibi imperialia egit.

c) Ineditum, nec uspiam memoratum.

CCXXXIII.

Anno 1193 potius, quam 1073. 18. May apud Wirzburch.

Heinricus VI. monasterium Ebersberg, in comitatu Steinheringen ab Adalberone et Richlinda ejus uxore, conditum, magna gloria sublimatum et auctoritate ac privilegiis plurium antecessorum suorum regalis abbatiae titulo decoratum, sic in suam successorumque suorum protectionem recipit, ut sit et permaneat regalis abbatia; prohibens advocatorum importunitatem, quibus leges statuit; statuens abbatis auctoritatem et concedens liberam ejus electionem, qui investituram a rege vel imperatore accipiat; ministerialibus jura ac leges praescribens, quos vult abbati debito homagio adstrictos.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Heinricus Sextus diuina fauente clemencia Romanorum Imperator et ſemper augustus. Si ad Eccleſias et loca uenerabilia benigne dirigimus aciem mentis noſtre, ac earum profectibus intendimus diligenter nedum eterne retribucionis merita, ſed laudis preconia conſequimur temporalis. Hinc eſt quod bonam atque Religioſam conſuetudinem, antiquorum Regum, ſeu Imperatorum imitantes, honeſtis perſonis, atque venerabilibus locis, Maieſtatis noſtre defenſionem, ac presidium impendere debemus. quatinus et Imperij noſtri ſublimitas, exinde clarius eniteat, et diuina gratia largius nobis ſalutis, et auxilii ſuffragium

impendat. Nos equidem ex relacione Illuſtrium uirorum, et ex priuilegiis anteceſſorum noſtrorum liquido compertum habemus, quod Comes adalbero, nobili exortus proſapia, quoddam Monaſterium Ebersperch nomine, in Comitatu Steinheringin ſitum, magnis, atque copioſis expenſis laudabiliter condidit, diuicijs, et magna gloria ſublimauit et auctoritate, ac priuilegiis plurium anteceſſorum noſtrorum Regalis Abbacie titulo decorauit. Vt in honore Sancti Sebaſtiani martiris, diuinus ibidem cultus, perpetualiter celebretur. Cuncta quoque ad prefatum Cenobium pertinencia, uel que in futuro munificencia Regum, et Imperatorum, largicione Pontificum, oblacione fidelium adipiſci poterit, tam queſitis quam inquiſitis, in Pratis et in Alpinis. Paſcuis. Siluis. aquis. aquarumue decurſibus. Venacionibus. Piſcacionibus. Vijs. et Inuijs. cum Decimacione abbacie, et preſenti, ac futura Siluarum exſtirpacione, ſub abbatis poteſtate loci eiuſdem, abſque omnium perſonarum contradiccione perhenniter eſſe conſtituit, et vbicumque eorum Naues, ſiue Carri, uel Soumarij aduenerint, abſque theolonei tranſeant exaccione. Nos igitur intuitu diuine gratie predictorum anteceſſorum noſtrorum ueſtigia ſequentes, cuncta que illi ſtatuerant, et nos eadem imperiali auctoritate approbamus. Eccleſias quoque et Baſilicas, in dotibus ſuis erectas, cum fundis et prediis ad eas pertinentibus, et plebe dicto Monaſterio confirmamus. Confirmamus etiam quecumque generantur in humo, uel que latent ſub terra, ſiue ſint vene ſalis. uel ferri, uel argenti, uel auri, uel cuiuslibet Metalli. Nouerit ergo vniuerſitas fidelium, quod iam predictum locum ſic in noſtram, et omnium ſucceſſorum noſtrorum Regum, et Imperatorum protectionem recepimus, ut ſit Regalis Abbacia imperpetuum, omnimoda libertate ſublimata. et ab omni ſubiectionis obligatione libera. ut nullus Archiepiſcoporum. Epiſcoporum. Ducum. Marchionum. Comitum. uel aliqua omnino perſona, preſumat hanc moleſtare, uel a iuris ſui ſtatu diminuere. Compertum etiam habemus decorem, et reuerenciam, eiuſdem Monaſterij. ex aduocatorum inoportunitate, et praua conſuetudine, ualde immutatam eſſe, et antiquam pulchritudinem, ante-

ceſſorum noſtrorum diligencia decenter exornatam, in eadem domo pene deletam audiuimus, quecumque in dicta domo uicioſa conſuetudo, aut iniqua exaccio aduocatorum uiolentia, uel ceterorum omnium negligencia emerſiſſe uidetur et iudicio, ac ſentencia Principum, penitus reprobauimus. Statuimus quoque, ut Abbas, abſque omnj reſpectu aduocatj, Officiales. Villicos. Manſionarios. in locis neceſſarijs prouideat et diſponat. Famuli eciam eiuſdem domus, qualitercumque exceſſerint, et ex culpa penam meruerint, pena talis dimidiam libram denariorum non excedat. niſi Furtum et Homicidium commiſſa fuerint. aut uiolenta oppreſſio mulierum. Miniſterialibus exceptis, qui pro pena Sex ſolidos exhibebunt. Ad hec mandando precipimus. vt nullus decetero aduocatus, Miniſterialibus eiuſdem Monaſterij uiolentiam audeat inferre, uel iniuriam; quod ſi attemtare preſumpſerit, noſtram Maieſtatem is qui leſus eſt appellare non differat. Siquis Miniſterialium extra ſui Monaſterij collegium, matrimonium contraxerit, omne patrimonium cum feodo, ab eadem Eccleſia conquiſito, libere et ſine omni contradiccione Monaſterio ſuccedat. nullo malo ad alienandum preueniente ingenio. Nullus eciam aduocatus ibi hereditario iure exiſtat, ſed abbas communicato fratrum collegij conſilio, iuſtum et ydoneum defenſorem licenter eligant, qui poſtquam de iure, et Rebus Eccleſie, conſeruandis, per ſacramentum certitudinem fecerit, Bannum a rege, uel Imperatore ſuscipiat, quod ſi poſtmodum Sacramentum oblitus fuerit, et jura Eccleſie uiolauerit, et tam ipſos Monachos, quam eorum homines, et poſſeſſiones, hoſpitatibus, et indebitis placitis, et exaccionibus uexauerit, Abbas Regia ſuffultus auctoritate, habeat plenam poteſtatem ſubrogandi ſibi meliorem, et utiliorem. Item decernimus, ſicut approbatione Priuilegiorum anteceſſorum noſtrorum cognouimus, et auctoritate propria confirmamus, vt huiuſmodi aduocati Zelo diuino ducti pocius, quam commodo temporali, de commiſſis ſibi Eccleſiis defendendis, iura aduocatie nil amplius exigant, quam vnum Modium auene vſualis menſure Monaſterij. et vnum agnum. Item decernimus quod Miniſteriales Eccleſie fidelitate, ac homagio debito abbatj ſint aſtrictj. Preterea, ſi

prelati Ecclesie aliqua necessitate cogente, dampnum sibi, uel rebus suis illatum, saluo Ordine suo recuperare non ualuerint, ipsos aduocatos in competentem locum aduocent, ubi causas querimonie diligenter discutiant, nichilque ibi ab eis, uel eorum, colonis, quasi sub iusticia exigant, sed cum caritate quod eis impensum fuerit recipiant. Sane fratribus eiusdem Monasterij, presentibus atque futuris, liberam facultatem eligendi abbatem concedimus, et electus inuestituram a Rege uel Imperatore per Sceptrum accipiat. Insuper quecumque bona ad idem Monasterium pertinere dinoscuntur, siue temporibus futuris. iustis et racionabilibus modis prouenire poterunt, salua et illibata eidem perpetuo iure permanere decernimus. Et ne quisquam hominum vniuersa hec nephario (nefario) ausu presumat inuadere, occupare. minuere. uel quolibet modo alienare. cuncta sub nostre Maiestatis tuicione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Siquis autem contra hanc nostre Maiestatis paginam temere uenire presumpserit, Centum libras puriſſimi argenti fisco nostro persoluat. et totidem supradicto Monasterio componat. Vt autem hec nostre potestatis auctoritas firma futuris temporibus, et inconuulsa permaneat presentis scripti, et Sigilli nostri attestacione confirmamus. Huius rei testes sunt. Heinricus Wirzburgensis Episcopus. Otto Frisiensis Episcopus. Conradus. abbas de Saluelt. Eroldus abbas de Wizenburg. Bertoldus Dux Meranie. Comes. Al. de Pochin. (Bogen) Comes Fr. de Abinberch. Ber. Burgrauius de Heninberg. Ber. de Vsildorf. Kuno de Mezzenberch. Sifr. marschalcus de Hagenn et alij quam plures. Signum domini Heinrici Sexti. Romanorum. Imperatoris Inuictiſſimi. (Monogramma). Acta sunt hec anno Incarnationis dominice. M. Septuagesimo. III. Indiccione. XI. Regnante domino Heinrico Sexto Romanorum Imperatore glorioſiſſimo. Anno Regni eius XX. tercio. Imperii uero tercio. Datum apud Wirzburch. XV. Kalendas Junij.

a) Ex copia per Rudolphum regem anno 1275. 17. Junii vidimata, cuius adest authographum.

b) Accusamus negligentiam descriptoris, qui:

1) Abbatem S. Burchardi in Wirceburg confudit cum Gotfrido abbate weissenburgensi, qui, docente Würdtwein in subsidiis diplomaticis V. 259. tunc praesedit, et ex Bruschio edit. sulzbacensis pag. 22. octo annis praesedit, nimirum ab 1189. usque 1197:

2) Monogramma imperatoris imperfectissimum reliquit, omittens omnes litteras, nomen et dignitatem eius exprimentes, in primo fulcro S, R, H, in secundo sive medio D, cum linea formae crucis, O et M, in tertio E, G, C:

3) Annum Christi M. C. XCIII. pessime legens M. septuagesimum III, ubi numerum centesimum nonagesimum verbis exprimere voluit, re ipsa expressum literis romanis.

c) Reliquae tamen notae chronologicae, Indictio ordinaria, annus regni, completus iam 1194. 15. Aug. sive ante octo menses et dies 3, et annus imperii currens, conveniunt cum anno Christi expresso.

d) Editum, cum ipso instrumento renovatorio Rudolphi habspurgici et cum alia copia, similiter vidimata privilegii Heinrici III. de anno 1040. 1. Januar. cuius originale videatur Mon. Boic. XXIX. part. I. num. 347.; apud Hund. II. edit. Mon. 275. edit. ratisp. 190.

CCXXXIV.

Anno 1193. 4. Julii. apud Lutram.

Henricus VI. Rom. imp. bona illa, quae monasterium S. Mariae in Hagene, infra allodium suum Kirchheim sita, a patre suo Friderico, Romanorum imperatore, et a suis ministerialibus data et concessa usque ad tempora sua possedit, eidem monasterio donat et in perpetuum confirmat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis, Henricus sextus diuina fauente clementia Romanorum imperator et semper Augustus, Ad presentis vite ſtatum feliciorem, et ad eterne uite retributionem nobis profuturum non dubitamus, si locorum religioni deditorum utilitati et commodidati ea consideratione intenderimus, ut ea que a Chriſti fidelibus adepta ſunt, illesa eis et inconuulsa, imperiali auctoritate conseruemus, et ad ulteriora et ampliora adipiscenda, nostre liberalitatis munificencia pie intendamus, Notum itaque, fieri volumus uniuersis imperii nostri fidelibus tam futuris quam preſentibus quod nos bona illa, que monasterium sanctae dei genitricis marie in hagene infra allodium noſtrum Kirchheim ſita, siue in agris siue in pratis, siue nemoribus, a patre noſtro felicis memorie Friderico Romanorum imperatore Auguſto, et a nostris miniſterialibus data et concedita (concredita ſive conceſſa) usque ad tempora nostra poſſedit eidem monaſterio, et personis deo ibidem seruientibus, diuine pietatis intuitu, et pro anime patris noſtri ac matris noſtrequc anime remedio donamus ac presentis scripti auctoritate in perpetuum confirmamus, statuimus itaque et imperiali edicto firmamus ut nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiaſtica vel secularis hanc noſtre donationis et confirmationis pagi-

paginam violare, vel ausu temerario presumat contraire, quod quicumque facere attemptauerit, nostre maiestatis grauem indignationem, et eterni judicis justam ulcionem se non dubitet incursurum, et in vindictam sue temeritatis LX. marcas argenti pro pena componat, medietate cameris nostris inferenda, reliqua parte iniuriam passis persoluenda, Ad cuius rei rectam (certam) et perpetuam euidentiam, presentem exinde paginam conscribi, et nostre maiestatis sigillo precepimus communiri, Huius rei testes sunt, Otto Frisingensis episcopus, Henricus Wormatiensis episcopus, Walterus Troianensis Episcopus, Baydanus Iporiensis Episcopus, Byramus Aptensis Episcopus, Philippus frater imperatoris, Emecho comes de Leyningen, Fridericus comes de Hohenberg, Henricus comes de Zweynbrucken, Fridericus burggrauius de Nurenberg, Wolmarus de Castele, Henricus marscalcus de Kalendin, Wernerus de Bolandin, Arnoldus de Hörenbergk, Blikerus de Steina, Hildebrandus de Sleginstatt, Johannes de Lutern et alii quam plures.

Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris gloriosissimi. (Monogramma.) Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCXCIII, Indictione undecima, Regnante domino Heinrico Romanorum Imperatore gloriosissimo, Anno regni ciusdem XIIII. Imperii vero III. Datum apud Lutram Quarto Nonas Julii.

a) Ex apographo in archivo circuli rhenani asservato, quod per Hermannum Zimer notarium publicum ex vero et sigillato originali transsumptum fuisse testatur copia nobis ex Spira 26. Sept. 1831. transmissa, facta iuxta aliam copiam non vidimatam, sacc. medio XV. exaratam.

b) Indictio et annus imperii conveniunt cum anno Chr. expresso, non vero annus regni, qui erat XXVIII. non autem XIIII.

c) Ineditum nec usquam memoratum; quamvis Schöpflin in Alsat. dipl. I. 327. n. 396. not. 11. producat chartam commutationis inter monasteria murbacense et hegenense, et notet hoc monasterium Höningen, nunc etiam Hagringen vocari ac hodie destructum iacuisse prope castrum Leiningen.

CCXXXV.

Anno 1194. 29. Januar. Wirzeburch.

Heinricus VI. imperator monasterium Waltsachsen, a marchione Theobaldo fundatum, in specialem suam protectionem recipit, cui etiam libertatem a iure advocatiae, a iudiciaria potestate, a theloneo aliisque exactionibus concedit, omnibusque sua illuc pro remedio animae largiendi potestatem tribuit.

(Chrismon.) In nomine Sancte et indiuidue trinitatis. Heinricus Sextus. diuina Fauente clementia Romanorum imperator Semper Auguſtus. Ad eterni regnum meritum et temporalis imperii incrementum apud regem regum nobis proficere non ambigimus. Si eccleſiis dei et locis religioſis munificentie noſtre et protectionis manum clementer apponamus. Quapropter notum Facimus vniuerſis imperii noſtri Fidelibus preſentibus et futuris quod nos ad imitationem predeceſſoris noſtri Regis Conradi monaſterium dei genitricis Marie ſitum in loco qui dicitur waltſachſen (Waltſaſſen) cuius fundator fuit illuſtriſſimus vir Marchio Theobaldus cum vniuerſis perſonis et bonis ſuis que nunc habet vel inpoſterum domino donante optinebit (obtinebit) in ſpecialem mayeſtatis (maieſtatis) noſtre protectionem accepimus Statuentes et diſtricte precipientes. vt quicquid in Subſidium vite mortalis pauperibus Chriſti deo illic Seruientibus eidem Monaſterio per memoratum principem contraditum eſt. in villis. Agris. paſcuis. pratis. Molendinis. piſcationibus. ſiluis. cultis. vel incultis. uel in quibuslibet vtilitatibus. vſibus hominum profuturis. queſitis vel inquirendis. perpetua ſtabilitate inconvulſum permaneat. Statuimus etiam et

perpetua lege ſanccimus. vt ſuper poſſeſſiones ipſorum fratrum quas habent. vel poſtmodum cuiuscumque largitione habituri ſunt. vel etiam ſuper colonos noualia eorum incolentes. nullus mortalium ius advocationis ſibi vſurpare preſumat. ſed cum neceſſitas aliqua ipſis ingruerit. quem ipſi ſibi patronum adſciuerint. in eorum arbitrio conſiſtat. Ad hec precipimus vt nulla omnino perſona. aliquam poteſtatem ſuper idem monaſterium vel bona ſua que nunc habet vel inpoſterum optinebit (obtinebit) domino concedente. Sibi vendicet (vindicet). ſed ipſum in iudiciaria poteſtate omnique exactione ſeculari. theloneo videlicet et omnibus alijs. liberum omnimodis et abſolutum permaneat. Decreuimus quoque et imperiali benignitate concedimus. vt quecumque perſona libera vel miniſterialis. vel alterius cuiuſcumque conditionis de bonis ſuis predicto monaſterio pro remedio anime ſue quicquam conferre voluerit. id libere faciat et ſine aliqua contradictione. Imperiali itaque auctoritate precipimus. vt nulla omnino perſona humilis vel alta ſecularis vel eccleſiaſtica predictum monaſterium et perſonas ſuas in bonis ſuis aliquatinus grauare preſumat vel moleſtare. quod ſiquis facere attemptauerit a gratia noſtra ſe ſciat eſſe omnimodis alienum. Ad cuius rei certam in perpetuum evidentiam. preſentem paginam inde conſcribi iuſſimus. et mayeſtatis (maieſtatis) noſtre ſigillo iuſſimus communiri. Huius rei teſtes ſunt Conradus Maguntynenſis Epiſcopus. (Maguntinus archiepiſcopus) Adolfus Colonyenſis (Colonienſis) electus Heinricus epiſcopus et dux bohemie. Otto habenbergenſis Epiſcopus. Hermannus monaſterienſis Epiſcopus Eberhardus Merſeburgenſis Epiſcopus. bertrammus Mezeenſis (Metenſis) epiſcopus. Heinricus wirzeeburgenſis Epiſcopus. Theodericus myſenenſis Epiſcopus. Conradus ratiſponenſis Epiſcopus. Rudolfus verdenſis Epiſcopus. Otto friſingenſis epiſcopus. Wulfgerus (Wolfgerus) patauienſis Epiſcopus. Conradus palatinus comes reni. lupoldus dux auſtrie. bonefacius Marchio montis ferrati. bertoldus dux meranenſis. Otto langrauius (lantgrauius) de ſtevenyngen (ſteueningen) Hermannus langrauius (lantgrauius) turingie. Heinricus de bruniſſwich. Rupertus de durne. Cuno de mincemberc. et Alij quam plures.

Acta ſunt hec. Anno dominice incarnationis M.C.XC.IIII. indictione duodecima Regnante Domno Heinrico ſexto romanorum Imperatore glorioſiſſimo. Anno regni eius viceſimo ſexto. Imperij uero III. Datum aput wirzeburch. per manum ſigeloij (ſigeloi) prothonotharij IIII. kalend. Februarij.

a) Ex copia vidimata per episcopos Heinricum constantiensem et Petrum basiliensem de an. M. CCC. IIII Idus Maii (h. e. 1300. 12. Maii), qui appensis eorum sigillis testantur, se privilegium istud imperiale examinasse et integrum vidisse, salva sigilli dispositione. Collatan est cum alia copia paulo antiquiore in codice membranaceo fin. saec. XIII. conscripto fol. 14. b. et 15.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, anno tamen regni mensibus duobus et 18 diebus anticipato.

c) Ineditum; memoratum tamen ap. Bruschium in Chronol. monast. germ. 247. Cnfr. diploma Conradi III. an. 1147. 2. Mart.

d) Errore calami archiepiscopus moguntinus vocatur: episcopus: in laudato codice legitur: archiepiscopus.

CCXXXVI.

Circa annum 1194. et quidem circ. 22. Mart. (Nurenberch.)

Heinricus VI. Rom. imperator gravi mandato animos civium in Halle compescit, qui collecta manu salinas canonicorum berchtersgadensium violenter obstruere conati sunt, iudicemque Carolum hortatur, ut eisdem canonicis iustitiam facere pergat.

Heinricus dei gratia romanorum imperator et ſemper auguſtus. uniuerſiſ ciuibus in halle. gratiam ſuam et omnem bonum. Per querimoniam dilectiſſimorum fratrum Pertherſgadenſium percipien-

teſ. quod collecta manu ſalinaſ eorum circa clauſtrum ſitaſ uiolenter obſtruere. uaſaque ad opus ſalinarum neceſſaria in fruſta comminuere uoluiſtiſ. non modice grauati ſumus. Quia uero ſalinaſ. catmiaſ. et quicquid utilitatiſ in foreſto ſuo ſubterraneae uenae produxerint. quod noſtri iuriſ eſſe dinoſcitur. a glorioſiſſimo et piiſſimo patre noſtro. et a nobis iure perpetuo et imperiali poteſtate sunt eiſ tradita. noſtraque ſub tuitione conſiſtunt. per obtentum gratie noſtre uobis praecipimus. et per diſtrictam preſcriptorum ſentenciam denunciamuſ. quatenuſ animoſ uoſtreſ multiſ diuitiiſ exeſtuanteſ ſic compeſcatiſ. nc de cetero fratres praedictoſ. ſuper hoc uerbo ad noſtre celſitudiniſ aureſ querimoniam deferre cogatiſ. ſed et debita ſeruicia a reditibus (redditibus) ſuis in halle. que ſub occaſione praedictarum ſalinarum retinere uoſ poſſe putatiſ. pleniter eiſ perſolui praecipimus. Preterea tibi Karole iudex mandamus. quatenus eoſdem fratres in querimoniiſ ſuiſ more ſolito diligenter audiaſ. curaque uigilanti prout tibi confidimus iuſticiam eiſ facere non negligas.

a) Ex libro copiali antiquissimo berchtesgadensi fol. 18.

b) Notae chronologicae desunt. Ex obiecto quidem mandati ad an. 1191. pertinere videtur, ad quem duo alia mandata desuper collocata sunt, ad comites plaienses et ad universos in comitatu chuchulensi manentes. Ast mentio confirmationis ab ipso Heinrico VI. concessae an. 1194. 22. Mart., ad hunc usque annum retrahere illud cogit, attamen ante 23. Octob. quo die h. a. rex Siciliae idem imperator dictus est.

c) Ineditum.

CCXXXVII.

Circa annum 1194. ante mensem Junium sel circ. 22. Mart.

Heinricus VI. Romanorum imperator universis apud Hallam constitutis (iudicibus) prohibet, ne sententiam ferant contra fratres de Berthersgaden, nisi coram iudice provinciali et eorum advocato ac secundum ius provinciale.

Heinricus dei gratia romanorum imperator. et ſemper auguſtus. vniuerſis aput (apud) Hallam conſtitutiſ. gratiam ſuam et omne bonum. Mandamvſ uobis per gratiam noſtram et praecipimus. ne aliquiſ ueſtrum aliquam ferat ſententiam contra fratres de Bertherſgaden. per quam allodium ſuum perdere poſſint. Nolumus enim nec dictat iuſticia. quod contra eoſ huiusmodi ab aliquo feratur ſententia. niſi coram iudice prouinciali. et eorum aduocato. nec uolumus quod idem (iidem) fratres contra hoc dictum noſtrum aliquod allodiorum ſuorum perdere poſſint. ſecundum iuſ Hallenſium. ſed tantum ſecundum iuſ prouinciale.

a) Ex libro copiali antiquissimo berchtesgadensi fol. 18. b.

b) Desunt notae chronologicae. Ad tempus autem privilegii, huic coenobio ab Heinrico VI. concessi nimirum 1194. 22. Mart., referri iuste poterit.

c) Ineditum.

CCXXXVIII.

Anno 1195. 8. Julii. Frankenvort.

Heinricus VI. imperator concambium quoddam confirmat, a Wolfkero pataviensi episcopoet Ludowico duce Bawariae de ministerialibus factum.

Heinricus dei gratia Romanorum imperator et semper Augustus. et Rex Sycilie. Ea que a fidelibus imperii iuste et legitime ordinantur. ne processu temporum dentur in obliuionem. uel malignorum protervitate infringantur. ex consueta maiestatis nostre clementia dignum ducimus scripto nostro confirmare. Quapropter notum facimus uniuersis imperii nostri fidelibus, quod nos concambium illud quod fideles nostri Wolfkerus patauiensis episcopus et Ludwicus dux Bawarie fecerunt de ministerialibus. ratum habentes. presenti pagina confirmamus. Statuentes et districte precipientes. ut nulla omnino persona contra hoc uenire. uel illud immutare presumat. ad cuius rei euidentiam presentem Kartam inde conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri. Datum aput Frankenvort. VIII. Idus iulij.

a) Ex libro cop. passav. III. dicto lonstorfiano f. 68. a.

b) Annus omissus ex loco ac die desumitur. Anno enim solo 1195. Frankenfurt 8. Julii morari potuit Heinricus VI. imperator, qui ex iustis instrumentis 16. Julii 1195. Wormatiae commoratus probatur; cum anno praecedente 1194. nondum fuisset rex Siciliae, sequenti autem anno 1196. 8. Julii in Besançon versaretur, anno demum toto 1197. usque ad obitum suum 28. Septemb. in Italia degeret.

c) Ineditum, extractum autem ab Aventino in excerptis passav. ap. Oefele I. 710. a. erronee ad an. 1107.

CCXXXIX.

Anno 1195. 7. Oct. Wirtzburch.

Heinricus VI. imperator coenobio reichersbergensi privilegium patris sui, Friderici I. imperatoris confirmat.

Acta anno dom. incarn. M.C.XCV., Indictione XIIII., regnante domno Heinrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni vicesimo quarto, imperii vero quarto. Data Wirtzburch Nonas (Nonis) Octobris.

a) Ex libro copiali monasterii Reichersperg anno 1420. conscripto fol. 7.

b) Indictio notata et quidem caesarea, respondet anno chr. expresso, non vero uterque annus regni ac imperii, priori enim deficiunt anni duo, mensis unus et 22. dies, alteri desunt annus, quinque menses et 21. dies.

c) Editum ex dicto codice in Mon. Boic. IV. 422. num. 23. ubi haec emendentur: p. 422. lin. 26. leg. quoque pro que; p. 423. lin. 5. et 6. leg. divalis pro dominicalis; lin. 27. inseratur: Signum dom. Heinrici sexti Romanorum imperatoris inuictissimi et regis Siciliae (Monogramma).

d) Notandum vero, quod iam in diplomate Friderici I. dato 1162. 4. April. indicatum est, apparere in codice locum rasum, per totam lineam et duas dimidias codicis extensum, cui simili atramento similique manu per duas lineas novas et duas dimidias priores ista inscripta et interpolata sunt, quae pag. 423. Mon. Boic. l. c. lineis 10. usque 15. impressa habentur, post vocabulum: nullus et ante vocabulum: exactiones; quae corrigantur ex priori diplomate Friderici, edito ex codice antiquo traditionum.

CCXL.

Anno 1196. potius, quam 1197. 31. Maii. Maguntiae.

Heinricus VI. imperator controversiam super possessione quadam in Vihtinbach, quam Wolfgerus pataviensis episcopus a matrona Berta uxore Heinrici quondam comitis de Altindorph, per iustitiam evicit, ita componit, ut praedicta Berta possessionem illam ecclesiae pataviensi renunciet, quam ipse episcopus ei et filiis eius certi feodi nomine concedat.

Henricus dei gratia Romanorum imperator et ſemper auguſtus et rex Sicilie. Cum noſtrae ſit equitatis in iuſticia cunctis adeſſe. noſtri non inmerito debiti perpenditur. que coram noſtra Maieſtate legitime acta fuerint. imperatoriae auctoritatis muninime roborare. Vniuerſis itaque fidelibus Imperii preſentibus at futuris notum fieri uolumus. quod dilectus fidelis noſter Wolfgerus Pathauienſis epiſcopus poſſeſſionem quandam in vihtinbachi. a nobili matrona Berta uxore henrici quondam Comitis de Altindorph habita ſuper ipſa diutius altercatione coram iudice per iuſticiam cuicit. Quam poſſeſſionem eadem Berta. poſtmodum coram nobis in ſollempni curia noſtra Magunciae celebrata iuri ſuo penitus abrenuncians eccleſiae Pathauienſi remiſit. et legitima donatione contradidit. ipſe autem epiſcopus ei et filiis eius certi iam pheodi nomine conceſſit. Hoc igitur factum ratum habentes. ad utriusque peticionem confirmandum duximus. et preſentis paginae cum ſigilli noſtri impreſsione. auctoritate roborandum. Statuentes et imperiali firmiter edicto decernentes. ut nulli omnino hominum dirup-

tione uel diſturbatione qualibet contra ipſum uenire liceat. ſeu quouis malignandi ingenio illud attemptare; Cuius rei teſtes ſunt. Cuonradus Maguntinus archiepiſcopus. Luodoicus dux Bavvariae. Henricus palatinus comes Rheni. Comes Rapoto de ortinberch. comes albertus de Pogin. Fridericus Burcrauius de nurinberc. Comes Boppo de Wertheim. Cuonradus friſingenſis maior prepoſitus. Volricus prepoſitus de yſnj. Albertus de Cambe. Wernhardus de Haginove. Otto de Rauensberch. Godſchalcus de helinchouin. Robertus de durne. Kahloch de Kirchperch. Iſinrich de Vrovenhouun. Echardus de Gunzichouin. Conrad de Walt. Wernherus de Vuhtbach et alii quam plures.

Actum Maguntiae in ſollempni Curia. Anno dominicae incarnationis M.C. d. I. VII. indictione XV. datum. 11 Kal. Junij feliciter amen.

a) Sigillum deest, nec appensi cuiusdam sigilli, multo minus impressi, superest indicium; immo tortuosa quaedam incisio in membrana inferius complicata apparens, duplici nimirum cultelli ductu noviori tempore satis inepte facta, nec segmento membranaceo nec filo serico inserendo apta, manifeste demonstrat, semper etiam a primordio huic instrumento sigillum defuisse.

b) Quidam etiam naevi in isto instrumento deprehenduntur; quo pertinent;

1) modus numerum nonagesimum per litteras d. c. scribendi plane insolitus:

2) annus Christi 1197. cum indictione eiusdem anni XV. loco anni 1196. et indict. XIV., sive curia sollemnis Moguntiae habita, quae fine mensis Maii nonnisi anno Chr. 1196. convenire potest, in annum 1197. relata;

3) quaedam ineptitudo atque inconcinnitas in litteris uncialibus primae lineae, quibus pingitur titulus imperatoris, et nomen quidem: Heinricus, continuis maioribus litteris: HENRICVS;

4) ordo testes nominandi aliquo modo praeposterus; testes nimirum clerici maiores, praepositi ecclesiarum cathedralium et coenobiticarum ab episcopis seiuncti et inter testes laicos collocati.

c) Demtis tamen hisce naevis nihil in hoc instrumento invenitur, quod veritati historicae non consonet; stylus aetatem Heinrici VI. aeque exprimit ac litterarum atque interpunctionum character; possessio litigiosa in Vihtenpach haud dubie ex traditione Reginberti episcopi ad episcopatum pervenit, qualis illic alia possessio aeque litigiosa per fratrem eius Hartwicum de Hagenau episcopo eodem mortuo tradita est capitulo cathedrali passav. (Cnfr. confirmatio Papae Alexandri III. 1179); testes omnes coaevi sunt; copia eiusdem instrumenti nondum exactis sexaginta annis collectioni dictae lonstorfianae, nimirum iussu episcopi Ottonis de Lonstorf an. 1254 et sequentibus annis usque in an. 1265 conscriptae, inserta habetur, fol. 74. modo tamen nomina propria scribendi discrepans, rasuram etiam et correcturam noviorem in tertio et quarto numero anni inc. XC. conspiciendam praebens.

Salva ergo eidem instrumento manet fides historica, licet ex rationibus supra allatis inter instrumenta potius privata et praeconcepta, quam inter publica et rite exarata sit collocandum.

d) Annus 1197 et indictio XV. non pertinent ad tempus, quo peractum ipsum negotium, sed ad tempus, quo instrumentum membranae inscriptum est; anno enim 1197. in Germania non fuit imperator, in Italia eodem anno 28. Septemb. defunctus.

e) Ineditum; extractum autem ab Aventino ap. Oefele I. 712. b.

CCXLI.

Anno 1196. 4. Junii. Maguntiae.

Heinricus VI. imperator controversiam de ministerialibus inter Wolfkerum pataviensem episcopum et Albertum comitem de Bogen componit, ut liberi et bona ministerialium inter se nubentium aequaliter dividantur.

Heinricus dei gratia Romanorum imperator ſemper Auguſtus et Rex Sycilie. Ad uniuerſorum preſentem paginam intuentium peruenire uolumus noticiam. quod cum inter fideles noſtros Wolfkerum patauienſem epiſcopum et Albertum Comitem de Bogen diſſenſio ſuper miniſterialibus tam eiusdem epiſcopi et eccleſie ſue quam iam dicti Comitis frequentius uerteretur. tandem in noſtra preſentia eo modo conuenerunt. quod de pari utriusque partis et uoluntate et consensu determinatum eſt. quod miniſteriales eorum tam maſculi quam femine hinc inde ad uicem et inter ſe nubentes. ius equum optineant. et tam liberi illorum quam bona. equali diſtributione partiantur. Quc determinatio. ut tam ad modernorum quam poſterorum reducatur memoriam. hanc inde Kartam iuſſimus fieri et noſtri ſigilli impreſſione inſigniri. Teſtes huius rei ſunt. Otto Comes dc Lubenowc. Rapoto Comes dc Ortenberch. Albertus de Cambc. Walcunus de Rotenberch. et alii quam plures. Acta Moguntie anno ab incarnatione domini Milleſimo Centeſimo. XCVI. indictione XIV. II. Nonas Junii.

a) Ex libr. cop. III. f. 68. a. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum, extractum autem ab Aventino in excerptis passav. ap. Oefele I. 712. a.

CCXLII.

circa annum 1196. ante mensem Augustum.

Heinricus VI. imperator Adelberto archiepiscopo salisburgensi interdicit, ne hominum (canonicorum) berthersgadensium privilegia, a se et patre suo ipsis concessa aut a praedecessoribus archiepiscopi eis permissa, ullo modo infringat.

Heinricus dei gratia Romanorum imperator ſemper auguſtus. et rex Sicilie. A. Dilecto cognato ſuo. Salisburgenſi archiepiſcopo. gratiam ſuam et omne bonum. Dignitatiſ noſtre poſtulat officium. maloſ opprimere. boniſ autem diligenter protectionem adhibere. Nouerit itaque dilectio tua. quod locus (um) berthersgadenſis eccleſiae. cum omnibus eiusdem loci hominibus tam a patre noſtro quam ab aliiſ et etiam ſeruicio et probitate eorum. ita in fide et anima noſtra commiſſum habemus. et ſic ad noſ ſpectat. quod nequaquam uolvmus nec permittimus erga coſ aliquem aliquod incommodum ſui iuriſ incurrere. Quapropter mandanteſ rogamus. et roganteſ praecipimus. ut intuitu noſtri coſdem hominef in tua defenſione erga tuoſ et alioſ commiſſoſ habeas. et omne juſ foreſti eorum in ſalinif. in Catmiif. in uenationibus et theloneiſ tandem in omnibus que tam apud noſ quam apud patrem noſtrum priuilegiiſ sunt annotata. et a praedeceſſoribus tuiſ permiſſa. neque per te neque per alivm aliquem ullomodo veliſ uel aſſumaſ infringere. quia nequaquam volvmus. quod idem (iidem) hominef alicui iudici. uel accuſatori. niſi coram imperio de cauſiſ ſuiſ reſpondeant.

a) Ex libro cop. antiquissimo berchtesgadensi f. 19.

b) Desunt notae chronologicae. Titulus autem regis Siciliae et negotium imperatoris in Germania tractatum, mandatum illud ad an. 1196. referendum esse persuadent, ante mensem tamen Augusti illius anni, quo iam in Italia imperator versabatur.

c) Editum in den Berchtesgadnischen Procefsschriften Beylag. num. 67. et separatim in Tomo foliis scriptis notato fol. 39. b., ubi in marg. idem liber copialis fol. 19. laudatur.

CCXLIII.

Circa annum 1205. 14. April. Nourinberch.

Philippus rex compromissum, quod coram se Cunradus de Kalwenberg super querimonia fratrum in Lanckheim fecit, promulgat.

Philippus dei Gratia Romanorum Rex et Semper auguſtus Notum facimuſ vniuerſis preſentem Paginam inſpecturis, quod accedente ad preſenciam noſtram Cunrado de Kalwenberg ad hoc vt iudicium Curie noſtre declinaret Super querimonia fratrum de Lanckheim Ita ſe in manus noſtras obligauit vt ipſe de cetero in curti Burcharſtorff cum omnibus poſſeſſionibus eidem curti attinentibus ſicut antea conſueuerat nulla precaria nec aliquam exactionem faceret, nec memoratos fratres occaſione dominii in eadem curti quod vulgariter ſale dicitur deinceps aliquatenus grauaret, Idque adeo ſtricto compromiſsionis vinculo in manus noſtras confirmauit vt ſi ipſe de cetero eam compromiſsionem aliquatenus violaret quod eciam dominium illud quod ſale dicitur omnimodis nobis vacaret Ita eciam quod ipſe de cetero nec hoc nec alio modo reſpectum aliquem ad predictam curtim habere deberet. Nos igitur hoc factum coram nobis rationabiliter actum proteſtantes. Regia auctoritate con-

firmamus et inviolabiliter ſicut compromiſsum eſt obſeruari decreuimus. Teſtes ſunt C. Regalis aule cancellarius et Ratisponenſis Electus, S. prothonotarius. Otto dux Meranie et alij quam plures. —

a) Ex libro quodam copiali langheimensi an. 1498. conscripto fol. 177., ubi tamen post Ottonem ducem Meraniae octo testes omissi sunt, ex novissimo diplomatario saec. XVIII. incipientis utcunque suppleti; nam pessime ibidem aliqua nomina et cognomina leguntur.

b) Caret hoc diploma notis chronologicis. Aetas tamen eius facile desumitur ex memorato hic Conrado cancellario, ratisponensis ecclesiae adhuc electo, necdum confirmato ac consecrato; talis enim audit in authographo diplomate pro monasterio Weissenoe 1205. 14. April. apud Nourinberc dato, qui sequenti mense, durante eadem curia norimbergensi, 24. Maii. 1205. iam episcopus ratisbonensis dicitur in diplom. Reichersperg. Mon. Boic. IV. 426. Vnde simul locus peracti negotii ac dati instrumenti patescit.

c) Editum in Schultes histor. Schriften 76. num. 4. omissa quadam obscura diplomatarii supra laudati lectione.

CCXLIV.

Anno 1205. 23. Maii. apud Novrinberch.

Philippus rex monasterio bertherscademensi bona in villa Wernruden donat, quaecunque ibi ipse, paterque suus Fridericus, ac frater suus Heinricus, imperatores, habuerunt.

Philippus ſecundus dei gratia Romanorum Rex et ſemper Auguſtus. Notum facimus uniuerſis imperii fidelibus tam praeſentibus quam futuriſ. quod noſ adtendenteſ diuine religioniſ cultum. qui in eccleſia Bertherſcademenſi uigere dinoſcitur. pro ſalute noſtra et remedio animarum parentum noſtrorum ipſi monaſterio et fratribus deo ibidem famulantibus damus in proprietatem et ſemper eorum (uſibus) profutura quecunque bona habuimus et progenitoreſ noſtri F. pater noſter et H. Fr. (frater noſter) diui Romanorum imperatores habuerunt in uilla Wernruden. mandanteſ et regio edicto diſtricte praecipienteſ. ut nullus ipſum monaſterium et fratres eius in hac magnitudiniſ noſtre donatione inquietare audeat. uel eam in irritum reuocare. Ad cuius rei certam in perpetuum euidentiam. hanc cartam inde conſcriptam ſigillo noſtro iuſſimus communiri. Data apud Novrinberch. anno M.CC.V.X. Kalend. Junii. Indictione VIII.

a) Ex libro copiali berchtesgadensi antiquissimo et plane coaevo fol. 30. b.
b) Indictio respondet anno Chr. expressa.
c) Ineditum.

CCXLV.

CCXLV.

Anno 1205. 24. Maii. apud Nuornberch.

Philippus rex coenobio richerspergensi, sito in comitatu Bertholdi de Andehse juxta fluvium Oenum, privilegia patris et fratris sui confirmat.

Acta anno dom. inc. M.CC.V. Indictione VIII., regnante domno Philippo ſecundo Romanorum rege, anno regni eius VIII. Data apud Nuornberch per manus ſifridi regalis aulae Prothonotarii VIIII. Kalend. Junii.

a) Ex codice membranaceo huius coenobii, anno 1420. conscripto, fol. 8,
b) Notae chronologicae inter se conveniunt.
c) Editum in Mon. Boic. IV. 426. num. 26., ubi sequentia emendentur: pag. 426. lin. 4. add. Romanorum; lin. 15 et 16. del. Pertholdi comitis; lin. 18. leg. proprietatis pro pietatis; pag. 427. lin. 2. leg. quandoque pro quanquam; lin. 2. ab infra add. (Walpurch); pag. 428. lin. 2. add. Signum domni Philippi secundi Romanorum regis invictissimi. (Monogramma).
d) Diplomata priora hic memorata vid. 1162. 4. April. et 1195. 7. Octob.

CCXLVI.

Anno 1207. 27. May. apud Basileam.

Philippus rex fratribus hospitalis S. Johannis in Jerusalem omnes possessiones, specialiter praedium in Haimbach confirmat, omnibusque licentiam concedit, de bonis illis, quae de manu regis tenent, hospitali aliquid donandi.

Philippus Secundus. dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Decet Regalem clemenciam loca diuinis deputata obſequiis protectionis ſue clippeo (clypeo) tueri diligenter. et circa commoda eorum et vtilitates, curam non ſegnem et operam inpendere efficacem. Eapropter ad vniuerſorum Imperij fidelium preſentis etatis et poſteritatis ſuceſſure (successurae) noticiam duximus perferendum, quod nos animaduertentes tam ſalubrem quam honeſtam fratrum. Hoſpitalis ſancti Johannis Baptiſte in Jeruſalem conuerſacionem quantaque locus idem contra inimicos crucis chriſtiano nomini prebeat ſubſidia, ipſam domum cum omnibus poſſeſſionibus et mancipiis ſuis in Imperio noſtro conſtitutis et ſpecialiter predium ſuum de Haimbach ſub omnimodam maiestatis noſtre recepimus proteccionem Regia auctoritate memorate domui et fratribus ipſis, confirmantes, quecumque bona inpreſenciarum poſſident. queue in poſterum preſtante deo poterunt iuſto acquiſicionis titulo adipiſci. Ad hec diuine retribucionis intuitu, et ob remedium animarum progenitorum noſtrorum concedimus et permittimus ut quicumque homo Ingenuuſ uel miniſterialis, aut cuiuscumque condicionis de bonis illis que de manu noſtra tenet. ſiue illa Imperij ſint uel ratione proprietatis nobis pertineant aliquid ſepeſato Hoſpitali erogare voluerit. libere id et ſine conſenſuſ noſtri facere poſſit requi-

ſicione, ipſam donationem tamquam per manus noſtras factam perpetuo robore vigere decernentes. Siquis igitur locum illum in bonis ſuis deinceps moleſtare preſumpſerit. uel dampnum ſibi, aut iniuriam quacumque occaſione irrogare, iram tremendi iudicis, noſtreque ſublimitatis offenſam ſe nouerit grauiter incurſurum. Quod ut verius credatur. hanc paginam exinde conſcriptam. Sigillo noſtro iuſſimus communiri. Teſtes huius rei ſunt. Amedeus. Biſuntinus. Archiepiſcopus. Conradus. Spirenſis Epiſcopus. Lindolfus. Baſilienſis Epiſcopus. Heinricus. Argentinenſis Epiſcopus. Berhtoldus. dux Ceringie. Thomas. Comes Sabaudie. Comes. Sibertus de Werda. Comes. Rudolfus. de Habſpurg. Comes. Fridericus. de Liningen. Comes. Fridricus. de zolre. Comes. Wolfradus. de Veringen. Hermannus. de Marchdorf. Heinricus. dapifer de Walport. Heinricus. de Scharphimberg. et alij quam plures. Datum apud Baſileam. Anno. dominice Incarnacionis. M.CC.VII.V. Kalend. Junij. Indiccione decima.

a) Ex transsumto Adolfi regis 1295. 11. Mart. apud Hagenoiam dato, quod insertum est novo privilegio Ludowici IV. regis dato 21. Mart. 1323. apud Nuremberg, cuius anthographum adest; collatum cum alio transsumto notarii publici 1330. exarato.

b) Indictio respondet anno Chr. expresso.

c) Ineditum.

d) Nomen praedii transsumtum Ludowici IV. Haimbach scripsit, transsumtum notarii publici autem Hemebach vocavit, quod ad marginem prioris transsumti Hambach appellatur.

e) Notandum insuper, praeter Adolphi et Ludowici IV. privilegia praedicta, insertum illis transsumtis esse privilegium renovatorium Rudolphi I. regis anno 1274. 5. Decembr. apud Nuremberg datum, cui iam priora quatuor privilegia, Friderici I. 1185. 28. Novemb., Philippi 1207. 28. Maii, Heinrici VII. 1227. 17. Octob. et 4. Novemb. adnectuntur.

f) Quia vero nullum istorum privilegiorum uspiam impressum legatur, operae pretium erit, ex illis annotare nomina magistrorum ordinis

S. Johannis. Anno igitur 1185. occurrit Raymundus Hospitalis Jerosolomitani magister.

Anno 1274. Beringerus Prior fratrum ordinis Hospitalis Sancti Johannis Iherosolomitani per Alemanniam.

Anno 1295. frater Gotfridus praeceptor ordinis Hospitalis Sancti Johannis Jerosolomitani per Alamaniam, Bohemiam et Poloniam. Cnfr. Neugart. Cod. alem. dipl. II. 327. n. 1043. a: 1290. 30. April. ubi vocatur Gotfridus de Clyngenvels.

Anno 1323. Albertus de Swartzburg Magister Ordinis Hospitalis Sancti Johannis Jerosolomitani.

CCXLVII.

Anno 1209. circa 9 — 19 Febr. apud Nurinberch.

Otto IV. rex advocatiam super bonis monasterii admontensis in Elsendorf, per comitem Meinhardum de Abensberg hactenus usurpatam, Heinrico marschalco (de Pappenheim) confert.

Otto Dei Gratia Romanorum Rex et Semper Auguſtus, Admuntensis Eccleſiae Vniuersitati Gratiam Suam, et omne bonum Veſtrae omnium Sanctitati ſignificare pium duximus, quod Abbas veſter, utpote vir Deo dilectus apud Nurinberch in praesentia noſtra querimoniam deposuit, quod Comes Meinhardus de Abinsperch tam vos, quam ipsum in praedijs veſtris Elsendorf sitis, nomine Advocatiae intolerabiliter gravaret, eodem aſserente Comite, quod Advocatiam illam quandoque ab Archiepiſcopo Salzburgenſi quandoque a Duce Auſtriae et Syriae in beneficio receperit. Verum quia ambo ijdem Principes in Judicio noſtro fuere praesentes, et a nobis diligenter requisiti, praedicto Comiti eandem Advocatiam unquam inbeneficiaſse negarunt; Sententia Principum illi usurpatam violenter Advo-

catiam prorsus abjudicavit. Nos igitur ad inſtantiam precum Abbatis humiliter petentis, favore tam Archiepiſcopi, quam Ducis Supradicti eadem praedia Fideli noſtro Henrico Marſchalco commisimus defensanda; Coenobio veſtro tam jus quam Gratiam regalem perpetualiter exhibere volentes. Nos etiam proteſtamur, quod dictam Advocatiam praenominato Comiti vel Suis haeredibus nunquam Jure contulimus pheodali. Super hac igitur atteſtatione et proteſtatione, Saepe dicto Coenobio praesentes litteras cum Sigilli noſtri munimine aſsignamus.

a) Locus, annus et dies desunt in apographo; facile autem supplentur ex ipso contextu, in quo curia Norimbergae celebrata, praesensque archiepiscopus Salisburgensis Eberhardus II. indicantur; nam hoc semel tantum sub Ottone IV. contigit, nimirum an. 1209. mense Febr., prout patet ex cod. dipl. ad historiam monasterii Rhenaugiensis per M. Hochenbaum van der Meer ap. Zapf Monumenta anecdota I. 476. cnfr. p. 3741. ubi diploma an. 1209. datum apud Nuremberc V. Idus Febr. seu 9. Febr. ex authographo insertum est, nomen archiepiscopi salzburgensis Eberhardi exprimens; similiter ex alio diplomate, cuius fragmentum affert auctor (v. Kleinmayern) der Nachrichten von Juvavia 250. not. d, quod datum est apud Noremberg XII. Kal. Mart. (18. Febr.) anno 1209. agente eodem archiepiscopo Eberhardo. Eiusdem curiae apud castrum Noricum celebratae meminit Otto de S. Blasio ap. Ussermanu Prodromo Germ. Sac. II. 512. cap. 50.

b) Ineditum. Desumtum ex quadam copia per Antonium abbatem admontensem (praefuit 1718. ob. 1751.) eiusque Priorem Sigismundum circ. an. 1728. vidimata, in qua titulus sequens, ceu ex historia quadum admontensi, praemittitur: „Hoc eodem anno (1244) Fri„dericus dux Austriae et Styriae et dominus Carniolae privilegium „ottonis imperatoris super advocatia in Elsendorf contra Meinhar„dum comitem de Abinsperch confirmat; quod privilegium scriptum „fuit in hunc modum: Otto etc.“ Post vocabulum: assignamus, haec ceu ex confirmatione Friderici II. ducis Austriae subiunguntur:

Acta sunt haec apud Anasum ab incarn. dni M.CCXLIIII. VIII. Calend. Septemb. secundae Indict. (1244. 25. August).

c) De praedio Elsendorf, parochia in praefectura bavarica Abensperg sita, notitiae plures inveniantur in Monum. Boic. VII. p. 46. n. 4. p. 108. n. 20. in monumentis admontensibus ap. Pez. thes. anecd. III. p. 664, 669, 679 etc. Anno 1667. venditum est monasterio bawarico Hohenwarth, quod testatur chronicon hohenwarthense Hueberi.

CCXLVIII.

Anno 1209. 31. Maii. apud Herbipolim.

Otto IV. rex sententiam Friderici I. imperatoris super advocatia monasterii Alderspach confirmans, Alramum de Chambe, Alberti filium, eiusque haeredes ab eadem prorsus removet.

Otto quartus diuina clementia Romanorum Rex. et ſemper Auguſtus. Diuinam maieſtatem nobis propiciam reddimus. ſi perſonis religioſis et locis diuino deputatis obſequio. humanitatis noſtre acclinabimus fauorem. amouendo ab eis cuiuslibet infeſtatoris moleſtias regia protectione. Ea propter nouerit Chriſti et imperii fidelium preſens etas. et poſteritas ſucceſſura. quod accedentes ad preſentiam noſtram ſub frequencia principum apud Herbipolim. Ludwicus venerabilis abbas in Alderſpach cum confratribus ſuis quibusdam. autenticum Friderici. Glorioſi quondam Romanorum Imperatoris diui. Auguſti nobis exhibuerunt. in quo manifeſtis cognouimus indiciis quod memorati Abbatis anteceſſor Eberhardus nomine coram prefato Imperatore recolende memorie monaſterii ſui aduocaciam iure omnimodo et legittimis probacionibus euicit a quodam alramo de Khambe. qui eam ſibi illicite et nullo fretus iure vſurpaue-

rat. Diuine ergo remuneracionis intuitu ratum haberi volentes et inconuulſum quod predictus imperator feliciter ſanctiuit. et a poſteris ſuis ſtatuit obſeruandum. Alramum de Chambe. Alberti filium. et omnes heredes ſuos ab eadem aduocacia ſicut prius factum eſt prorſus remouemus. et nullam ſibi vel alicui in ea preſtamus Warandiam. Cum enim iuris ſit eorumdem fratrum in bonis ſuis aſſumere ſibi quem voluerint aduocatum et defenſorem. et ipſi ad hoc excellenciam, noſtram ydoneam elegerint. perpetuo defenſionis vinculo eam nobis aduocaciam annectimus. a noſtra et imperii poteſtate nunquam alienandam. Ad huius autem facti robur. hanc paginam conſcriptam impreſſione ſigilli noſtri communiuimus. Teſtes autem huius rei ſunt. Hugo Hoſtienſis et Velletrenſis epiſcopus Cardinalis. Leo titulo ſancte crucis in Jerusalem. preſbiter cardinalis. Legati ſedis apoſtolice. Chunradus Spirenſis epiſcopus et aule regie cancellarius. Otto herbipolenſis epiſcopus. Manegoldus patauienſis epiſcopus Siboto Hauilbergenſis epiſcopus. Heinricus Comes Palatinus Ludwicus dux Bawarie. Leopoldus dux auſtrie Chvnradus Marchio de Landesberch Emicho Comes de Linningen. Perhtoldus Comes de Hennberch. Hartmannus Comes de Wirtilberch. Ludwicus Comes de Oetingen. Heinricus Marſcalcus de Challinden. et alii quam plures. Acta ſunt hec anno jncarnacionis dominice. M.CC.IX. Indictione XII. Datum apud Herbipolim pridie Kalendas Junii.

a) Ex libro copiali alderspacensi, qui dicitur antiquior ac minor. et est conscriptus circ. an. 1326. aut paulo antea, num. 17.

b) Indictio respondet anno Chr. indicato.

c) Editum quidem in Hund.-metrop. II. edit. Mon. 64. edit. Ratisb. 43. ac in Mon. Boic. V. 362. num. 10., ast ex alia copia, qualis habetur in libro privilegiorum maiori conscripto an. 1517. num. 37, omissionibus ac erroneis lectionibus corrupta. Nova ergo editio necessaria omnino visa est.

CCXLIX.

Anno 1210. 29. August. apud S. Salvatorem in monte Amiato.

Otto IV. R. imperator resignationem feudi, quod Cunradus de Rietperg a Conrado comite de Zolre, qui et Burggravius de Nurenberg, idemque comes de Zolre et Burggravius de Nurnberg ab ecclesia spirensi habebat, in manus Cunradi eiusdem ecclesiae episcopi, imperialis aulae cancellarii, coram se libere factam, confirmat.

Otto quartus Dei gracia Romanorum Imperator et ſemper Auguſtus. Ea, que ad commodum fidelium noſtrorum rationabiliter in noſtra geruntur preſentia, ne proceſsu temporis a memoria hominum elabi poſſint vel in ambiguum deduci, ad maiorem cautelam Scripture amminiculo dignum duximus perpetuare. Quapropter vniverſis Imperii fidelibus tam preſentis Evi quam futuri notum facimus, quod accedens ad preſentiam noſtram fidelis noſter Conradus comes de Zolre, qui et Burggrauius de Nurenberg coram nobis et multis Imperii nobilibus atque miniſterialibus conſtitutus, totum et integrum feudum illud, quod ab ipſo tenuit Cunradus de Rietperg, et quod idem Comes de Zolre et Burggrauius de Nurnberg ab eccleſia Spirenſi habebat, in manus dilecti familiaris noſtri Cunradi eiusdem Eccleſie Epiſcopi, Imperialis aule Cancellarii, libere reſignauit et illud Eccleſie Spirenſi ſibique et omnibus eius in perpetuum ſucceſſoribus dimiſit abſolutum, ut autem eadem coram Nobis reſignatio, legitime admodum et rationabiliter facta, ſtabilis ſemper et firma perſeueret et, ne idem comes, nec alia aliqua perſona Eccleſie Spirenſi ſuper hiis ullo umquam in tem-

tempore mouere poſſit conſtitutionem, hanc inde paginam conſcriptam ſigillo noſtro iuſſimus communiri. Huius itaque rei teſtes ſunt Comes Fridericus de Liningen, Berhardus de Dietis, Comes Fridericus de Sarapponte, Marchio Fridericus de Badin, Rudolphus de Kieſelowe, Waltherus pincerna de Shippen, Cunradus frater eius, Embrico de Lapide, Heinricus de Kropfisberg et alii quam plures. Datum actumque apud Sanctum Saluatorem in monte Amiato Anno Dominice Incarnationis M.CC.X IIII. Kalend. Sept. Indict. XIII.

a) Ex copia vidimata 1795. 6. Julii ad Bar. de Hardenberg Baruthum transmissa, et 22. Julii eiusdem anni 1793. fideliter descripta, quod sua manu testatus est Ph. Ern. Spiefs archivarius plassenburgensis.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt cnfr. Raumer Hohenstaufen II., 561. qui laudat diploma Ottonis IV. imp. ex cartep. di Salv. num. 356. datum in S. Salvatore di Monte Amiato 21. August. 1210.

c) Ineditum.

d) De praedicta castri Rietburg resignatione in manus Cunradi spirensis episcopi, qui postea idem castrum ecclesiae suae appropriavit, cnfr. Trithemius in chronico hirsaugiensi ad an. 1200. p. 498.; chronicon praesulum spirensium ap. Eccard corp. hist. med. aevi. II. 2267. ad an. 1200.; antiquius chronicon episcoporum spirensium in Würdtwein nov. subsid. I. 146. et Lehmann Speyr. Chronik. p. 125. 126. not. 154. et p. 513. b. ad an. 1214.

CCL.

Anno 1212. potius quam 1213. 11. Maii. Nuremberg.

Otto IV. imperator monasterium Scotorum Ratisbonae ante portam occidentalem constructum et ecclesiam S. Petri vulgo dictam, et ad austrum eiusdem civitatis in suburbio sitam, ad idem S. Jacobi Scotorum monasterium pertinentem, ad formam privilegiorum imperatorum Heinrici III., Heinrici IV., et Lotharii, petente Matthaeo, eiusdem monasterii abbate sub imperialem protectionem recipit et nomina possessionum designat:

(Spätere Ueberſetzung, in Ermanglung des Originaltextes.)

In dem namen der heyligen und untaillichen dryvaltikait. Ott der vierd ditz namens von göttlicher günſtiger miltigkeit Römiſcher Kayſer und zu allen Zeiten merer des Reichs. Seintemalen, das das alſo iſt, ſo wir den gaiſtlichen männern gunſt und gab vnnſer der zeitlichen gütern mittailen. So hoffen wir unꝛweyvelich der ewigen gütter dorumbe widerlegung zu erlanngen. Hierumben kunt ſey allen Criſten geleubigen menſchen künftigen und gegenwärtigen. wie das Cloſter der Schotten zu Regensburg vor dem Weſtenthor gebawet und auch die kirchen zu weichſand Peter in teutſch genennet. Zu Oſten der benannt Statt. gelegen under der Vorſtatt zu demſelben Cloſter ſand Jakob der Schotten gehörent, nach laut veſter beſtätnus freyhait unnſer vorfordern der Römiſchen Kayſer Heinrichs des dritten, Heinrich des vierden und Lotarii. Von eren und wirdikait der ſäligen Zwellifboten ſand peters und Jakob. Matthey Abbte und der Bruder deſſelben Cloſters. auch der Bruder der kirchen ſand Peters

bitung und betes wegen. welliche güter die den Schotten des Clo-
sters sand Jakobs werden bewärt undertänig zu sein. mit allen gütern
und besizungen. di Sy nu auffrichticlichen haben und die wir hienach
aigentlicher mit namen werden bezaichent. Aber (oder) hinfüran mit
rechtermassen haben werden. Haben wir in unser werntlichs schwert
und des Römischen Reichs besunderlichen und beschützung auffgenom-
men, in sollicher lautt. Als zu gleicher weyß von den obgesprochen
kayfern gesetzet. Ist dasselbig Closter Sand Jakob Auch die kirchen
Sand Peters und auch die gütter in Zugehörent und doselbst allein
die Schotten einwoner sind, und nyemandts anders sullen haben ewige
Freyhait. und Sy sullen auch von keinerley person groß oder klein
beschwert werden. Auch sullen Sy keinerley dienstbarkeit nur allein
Gott und seinen Heiligen getzwungen werden. noch von kainer person
groß noch clain in Sy noch in Jr gütter keiner gewalte oder Her-
schung, haben, hindangesetzet mich und meiner nachkommen kunig
und kayser. Sunder sy sullen on alle außwerffen und belaidigung
beleiben. Bittende für Sy selbs und den kayserlichen standt, und
für der gantzen heiligen cristenlichen kirchen saligkeit. Aber die Na-
men der Besitzung sind die. Manzpach. kaltenberg, Tägernheym
Gundolfing mit den Vischereyen. Rwit. Kindhausen. Gewelkove.
Wernssing. Sintzing mit seinen Weingärtten und seiner Capelln.
Poßrügk mit seiner Capeln unnd Zehendten. Traubling. Ober und
Nider Dieteldorf. mit Wälden und vischereyen und mit allen andern
Iren Zugehörungen allenthalben dorumben gelegen. Oberkoff. die
Mülle bey Sinzing. Griestett mit der Capellen, Wälden, Vische-
reyen. die Müllen Ainsidell Dietfurtt. Hailnhausen. Vogeltal. Gun-
dolshausen Butze mit der Capelln. Rindelberg. Grävenberg. Ober-
Gundelfing. Jächenhawsen. kauldorf. Engeltale. Westenholz. die
Mülle bey Brunne. Zwu Mülle bey Laber, Etzenberg. Bergkstet-
ten. Hünthaym. Helmpühel mit seiner Zugehörung. Harde. Kemp-
nat. Heynperg. Ruit. die Weyde Stetenhof. Marksteten, Sur-
chawsen. Geyrhawsen. Kerny. Tremelhawsen. Warmanstorf. Zween
Weingärtten bey dem Fuß der Prugk Regensburg. Manslo. Lyn-
dorf. Huttenhoven. Munichrwit. Chanstain Pülnhofen. Chalbesing.
Schiltern. Craphenhof. Schneitthartt. Traubenhofen. Pondorf.
Stokau. Alta. Pfäder Hagenpuch. Koger. Oberkosen. Herlschoffen.

Rudlingen. Wernising. Colbenpach. Hochdorf. Aych. Hüttendorf. Hayd. Schaur. Frieshaym. Zween Weingärtten bey Kruchnnberg, Syntzing. Wintzer mit einer Mülle und weingartten zu Osterreich. Schnaithart zu Westen. Darnach setzen wir erclären und gebieten. das ir Vogtey niemant Zymm zu leyhen haben oder zymm zu vergeben. Nur allein durch uns und unser nachkommen kunig und kayser und mit wissenhait des Abbts der Schotten. Und wir verbieten auch, gebieten in eintrugkung unsers Siegels das keinem irem Vogte Zyme Irer güter in Zugeaignen. die zu kauffen oder überzugeben, sonder allain den Schotten mit iren gütern als Sy am besten und am nützlichsten mügen Zehandeln und zu schaffen zympt. Als bisher vorzeiten von unsern Vorfordern ist behalten worden. Aber die Vogt den von uns oder von unsern nachkomen Römischen kunigen oder kaysern die Vogtey und das von bete wegen der Schotten bevolhen wirt, underwegen lassen alle schäzung. die sullen nichts gewaltiglich namen von den Pauern. Nur allain nach der maß alter Gerechtigkait. Were aber der ist. der diese unsere Freyheit aus durstigkait zerpricht, der ist vnns und unser Maiestat dreyhundert Margk Goldes unnser Aucht vervallen. Halben taile vnnser kayserlichen Cammer und den andern halben taile der obgenanten kyrchen. Dorumben aber, daß disе unsere Verleyhung vest und unvermailigt zu ewigen Zeitten beleibe haben wir diese Schrift schreiben und dieselbige mit unserm Insiegel der Maiestat geboten zu bevesten lassen. die Zewgen sind Thoman Ertzbischove zu Colln. Hertwig Bischove zu Eystetten. Mangolt Bischofe zu Passau. Degenhart Bischove zu Sitten. Wilhalm Probst zu Agran, Thoman Marggrave zu Meyssen. Albrecht Hertzog zu Sachsen. Heinrich sein Bruder Grave zu Anehalt. Robold Pfalzgrave von Witelingezbach, Heinrich sein Bruder Graf zu Ortenberg. Guntzellin des Römischen Reichs Truchsess. Ulrich von Winceberg. Camrer. Witelinus Marschalk. die ding sind geschahen nach der Menschwerdung Cristi. Als man zalt Tausend zwayhundert und dreytzehen Jare Regiments des unüberwindlichisten kayserS Otten seines Reichs des Römischen im dreytzehenden, und des kayserthumbs im dritten Jaren. Gegeben tzu Nuremberg der fünfften Ydus des Monats Mayen und des funftzehendisten Ränntiahrs der Römischen Zahl zu latein genannt Indicio.

a) Ex copia vidimata per Michaelem abbatem S. Emmerami 1468.
b) Otto IV. tantum anno 1212., 10 et 11. Maii Norimbergae fuit, quod oppidum sequenti anno eodem tempore cum Ratisbona in potestate aemuli sui Friderici II. erat. cf. Diplomata Ottonis IV. orig. n. 599. et Friderici II. orig. n. 601, 602, 603 et 606.
c) Ineditum.

CCLI.

Anno 1212. 5. Septemb. apud Herbipolim.

Otto IV. imperator monasterio Bildehusen, ordinis cisterciensis, petentibus eiusdem loci fratribus, motu proprio Bopponem comitem de Henneberg tutorem potius, quam advocatum concedit.

In Nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. Eiusque gratia. Otto quartus Romanorum Imperator Et Semper Auguſtus. Cum deo amabilis et venerabilis hominibus et nobis precipue dilectus Ciſtercienſis Ordo et eius Monaſteria In Imperio conſtituta ab omni Jugo Aduocatorum libera ad Imperialis maieſtatis defenſionem ſpecialiter reſpiciant Juſtum eſt vt eorum ſecuritati et quictj tanto prouideamus diligentius quanta id magis dierum malorum neceſsitas expoſtulat Et nos eorum deprecationibus aſſiduis apud deum et egemus et ſperamus atque optamus attentius adjuuarj Eapropter conſiderantes Importunitates quas cottidie paciebatur Monaſterium Bildehusen In Epiſcopatu Herbipolenſi ſitum ab hominibus, qui non habito reſpectu ad deum pro ſua ipſum Voluntate grauabant. Cum ad noſtrum patrocinium conuolarunt eiuſdem Monaſterij fratres vt debuerunt motu noſtro proprio eoſdem fratres et ipsum Monaſterium et omnia ad ipsum pertinencia Tuicionj et protectionj dilectj fidelis noſtri Popponis Comitis de Henneberck Vice noſtra commiſimus.

Ad maiorem etiam eiuſdem loci Venerabilis ſecuritatem prefato Comitj Et loco Ipſi Adiutores eſſe rogauimus et noſtra Imperialj Auctoritate precepimus viros Nobiles Fideles noſtros Manegoldum de Wilburck (Wiltberc) Conradum de Trimberck Heinricum de Sternberck Albertum de Lictenberck (Lichtenberc) Adicimus etiam et poſteris et preſentibus notum eſſe volumus quod intencionis noſtre nec eſt nec fuit aliquod ius aduocacie ex hoc facto ſiue hac noſtra commiſſione predicto Comitj vel alijs prefatis Nobilibus In predicto monaſterio vel eiuſdem pertinencijs contuliſſe. Sed cum Ibidem ſeruientibus viſum fuerit oportunum Licitum ſit ipſis alium Tutorem ſiue Tutores petere Et nobis ſit liberum eum uel eos pro noſtre voluntatis arbitrio et Ipſorum Indigencia commutare Et vt memoria noſtre huius ordinacionis omni tempore conſtet et Rata permaneat preſens ſcriptum Sigillo noſtro Juſſimus communirj Huius autem rej teſtes ſunt Otto dux Meranie Rabodo Comes palatinus de Witenlingeſbach. Meinardus Comes de Gorr (Gorz) Gerlacus de Bodingen Ludewicus de Stolberck Heinricus de Rabenſburck Otto de Sletene Theodericus de Salczburg (Salzberg) Richardus de Maſbach Albertus frater eius Datum per manus Johannis prepoſiti Werdenſis Domni Imperatoris Clericj. Signum domni Imperatoris Ottonis Quarti Invictiſſimj. (Monogramma.)

Acta ſunt hec Anno Incarnacionis Domini MCC. Duodecimo. Apud Herbipolim Nonas (Nonis) Septembris Anno regni noſtri XIII. Imperij uero IIII.

a) Ex libro copiali chartaceo monasterii Bildhausen super possessionibus eius in Grossenwenkheim, Wargeltshausen, Brönn et Trittrith circ. an. 1473. conscripto et a fol. 58. b. usque ad an. 1495. continuato. Nam bis in eodem codice hoc diploma descriptum invenitur; primo f. 33., ubi meliores quandoque lectiones depromtae sunt; altera vice fol. 60. b., unde primario ista desumta sunt, quia ibi ex originali chrismon et Monogramma depicta occurrunt.

b) Annus regni fallit, ac legendus est XV., numeratus a 12. Julii 1198, ut Böhmer in Regest. probat; annus autem imperii aliquibus tantum diebus anticipatus respondet anno Chr. expresso.

c) Editum in v. Schultes hist. Schriften II. 367. num. 41.

CCLII.

Anno 1212. 5. Septemb. Herbipoli.

Otto IV. imperator donationem villae Rodhausen, ante triginta et unum annos monasterio Bildhausen factam, coram se sub novis quibusdam personis nominatim expressis renovatam esse testatur.

Dei Gratia Otto quartus Romanorum Imperator semper Augustus. Notum sit omnibus praesentibus et futuris, quod accedentes ad praesentiam nostram cum apud Herbipolim essemus, dilecti nostri monachi et fratres de loco venerabili ordinis Cisterciensis Bildhausen coram Nobis et curia nostra donationem villae Rodhausen; quam triginta et uno annis quiete possederunt secundum attestationem Salemannorum, quorum tamen quidam decessérunt, quidam praesentes erant, sub novis quibusdam personis renovari et a Nobis confirmari humiliter postulaverunt. Renovatio autem facta est coram Nobis ex parte Donatorum ejusdem villae viri Nobilis nomine Wicoerik de Rodhausen in manus Dilectorum et fidelium Nostrorum Bertholdi Junioris Comitis de Henneberg, Conradi de Primperg, Alberti de Lichtenburg, Gothardi (Gerhardi) Comitis de Rienegk. Henrici de Sternberg, Alberti et Richardi fratrum de Mosbach, Astantibus et testantibus dilectis et fidelibus nostris Ottone Illustri Duce Moraviae (Meraniae), Rabodone Comite palatino de Wittelsbach, Poppone Comite de Henneberg, Alberto de Entsche, Gerlacho de Bottingen, Ludovico de Schellenberg, Henrico de Rabenspurg, Henrico Mareschallo, Ottone de Sletone et alijs

multis Principibus et Nobilibus. Propter petitionem igitur praedicti Collegii donationem ſupradictam, et renovationem coram Nobis factam imperiali noſtra confirmamus Auctoritate, et ut haec rata permaneant semper, scriptum praesens per figilli noſtri applicationem fecimus communiri. Datum Herbipoli Nonis Septembris. Anno incarnationis Dominicae MCCXII. Regiminis noſtri Anno XIII. Imperii vero III.

a) Ex historica collectione abbatiae Bildhausen, usque ad obitum Friderici II. sive Agricolae abbatis perducta, qui electus fuit 1689 ac obiit 1703, 11. August, et concinnata a monacho sub eius regimine in ordinem assumto, ut ibid. habetur ad finem: Occurrit autem ibidem hoc dipl. pag. 29 et 30.

b) Annus regni fallit, cum legendus sit XV.; annus autem imperii ad finem vergens respondet anno Ch. expresso.

c) Editum in v. Schultes neuen diplomatischen Beyträgen 353. num. 1., qui ibi p. 354. notat villam Rothausen sitam esse in districtu ducatus Saxonici-Römhild, cuius iudicium adhuc an. 1358, nobiles de Rothusen a comitibus de Henneberg in feudo possidebant.

d) Diploma istud cnfr. cum alio eiusdem anni ac diei pro eodem monasterio, unde testis Otto de Sletene a Schultesio omissus suppletus est.

e) In libro cop. bildhusano circ. a. 1473. super possessionibus Grossenwenkheim etc. conscripto fol. 51. b., et in diplomate wirceburgensis episcopi Ottonis anni 1217. occurrit Heinricus marscalcus de Lüre inter nobiles testes cum Boppone et Bertoldo comitibus de Henneberg, Richardo et Alberto fratribus de Maspach.

CCLIII.

Anno 1214. 20. Februar. Augustae.

Fridericus II. rex ecclesiam caesariensem, ordinis cysterciensis, in protectionem suscipit et ratas habet donationes, quas ministeriales sui illuc facere voluerint.

Fridericus dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus. Rex ſicilie. Vniuerſis fidelibus chriſti Salutem. Cum ex debito regie dignitatis, cunctis iuſta et rationabilia petentibus, pium prebere debeamus auditum, maxime tamen ſeruis dei, et religioſam vitam eligentibus, clementie noſtre decet adeſſe preſidium. Eapropter, notum facimus vniuerſis, quod veſtigiis parentum noſtrorum qui ordinem Cyſtertienſem ſpecialiter dilexere, inherere cupientes, Ceſarienſem eccleſiam, que eſt eiusdem ordinis cenobium, in protectionem et tuitionem noſtram ſuſcipimus. et quicquid de rebus, vel poſſeſſionibus, ſeu prediis ſuis, vniuerſi miniſteriales noſtri, ſeu alii quilibet, noſtre ditionis, iam dicto cenobio conferre voluerint, clementer annuimus, et eorum donationes ratas habentes, noſtra licentia pariter et ſigillo in perpetuum confirmamus, Datum Auguſte X. Kal. Marcii Inditione (Indictione) ſecunda.

a) Ex libro dupplici copiali monasterii Kaisersheim uno circ. an. 1525. conscripto fol. 23. b., altero eiusdem aetatis fol. 191.

b) Annum Chr. omissum denotat Indictio ordinaria, cui favent alia eiusdem Friderici reg. diplomata Augustae hoc anno mens. Febr. et Mart. data, cnfr. Raumer Hohenstaufen II. 564.

c) Editum in Lünig spicileg. eccles. III. Theil, sive Reichsarchiv. XVIII. Band. p. 328. num. 4. et in deductione Kaisersheim. anni 1610. p. 21. num. 4. erronee ad an. 1217.

CCLIV.

Anno 1214. 4. Junii apud Lutram (caesaream).

Fridericus II. rex fideli suo Reinhardo de Lutra pro devoto servitio jus patronatus ecclesiae Ramstein et filiarum Wilrebach et Spechbach in rectum feudum concedit.

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus et Rex Siciliae, notum facimus universis, praesentem paginam inspecturis, quod nos propter devota servicia, quae dilectus fidelis noster Reinhardus de Lut (sine dubio Lutra) jam nobis exhibuit, et Domino dante imposterum nobis est exhibiturus, ut de devoto ipsum nobis devotiorem redderemus, in rectum feudum concessimus ei, et suis legitimis haeredibus in perpetuum, jus patronatus in Ecclesia, quae nuncupatur Ramstein et filiabus Ecclesiis ad ipsam pertinentibus, videlicet Wilrebach et Spechbach, volentes, ut ipse in perpetuum et legitimi haeredes ejus, in memorata Ecclesia, cum praedictis Ecclesiis sibi pertinentibus jus Patronatus in quieta pace habeat et possideat ad cujus rei etiam imposterum memoriam praesentem paginam conscribi jussimus, et Majestatis Regiae Bulla consignari Datum apud Lutoz (Lutram) anno domini 1214. 4. Junij indictione tertia.

a) Ex copia notarii Mentges de anno 1701. 21. Aug. in tabulario spirensi asservata. Originale tunc exstabat, nam in vidimatione copiae sigillum ejus memoratur adhuc illaesum.

b) Indictio est erronea, nam loco tertiae legatur secunda.

c) In notitia ab archivo spirensi sub 30. Mart. 1833. nobis communicata indicatur, Reinhardum de Lutra, scultetum Lutrae caesareae anno

1220, fuisse dominum de Hoheneken, ejusque filium Syfridum de Hohenek jus patronatus praedictum anno 1253 donasse monasterio Einsidel prope Lutram sub expressa donationis Friderici relatione. Reinhardus de Lutra porro notatur testis apud Schœpflin Alsatia diplomatica I. no. 371 et sub anno 1216. no. 403.

d) Ineditum.

CCLV.

Anno 1214. 10. Junii. apud Egram.

Fridericus II. rex monasterium Waltsassen, situm in praedio suo, in specialem suam protectionem suscipit, illique privilegia antecessorum suorum, inprimis privilegium patris sui Heinrici VI. imperatoris, super libertate ab advocatia et a iudicaria potestate etc., renovando confirmat.

Fridericus Secundus diuina fauente clemencia. Romanorum Rex ſemper Auguſtus. et Rex Sycilie. Cum omne donum perfectum deſurſum ſit deſcendens a patre luminum, qui idcirco gloria et honore Romanum coronauit Imperium, vt de plenitudine eius omnes accipiant, et ſub vmbra ipſius paſcantur homines, cum Jumentis, et requieſcant volucres celi in ramis eius. Eapropter nos qui tante celſitudinis culmen aſcendimus, neceſse eſt, vt redempto ab eterna Seruitute Chriſti ſanguine populo, ab omni genere violente oppreſsionis, omni Eccleſiaſtico ordini, per gladium, quem non ſine cauſa accepimus, deuote denuo proſpiciamus. Huius rei gratia. vniuerſis Regni noſtri fidelibus duximus ſignificandum, quod nos ad imitationem predeceſsorum, parentumque noſtrorum (precipue) vero auguſte memorie patris noſtri Heinrici Imperatoris glorioſiſsimi, exemplo prouocati, et auctoritate inducti, Monaſterium dei Genitricis Marie, Situm in

predio noſtro Waltſachſen, cum vniuerſis bonis eius, in ſpecialem maieſtatis noſtre protectionem ſuscepimus. Omniaque anteceſsorum noſtrorum dona et Priuilegia rata eis ac perpetua eſse ſtatuimus. Illud precipue pro Regali munificentia, de conſilio et conſenſu Principum, ſuperindulgentes, vel pocius ante nos, eidem Eccleſie indultum, diſtrictius de cetero ſeruari mandantes, et innouantes, vt nullus Officiatus noſter aut Judex, ſui occaſione officii, nullus Princeps, aut Miniſterialis Imperii, nullus denique mortalium in Abbacia, in Curiis, et in omnibus villis ipſorum, ſiue manſionibus, in perſonis vel rebus Eccleſie aliquam Judiciariam exerceat poteſtatem. Sed quecumque cauſe, inter villanos ipſorum emerſerint, de furto, de cede, de incendio, et de ſimilibus. Abbatis et villicorum ſuorum arbitrio ad vtilitatem Eccleſie nulla mediante perſona componantur. Hac autem ſpeciali libertate, predictum Monaſterium, propter Agrorum nimiam ſterilitatem, et frequentes Bohemorum inſultus, ſpecialiter duximus releuandum. Statuimus eciam et ex decreto Principum, latam ſententiam, perpetua lege Sanctimus, vt ſuper poſſeſsiones, Curias et villas ipſorum fratrum, quas in preſenti habent, vel in futuro, cuiuſcumque largitione habituri ſunt, nullus mortalium Jus aduocacie ſibi vſurpare preſumat, Sed cum neceſsitas aliqua eis ingruerit, quem ipſi ſibi patronum adſciuerint, in eorum arbitrio conſiſtat. Sicque omnis omnino malignandi occaſio, penitus obſtruatur. vt prefatum Monaſterium a Judiciaria poteſtate, omnique exactione ſeculari, Theloneo videlicet, et omnibus aliis, liberum ſemper et abſolutum permaneat, Decernimus quoque, et Regali benignitate concedimus, vt quecumque perſona, libera vel Miniſterialis, vel alterius cuiuſcumque conditionis, de bonis ſuis, predictis fratribus, pro remedio anime ſue, quicquam conferre voluerit id libere faciat, et ſine aliqua contradictione. Ad huius itaque donationis certam Imperpetuum euidenciam, preſentem paginam conſcribi et maieſtatis noſtre Sigillo iuſsimus communiri. Huius rei teſtes ſunt. Albertus Magdeburgenſis Archiepiſcopus. Otto Wirtzburgenſis Epiſcopus. Engelhardus Nuemburgenſis Epiſcopus. Cunradus quondam Halberſtadenſis Epiſcopus. Herman-

nus Lantgrauius Thuringie. Theodericus Miſenenſis, et Orientalis Marchio. Otto Dux de Meran. Adolfus Comes de Schowemburch. Albertus Comes de Eberſtein. Heinricus Comes de Swartburg (Swarzburg). Fridericus Comes de Bichelingen. Burkardus Comes de Manſuelt. Burkardus Prefectus de Megdeburg. Johannes Prefectus de Gepzenſtein. Burkardus Comes de Lutterburg. Gotſchalcus de Pleytz. Erneſtus Comes de Vilſeke. Gebehardus Lantgrauius de Luchimberg. Heinricus et duo fratres eius, Aduocati de wida. Gunzelinus de Crövzh, et Albertus de Drovzh. Hermannus de Salech. Heinricus de Chamburch. Ludolfus de Berlſtetin. et quidam Miniſteriales de Egra, cum aliis multis. Signum domni Friderici Secundi Romanorum Regis Inuictiſsimi, et Regis Sycilie. (Monogramma.)

Acta ſunt hec Anno dominice incarnationis Milleſimo ducenteſimo Quarto decimo. Indictione Secunda. Regnante domno Friderico Secundo Romanorum Rege glorioſiſsimo, et Rege Sycilie victorioſiſsimo. Anno Regni eius in Imperio Secundo. Regni vero Sycilie. Septimo decimo. Datum apud Egram per manum domni Cunradi Metenſis et Spirenſis Episcopi atque Imperialis aule Summi cancellarii. IIII. Idus Junii.

a) Ex diplomate authentico Heinrici luxemburgensis 1309. 4. Julii, dato in Nuremberg, cui insertum est, et ex codice diplomatico waltsass. fin. saec. XIII. fol. 10. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum, memoratum autem in Bruschii chronologia monasteriorum Germaniae. 247.

CCLVI.

Anno 1215. 6. Sept. apud Hagenoe.

Fridericus II. Roman. rex hospitale S. Mariae in burgo Lutra in protectionem suam recipiens, ei possessiones suas confirmat.

In nomine Sanctae st Indiuidue trinitatis, Fridericus secundus Dei Gratia Romanorum Rex, semper Augustus et Rex Syciliae, Licet Diuine remunerationis obtentu, ad omnes ecclesias Pietatis nostrae aciem dirigere teneamur earum tamen commodo et Vtili feruentius nos conuenit Intendere quarum progenitores nostri fundatores extiterunt et fundatas munificentia Liberali de bonis a Deo susceptis salubriter Locupletare curauerunt, Quapropter ad Vniuersorum Imperii fidelium presentiam et futurorum notitiam duximus perferendum quod nos familiarem et dilectam nobis domum Hospitalis Sanctae Marie In Burgo nostro apud Lutram ab Imperatore Friderico Auo nostro Inclite recordationis nec non a patre nostro Imperatore Henrico et Patruo nostro Philippo rege Pia Consideratione fundatam et de bonis eorum ad vsum pauperum dotatam sub spetialem et omnimodam cum omnis bonis suis et personis Domino illic famulantibus recepimus protectionem Atque ad honorem Jhesu Christi domini nostri simulque Matris eius gloriosae et intemeratae Virginis Marie in eodem loco Ordinem et Religionem premonstratensem quemadmodum a principio fundationis eiusdem loci constitutum est perpetuo vigere et incommutabiliter decernimus permanere Confirmantes et corroborantes dictae domui omnia bona a prememoratis progenitoribus nostris contradita Omnesque alias possessiones quas in presentiarum legittime possidet aut in posterum oblatione fidelium seu quocunque justo acquisitionis titulo, domino concedente, poterit

adipisci. Possessiones autem quas nunc domus ipsa obtinet propriis duximus vocabulis exprimendas parochiam in Lutra: et duas Capellos in Castro nostro, Vnam superius et aliam Inferius cum dote et omnibus appenditiis eorum Curiam In Morlutra cum nemore et omnibus appenditiis suis Curiam Nenterwilre cum nemore et omnibus appenditiis suis Curiam hesselspach cum molendino et omnibus appenditiis suis Curiam Bremeren inter duas vias Vnam quae vadit Aspach et viam Illam que vulgariter dicitur Lecceberch Vsque ad Locum illum qui Sole nuncupatur prata In Steinewinde Curiam Buchenauwen cum suis appenditiis Curiam Susinheim cum suis appenditiis, Curiam Ibersheim cum suis appenditiis Curiam Echseim cum suis appenditiis Curiam Colginstein cum suis appenditiis Curiam Sulceh cum suis appenditiis Curiam Bochyneim cum suis appenditiis, Curiam Gumersheim et molendinum in villa Uternheim cum eorum appenditiis Census in wormatia quatuor Libras annuatim. Statuimus igitur et Regali edicto firmiter precipimus ut nulli omnino persone humili vel alte, Ecclesiastice siue seculari in prememorata Domo Hospitalis religionem praemonstratensem, In alium ordinem comitare (commutare), nec ratione incongrua cuique Licitum sit de prenominatis et expressis possionibus aliquid ab ea alienare Quod qui facere presumpserit Iram Tremendi Judicis et nostrae offensam sublimitatis grauiter se nouerit Incursurum Et in vindictam temeritatis sue mille Libras Auri purissimi persoluturum medietatem camerae nostrae Reliquam Domui hospitalis injuriam passe Ad cuius rei perhennem memoriam presens exinde priuilegium conscriptum Sigillo nostro jussimus communiri Huius rei testes sunt Comes Albertus de Aberstein (Eberstein), Comes Sibertus de Werda Comes Ludowicus de Wirtenberg Comes Fridericus de Leiningen, Philippus de Bittis Comes Gerhardus de Ditis Marshalcus de Justingen Wetherus (Wernherus) dapifer de Bolandia et Philippus frater eius Reinhardus de Lutra et alii quamplures Signum domini Friderici secundi Romanorum Regis Invictissimi et regis Sicilie, Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini millesimo Ducentesimo quinto Decimo Indictione tertia

regnante Domino Friderico secundo Romanorum et Sicilie Rege glorioso Anno Regni eius tertio Datum apud Hagenoe Octauo Idus Septembris.

a) Ex codice privilegiorum monasterii Caesareo-lutrensis et quidem ex littera confirmatoria Friderici II. imperatoris d. d. Spirae 1237. VII. mens. Junij etc.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Schannat Hist. wormat. II. 99. num. 108. ex chartulario monast. lutrensis.

CCLVII.

Circa annum 1215. 20. Novembr. apud Egram.

Fridericus II. R. rex sententiam, in querela monasterii Waltsassen contra Cunradum de Wourz eiusque cognatos latam, promulgat, ne homines eiusdem monasterii duello vel testibus impetantur, vel alieno stare iudicio compellantur.

Fridericus de gratia Romanorum rex ſemper auguſtus. et rex Sicilie omnibus Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis gratiam ſuam et omne bonum. vniuerſitati ueſtre duximus ſignificandum quod dilecti nobis H. abbas et conuentus de waltſaſsen ſuas proponendo neceſsitates a nepotibus illorum qui ſua ipſis olim praedia in elemoſinam obtulerunt uel accepto precio uendiderunt ſe iniuſte pro indebito cenſu grauari conqueſti ſunt vnde nobis apud egram iudicio preſidentibus idem de quodam Cunrado de wourz eiusque cognatis conqueſtis (i) uirorum preſidentium data ſententia et noſtra auctoritate confirmata iudicatum eſt pro tali querela. conſcientiam abbatis prioris et celle-

cellerarii debere coram noſtro iudicio conueniri et quicquid illi profiterentur ſine omni contradictione oportere ratum haberi Ibidem eciam ſententiatum eſt ne homines ipſorum contra libertates a predeceſsoribus noſtris eis indultas duello uel teſtibus ab aliquo inpetantur uel alieno ſtare iudicio compellantur Si quis uero cauſam erga homines ipſorum habuerit coram abbate et cellerario uel ipſorum officialibus iudicium et iuſticiam exigat de eiſdem Tantam enim conſtat eſse maliciam hominum ut ſi contra poſſeſsiones et homines eccleſie teſtibus duello uel alieno iudicio agere permitterentur nulla unquam pax pauperibus Chriſti nullus diſceptandi finis concederetur vt autem ſemel data ſententia ſemper pro ipſis faciat preſentem eis paginam ſigilli noſtri inpreſsione muniri et multorum qui aderant quedam nomina iuſsimus adnotari Huius rei teſtes ſunt Otto dux de Meran, Gebhardus lantgravius. Albertus de Drowze. waltherus de lobinhvſen. anſelmus marſcalcus de Juſtin (gen) Sifridus de haginaw Heinricus de ſtrazburg et quidam alii miniſteriales de Egra. de Nurinberch. et de aldenburc. Datum apud egram XII. Kal. Decembris.

a) Ex codice diplomatico waltsassensi saeculi XIII. finientis fol. 11.

b) Annus et Indictio desunt. Locus curiae autem, Egra, annum Ch. 1215. indicare videtur, cum rex ibi adhuc 22. Decembr. h. a. fuerit.

c) Ineditum, memoratum tamen a Bruschio monast. p. 248.

CCLVIII.

Circa annum 1216. 3. Januar. apud Treverim.

Fridericus II. Rom. rex, privilegium monasterio Waltsassen apud Egram concessum confirmans, sicut officiatum suum a consuetis iudiciis in villis eiusdem monasterii suspendit, ita in omnibus advocatiis eius hoc faciendum praecipit; simul etiam domum eius in Egra, a patruo suo, Philippo rege, ei concessam, liberam esse declarat; nec non et beneficia a fidelibus suis oblata, memoratae ecclesiae corroborat.

Fridericus dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus et rex ſicilie fidelibus ſuis. H. iudici ceterisque miniſterialibus de egra gratiam ſuam et omne bonum vniuerſitati ueſtre preſentibus litteris duximus ſignificandum quod nos pro remedio anime noſtre de bona uoluntate abbatem et conuentum de waltſaſsen priuilegii apud egram dati confirmacione ſemper gaudere ſtatuimus. tum quia predicta abbatia ſpecialiter nobis attinet tum quia ciſtercienſis ordinis iura decernunt. ut bona ipſorum ſine reſpectu terrene utilitatis diuino intuitu protegamus Sicut ergo nos a conſuetis iudiciis in uillis eorum propter pacem prefate eccleſie officiatum noſtrum ſuſpendimus ita uniuerſitati ueſtre in omnibus aduocatiis ipſorum faciendum diſtricte precipimus quia inconſequens uideretur et eſset ut eccleſia quam ſine reſpectu alicuius noſtre utilitatis libertate donauimus. a uobis uel a ueſtris villicis in ſeruitutem redigeretur. Preterea predictis fratribus domum ſuam in egra ſicut bone memorie patruus noſter Philippus rex conceſsit liberam eſse concedimus nec non

et beneficia a uobis uel a parentibus ueſtris oblata ſecundum antiqua et noſtra priuilegia memorate eccleſie perpetua ſtabilitate firmamus. Datum apud treuirem III. Non. Januarii Per manum C. Metenſis et ſpirenſis epiſcopi et imperialis aule cancellarius.

a) Ex libro copiali membranaceo saec. XIII. finientis fol. 12. b.

b) Annus Christi et indictio desunt. Ipsum mandatum regis haud obscure ad sententiam, priori anno in curia egrensi 20. Novemb. pro monasterio Waltsassen latam, se referens, annum Ch. 1216. indicare videtur, cui favet locus Freviris, qua regione h. a. ac mense rex versabatur.

c) Ineditum.

CCLIX.

Circa annum 1216. — 1219.

Fridericus II. rex, querela Halsprunnensium motus, vastatoribus praediorum monasterii mandat, ut coram putiglario de Nuernberg compareant, responsuri et satisfacturi.

Fridericus dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, et Rex Sycilie. Vniuerſis hoc preſens ſcriptum inſpicientibus ſalutem. Intelleximus et (ex) querela dilectorum noſtrorum de Halſprunnen, multis predys (praedis) et uaſtacionibus eccleſiam ipſorum inquietari, Reiſa, et placita in Curys eorum frequenter haberi, et tantas iniurias ac moleſtias eos a mafactoribus (malefactoribus) perpeſſos, ut iam fere locum eundem deſerere cogantur. Verum quia eadem Abbacia nullum aduocatum preter Romanorum Regem habere dinoſcitur, et quia hec iniuria in nos redundat. Statuimus ex decreto principum, et conſilio

Curie, ne quis de cetero in Curiis eorum placita, uel Reiſas ponere uel ſtatuere preſumat, per gratiam noſtram firmiter precipientes, quatinus generaliter ab omnibus hoc neceſſarium ſtatutum obſeruetur. Siquis uero contemptor et tranſgreſſor extiterit, ſciat ſe proſcribendum et in noſtra irrecuperabiliter eſſe indignacione. Hiis autem qui in rebus eos dampnificauerunt, uel decetero dampnificare preſumpſerint, damus in mandatis quatenus, quemcumque diem et locum Cuonradus Putiglarius noſter de Nuermberg eis prefixerit, ibidem ad reſpondendum et ſatiſfaciendum comperere (comparere) non differant, quod ſi non fecerint. ſciant ſe proſcribendos. et predia ſua per dictum Cuonradum Putiglarium noſtrum et ſubditos ſuos diripienda, et omnia ad eos pertinencia ſentencie proſcripcionis ſubicienda.

a) Ex libro copiali hailsbronnensi, circa an. 1364 conscripto, in privilegiis imperialibus num. 2.

b) Nulla indicatur temporis nota. Ad curiam quandam Friderici II. regis sive ante eius coronationem imperialem, nimirum ante an. 1220. mens. Novemb., pertinere, ipsemet titulus innuit. Negotium autem turbulento tempore in curia quadam norimbergensi tractatum esse, res ipsa loquitur. Ast curias eiusmodi ibi potissimum inter an. 1216 — 1219. celebratas esse, diplomata ibi tunc data, inter se comparata, ostendunt. Inter istos ergo annos huius instrumenti aetas fluctuat.

c) Ineditum.

CCLX.

Jahr 1217 — 10. März. — Boppart.

König Fridrich II. bestättigt der Kirche zu Otterburg den Besitz des Dorfes Gersweiler.

Friderich von Gottes gnaden Römischer König allezeit Mehrer, und König von Sicillien entbieten allen getrewen seines Reichs sein Gnad und alles Guths dieweil die Göttliche Barmhertzigkeit unserer Sorgen und SorgfaltigKeit empfohlen hat, die Regierung des Römischen Reichs, darzu daß wir den Kirchen frieden und Ruheschaften herumb so hat uns billig bedeucht, daß Wir die ding, die under unsern Zeiten geschehen, nach aller ErmöglichKeit fördern und in alle Weiße bestättigen uf daß Gottes dienst zunehme, umb des willen thun Wir Kund allen 'gemeinlich daß Bechtolff von Gersweiler hat gestanden in unserer gegenwärtigKeit, und hat vorgifftet und gegeben, durch unser Hand, dem Closter der heiligen Mutter Gottes und Jungfrawen Marien zu Otterburg sein aigen dorff zu Gersweiler, gantz und gar an dorfffelden und Gewälden, an wießen Wasser und weyde mit allen Rechten, ꝛc. das da frey und ledig aigen ist von aller Oberherrschafft und Gewalt Faugtis oder Graffen umb heylswillen seiner Seelen, und vorfahren die dasselbe aigen dorff allwegen biß uf dieße Zeit in gäntzlicher und beruhiger Freyheit besessen han, dieweil aber dieße Ding offentlich für Unß, und Recht und Redlich geschehen seyn, so han wir diese gabe demmselben Closter bestättigt, und Wir verbieten mit unserem hohen Königlichen Gewalt, daß Kein Mensch hoch oder nider anderen (?) jeglichem seinem Guth, wär es aber daß Jemand in dießem ding unser Gebott verschmähete, der soll wießen daß er verfallen wird in den Zorn und Unwillen der hohen Königlichen Gewalt, dießer ding seynd Gezeugen Heinrich Graffe zu Sarbrücken, Friederich Graffe zu Leining, Anßhelm unser Marschalk von Instingen, Rheinhard Schultheiß zu Lautern, und ander viele die

dann in unſerm Pallaſt bey unß ſeyn geweßen, dieße Ding ſeynd geſchehen, in dem Jahr unſers Herren Geburt MCCXVII. geben zu Boparten uf den ſechſten Idus Mertzens, dem fünften Zinß Jahre.

a) Ex codice archivi circuli Rhenano-bavarici, dicto: Saal- und Lagerbuch des Oberamts Lautern, conscripto 1601., unde copia hujus versionis nobis transmissa est 20. Januarii 1832.

b) Indictio respondet anno expresso.

c) Ineditum.

CCLXI.

Anno 1218. circ. finem mens. Octob. vel Decemb. apud Nurnberch.

Fridericus II. R. rex duo concambia monasterii Waltsassen confirmat; primum, quo Cuono et Henricus de Libenstein partem villae Cuonradsruoth pro curia in Crapitz tradunt; alterum, quo Fridericus de Waltuorn praedium in Sconvelt et in Triebindorf pro sex praediis aliis nomĩnatis tradit.

Fridericus dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus et rex ſicilie. omnibus preſentem paginam inſpecturis in perpetuum Nouerit uniuerſitas ueſtra quod miniſteriales noſtri Cuono et henricus de libenſtein ex parte ſua et cognatorum ſuorum vlrici et rudgeri accepta ab ipſis poteſtate reſignauerunt nobis quandam partem ville in Cunratſruoth poſtulantes eam per manus noſtras offerri eccleſie waltſaſsenſi ſicut et fecimus recepta ſimiliter (ab) abbate eiuſdem loci H. (Hermanno) curia una in crapitz. et eam predictis uiris in concambium illius predii feudi iure conceſsimus. Hanc autem curiam anteceſsor prefati

abbatis tempore felicis memorie. philippi patrui mei ab arnoldo angil redemerat et ipſe abbas conſcio eodem. A. iſtud noſtra auctoritate cum predictis uiris fecit concambium. Eodem quoque die fridericus de waltuorn predium in ſconvelt et in triebindorf per manus noſtras prefato abbati confirmauit cum omni iure aduocacie. ſicut et ipſe in concambium eiuſdem libera ab aduocatis ab abbate accepit predia in pirch. in laſan. in Ruoth. in luotſow. in horwe. et in eppinruth. Actum apud nurnberch anno dominice incarnationis MCCXVIII.

a) Ex libro copiali antiquissimo f. 13.

b) Indictio ac aliae notae chronologicae praeter annum Chr. desunt. Ex loco tamen Nurnberg intelligitur, ad finem Octobris hoc instrumentum pertinere, quo tempore huius anni rex Fridericus II. illic versabatur.

c) Ineditum.

CCLXII.

Anno 1219. 18. Novembr. apud Egram.

Fridericus II. R. rex monasterio waltsassensi prata quaedam cum agris, quae piscina eiusdem monasterii apud Tursenruoth facta operuerat, ab Henrico de Kinsperg eiusque fratribus pro L. marcis per memoratam ecclesiam redempta, offert et defendenda recipit.

Fridericus dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus et rex ſicilie. omnibus preſentem paginam inſpecturis imperpetuum (*in perpetuum*). Uniuerſitati ueſtre duximus ſignificandum. quod cum dilecti in domino fratres eccleſie waltſaſsenſis piſcinam

apud turſenruth facientes. prata quedam cum agris ſuis aquis operuiſsent. Henrico de Kinſperg eiuſdem (que) fratribus attinentes. idem Henricus et fratres ipſius acceptis L. marcis ab eccleſia memorata. prata et agros in manus noſtras reſignauerunt eoſdem quos nos ſtatim diuine retributionis intuitu eccleſie predicte optulimus ac ſemper defendenda recepimus. Huius rei teſtes ſunt Alpertus de than. Ramungus de ſwaba. Marquardus de wagov. wernher de bergin. Arnoldus angil. poppo de milozt Datum apud egram XIIII. Kal. Decembris Anno dominice incarnationis MCCXVIIII.

a) Ex libro copiali antiquissimo fol. 15.

b) Indictio non est expressa. Ex aliis diplomatibus huius anni constat, Fridericum II. 8. 25 et 26. Norimbergae versatum esse, nec tamen obstat, quin 18. Novembr. eiusdem anni Egrae degerit.

c) Ineditum, memoratum autem a Bruschio in Monasteriologia p. 249.

CCLXIII.

Anno 1220. mens. Julio. apud Augustam.

Fridericus II. rex passagium sive theloneum in ponte civitatis suae Werda pro libertate omnium inde transeuntium abrogat.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. patris et filii et ſpiritus ſancti Amen. Fridericus ſecundus diuina ſauente Clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus et Rex Sicilie. Eam ſemper induit miſericordiam diuina Clementia. et clemens diuinitas tantam iugiter amplectitur pietatem, quod quecumque bona fide ac intentione fideli deo ſeruitia miniſtrantur. eius conſpectui ſunt accepta. et a ſua non poſsunt mirabili prouidentia ſine remunerationibus pertransire. tam obſequia quam obſequentium uolun-

uoluntates. Quanto enim ſeruitia ſunt maiora. tanto ſperanda ſunt premia fidelibus meliora. Unde cum tam Reges quam principes ad ipſum oporteat mentem et animum inclinare. qui et modica et immenſa ſeruitia recipit. et dat cara immo pretioſa pro vilibus. et pro caducis ac labilibus dat eterna. nos ad eius volentes miſericordiam habere reſpectum. quanto plus poſsumus ei ſeruire in omnibus cupimus quia quanto maiora ſeruitia fuerint. tanto magis ſalubre ac ſolitum ſuae gratiae meritum preſtolamur. Notum itaque facimus uniuerſis. tam preſentibus quam futuriſ. quod nos pro ſalute noſtra et heredum noſtrorum necnon pio remedio animarum felicium Auguſtorum recolendae memoriae predeceſsorum noſtrorum. miſericorditer attendentes. quam pium ſit, iniquas conditiones abjicere ac ea que ad onus et Exactiones omnium generaliter ſunt ſtatuta. concedere libertati. maxime de ſtratis et pontibus vnde ceteri homines gradiuntur ad honorem et laudem diuini culminis. paſsagium ſiue theloneum in ponte Ciuitatis noſtrae de Werda. antiquitus conſtitutum. pro libertate omnium exinde tranſeuntium. remouemus. et priuilegio preſenti ſtatuimus, ut in ponte ipſo. pro paſsagio ſiue theloneo nihil in perpetuum requiratur. nec transeuntibus inde aliquid exigatur. Mandantes firmiter. et auctoritate regia firmiter iniungentes. quatenus nulla omnino perſona. alta vel humilis. eccleſiaſtica vel ſecularis. hanc noſtram libertatem auſu temerario infringere ſeu violare preſumat. Quod qui preſumpſerit. centum libras auri componat. que noſtrae Camere perſoluantur. Huius rei teſtes ſunt Albertus Magdeburgenſis Archiepiscopus Eggibertus Babinbergenſis epiſcopus. Otto herbipolenſis epiſcopus. Sifridus Auguſtenſis Epiſcopus. Cono fuldenſis et Elwacenſis abbas. Odacrius Boemorum Rex. Loduuicus dux Bauariae Comes palatinus Reni. Henricus Marchio Morauiae. Conradus Burgrauius de Nurnberg. Comes Artmannus de Wirtenberg. Heinricus de Niffen. Euirhardus dapifer de Walpurg. Conradus Camerarius de Werda. Vlricus frater eius et alii quam plures. vt hec autem rata et firma permaneant preſens inde priuilegium fieri fecimus. Sigillo noſtrae celſitudinis roboratum.

Signum domini Friderici ſecundi Romanorum Regis magnifici ſemper Auguſti. (Monogramma) et Regis Sicilie.

Ego Conradus dei gratia Metenſis et ſpirenſis Episcopus. Imperialis Aulae Cancellarius. vice domini Sifridi maguntinae ſedis Archiepiscopi et totius Germaniae Archicancellarii recognoui. Acta ſunt hec Anno dominicae Incarnationis milleſimo ducenteſimo viceſimo. Menſe Julii Inditione (Indictione) octaua Regnante domino noſtro Friderico dei gratia illuſtriſsimo Romanorum Rege. ſemper Auguſto. et Rege Sicilie. Anno uero Romani Regni eius in Germania Octauo et in Sicilia viceſimo tertio. feliciter Amen.

Datum apud Auguſtam. Anno. menſe et indictione preſcriptis.

a) Ex libro copiali neoburgico, num. 3. fol. 1. manu saec. XV. incipientis circ. a. 1420. scripto; correctum ex libro alio cop. saec. med. XVI. signato lit. A. fol. 3 — 5. qui servire potest loco speciminis, unde edi meretur.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum, verisimiliter autem indicatum ab abbate Königsdorfer in d. Gesch. des Kl. Z. heiligen Kreutz in Donauwörth. I. 76. ad. an. 1219.

CCLXIV.

Anno 1220. potius, quam 1221. 25 Nov. apud Sutrium.

Fridericus II. imperator monasterio Wezzinsbrunnen donat tres homines.

Datum in caſtris prope montem Roſulum iuxta Suttrium, anno Domini Mill. CC.XXI. Indict. VIIII. ſeptimo Kalend. Decembris feliciter anno imperii invictiſſimi Domini noſtri Friderici primo.

a) Ex libro duplici cop. wessofontano a Stephano Leopolder an. 1521. conscripto pag. 126 et 3.

b) Notae chronologicae expressae ac invicem conciliatae sunt ex originali dipl. eiusdem loci ac diei inter authographa ad an. 1220. potius, quam 1221. 25. Novemb. conf. Vol. XXX. p. I. pag. 106.

c) Editum in Leutner historia monasterii wessofontani 248. et in Mon. Boic. VII. 391. num. 14. Praeter duos calami errores, vel a primaevo scriptore vel a Leopolder commissos, iam ab editoribus emendatos, sequentia in Mon. Boic. l. c. inserantur, corrigantur ac omittantur. pag. 391. lin. 19. inser.: intendere; lin. 24. donamus; lin. 28. leg. Porstadele. pag. 392. lin. 3. leg.: aliquod; lin 6. leg. inde; lin, 7. leg.: Bertoldus; lin. 10. et 11. omittatur Signum dni Friderici II. Rom. imp. invict.

CCLXV.

Anno 1220. potius, quam 1221. (22 — 27. Novembr. Romae.)

Friderici II. imperatoris constitutio generalis, super libertate ecclesiastica, contra statuta et consuetudines civitatum, contra exactiones et iudicia libertati ecclesiae adversantia, contra haereticos omnes et nominibus expressos eorumque fautores, simul in favorem navigantium, peregrinorum et agricultorum, sancita.

Fridericus ſecundus diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. et rex Sicilie, Ad decus et decorem chriſtianitatis nichil magis videtur accedere, quam vt expurgatis quorundam erroribus, et iniquis quorundam ſtatutis penitus deſtitutis, de cetero Eccleſia plena quiete vigeat et ſecura gaudeat, libertate. Sane adeo infidelium quorundam et peruerſorum iniquitas habundavit, ut non dubitent, contra apoſtolicam

diſciplinam et ſacros canones ſua ſtatuta confringere aduerſus eccleſiaſticas perſonas et eccleſie libertatem, Cum ergo eccleſia, que nichil debet preter bonum appetere, diſpoſitione ſauente diuina nichil velit, quod nobis eodem curſu voluntatum non placeat, hac edictali lege irritamus et precipimus irrita nuntiari, omnia ſtatuta et conſuetudines que ciuitates uel loca, poteſtates, conſules, vel quecunque alie perſone contra libertates eccleſie ac perſonas Eccleſiaſticas edere uel ſeruare temptarunt, aduerſus canonicas uel imperiales ſanctiones, et ea de capitularibus ſuis mandamus infra duos menſes poſt huiusmodi publicationem edicti penitus aboleri, et ſi de cetero ſimilia attemptaverint, ipſo iure decernimus eſse nulla et eos ſua iuriſdictione priuatos, nec non locum ubi deinceps talia preſumpta fuerint, banno mille marcarum precipimus ſubiacere, Poteſtates vero conſules, rectores, ſtatutarii, et Scriptores dictorum Statutorum, nec non conſiliarii locorum ipſorum, et qui ſecundum ſtatuta uel conſuetudines memoratas iudicauerint, ſint extunc ipſo iure infames, quorum ſententias et actus alias legitimos ſtatuimus aliquatenus non tenere. Qui ſi per annum huiusmodi noſtre conſtitutionis inventi fuerint contemptores. bona eorum per cunctas provincias mandamus impune ab omnibus occupari. ſaluis nichilominus aliis poenis contra tales in generali concilio promulgatis. Item nulla communitas uel perſona publica uel priuata collectas ſive exactiones, angarias uel perangarias, eccleſiis aliisque piis locis aut eccleſiaſticis perſonis imponant, aut invadere eccleſiaſtica bona preſumant. Quod ſi fecerint, et requiſiti ab eccleſia uel imperio emendare contempſerint, triplum refundant, et nichilominus banno imperiali ſubiaceant, quod abſque ſatisfactione debita nullatenus remittatur. Item quecunque communitas vel perſona per annum in excommunicatione propter libertatem Eccleſie fractam perſtiterit, ipſo iure banno Imperiali ſubiaceat, a quo nullatenus extrahatur, niſi prius ab eccleſia beneficio abſolutionis obtento. Statuimus autem, ut nullus eccleſiaſticam perſonam in criminali queſtione uel civili trahere ad iudicium ſeculare preſumat, contra conſtitutiones imperiales et canonicas ſanctiones. Quod ſi

fecerit, actor a iure ſuo cadat, iudicatum non teneat, et iudex ſit extunc iudicandi poteſtate priuatus. Sancimus etiam, ut ſiqui, clericis, uel perſonis eccleſiaſticis iuſticiam denegare preſumpſerint, tercio requiſiti, ſuam iurisdictionem amittant. Porro Katharos, Patharenos, leoniſtas, Sporoniſtas, arnoldiſtas, circumciſos et omnes hereticos utriusque ſexus quocunque nomine cenſeantur, perpetua dampnamus infamia, diffidamus atque bannimus cenſentes ut bona talium confiſcentur, nec ad eos ulterius reuertantur, ita quod filii ad ſucceſsionem eorum pervenire non poſsint, cum longe ſit, gravius eternam quam temporalem offendere maieſtatem, Qui autem inuenti fuerint, ſola ſuſpicione notabiles. niſi ad mandatum eccleſie iuxta conſiderationem ſuſpicionis qualitatemque perſonae propriam innocentiam congrua purgatione monſtraverint, tamquam infames et banniti ab omnibus habeantur, ita quod ſi ſic per annum permanſerint, extunc eos ſicut hereticos condempnamus. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, ut poteſtates vel conſules ſeu rectores, quibuscunque fungantur officiis, pro defenſione fidei preſtent publice iuramentum, quod de terris ſue iurisdictioni ſubiectis vniverſos hereticos, ab eccleſia denotatos bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt, ita quod amodo, quandocunque quis fuerit in poteſtatem ſive perpetuam ſiue temporalem aſsumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare, alioquin neque pro poteſtatibus, neque pro conſulibus habeantur, eorumque ſententias decernimus extunc irritas et inanes. Si vero dominus temporalis requiſitus et ammonitus ab eccleſia terram ſuam purgare neglexerit ab heretica prauitate, poſt annum a tempore monitionis elapſum terram ipſius exponimus katholicis occupandam, qui exterminatis hereticis abſque ulla contradictione poſsideant, et in fidei puritate conſeruent. Saluo iure Domini Principalis, dummodo ſuper hoc nullum preſtet obſtaculum, nec aliquod impedimentum apponat, eadem nichilominus lege ſeruata contra eos qui non habent dominos principales. Credentes preterea receptores defenſores et fautores, hereticorum bannimus, firmiter ſtatuentes, ut ſi poſtquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus ſa-

tisfacere contempſerit infra annum extunc ipſo iure ſit factus infamis, nec ad publica officia ſeu conſilia vel ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, ut nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad hereditatis ſucceſsionem accedat, Nullus preterea ei ſuper quocunque negotio, ſed ipſe alii reſpondere cogatur. Quod ſi forte iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſe alique ad eius audientiam perſerantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio inſtrumenta confecta per ipſum nullius penitus ſint momenti. Nauigia quocunque locorum peruenerint, ſi quo caſu contingente rupta fuerint, vel alias ad terram peruenerint, tam nauigia ipſa, quam navigantium bona illis integre reſeruentur, ad quos ſpectabant, antequam navigium huiusmodi periculum incurriſset, ſublata penitus omni conſuetudine locorum que huic aduerſatur ſanctioni, niſi ſint talia nauigia que piraticam exerceant, aut ſint nobis vel chriſtiano nomini inimica. Transgreſsores autem huiusmodi noſtre conſtitutionis bonorum publicatione mulctentur, et ſi res exegerit eorum audacia iuxta mandatum noſtrum modis aliis conpescatur. Omnes peregrini et aduene libere hoſpitentur, vbi uoluerint, (et hoſpitati, ſi teſtari uoluerint,) de rebus ſuis ordinandi liberam habeant facultatem, quorum ordinatio inconcuſsa ſeruetur. Si vero inteſtati deceſserint ad hoſpitem nichil perueniat, ſed bona eorum per manus epiſcopi loci tradantur, ſi fieri poteſt heredibus, uel in pias cauſas erogentur, Hoſpes vero, ſi aliquid de bonis talium contra hanc noſtram conſtitutionem habuerit. Epiſcopo triplum reſtituat quibus uiſum fuerit aſsignandum, non obſtante ſtatuto aliquo, aut conſuetudine, ſev etiam priuilegio quo hactenus contrarium inducebant, Siqui autem contra preſumpſerint, eis de rebus ſuis teſtandi interdicimus facultatem, ut in eo puniantur, in quo deliquerunt, alias prout culpe qualitas exegerit puniendi. Agricultores et circa rem ruſticam occupati dum villis inſident, dum agros colunt, ſecuri ſint quacunque parte terrarum, ita ut nullus inveniatur tam audax, ut perſonas, boves, agrorum inſtrumenta, aut ſiquid aliud ſit, quod ad operam ru-

ſticanam pertineat, invadere capere aut violenter auferre preſumat. Siquis autem ſtatutum huiusmodi auſu temerario uiolare preſumpſerit, in quadruplum ablata reſtituat, et infamie notam ipſo iure incurrat, imperiali animadverſione nichilominus puniendus. Datum anno dominice Incarnationis M.CC.XXI. Menſe Decembri. Indictione IX. —

a) Ex bulla Gregorii Papae X., data Lugduni XV. Kalend. Septembr. anno Pontificatus sui tertio, nimirum 18. August. 1274, qua testatur, privilegium illud se annotasse, prout est in archivis ecclesiae Romanae ipsius Friderici aurea bulla bullatum, in prima sui facie non cancellatum, non abolitum, nec in aliqua sui parte vitiatum. Ipsa autem bulla Gregorii X. habetur ex triplici copia vidimata. Prior copia est antiquissima, et huic Papae coaeva, data Viennae an. 1276 quarto Idus Decembr. i. e. 10. Decembr. a Friderico archiepiscopo salzpurgensi et ab episcopis, Bertholdo babenbergensi, (Chunrado) frisingensi, Petro pataviensi, Leone ratisbonensi, Dietherico gurcensi, Johanne chymensi, Wernhardo secoviensi. Copia ista bis adest, semel in authographo praedictorum episcoporum ex archivo episc. pataviensis, iterum in codice membranae ratisbonensi anno 1323 conscripto fol. 22., ubi tamen bulla Gregorii data dicitur V. Kal. Sept. Tertia autem copia inserta est diplomati Adolphi, dato franchenvurt 1295 XII. Kal. April. sive 21. Martii, iuxta exemplar, quod sibi à Chunrado salzpurgensi archiep. exhibitum ibi testatur ipse Adolphus.

b) Indictio caesarea respondet anno Chr. 1220, à quo removeri nequit eadem Friderici II. sanctio notissima. Nam lata est ipso die coronationis Romae in basilica vaticana, per Pap. Honorium III. 22. Novembr. 1220, teste ipso Papa Honorio III. ap. Raynaldum in annal. an. 1220. num. 22 — 24, certissimeque data adhuc Romae triduo aut quintiduo, quo Fridericus II. post coronationem suam Romae adhuc versabatur cnfr. Raumer Hohenstaufen III. 350 — 353. Animadvertendum autem, more notariorum medii aevi omnes Kalendas praecedentis mensis ad sequentem trahi consuevisse, adeoque etiam

X. usque V. Kal. Dec. sive 22 — 27. Novemb. mensem Decembrem notatum esse.

c) Ineditum quidem ex his exemplaribus. Editum tamen ex alio exemplari, vidimato à Chunrado archiep. salisb. 1294. 1. Octob. ap. Ried. cod. Ratisb. I. 331. n. 351. Saepius insuper cum bulla Honorii III. confirmatoria editum, in fine corp. iuris civilis inter authenticas Friderici II. tit. de statutis et consuet., in Bullar. magno Rom. I. 63 et 64, in Lünig spicileg. eccles. I. Theil. 169. n. 80. Praeviam constitutionem eiusdem Friderici II. adhuc regis 24. Sept. 1220, in castris ap. Leonem datam vid. in Lünig spicil. eccl. I. Th. 171. n. 81, in eius Cod. Il. Dipl. III. 9. et in Baluzii miscellan. I. 441.

CCLXVI.

Circ. an. 1221. inter 1220. 22. Novemb. et 1224. 16. August.

Fragmentum privilegii Friderici II. imperatoris, quo monasterium Reitenhaselach in specialem suscipit defensionem, arcens ab eo oppressionem, eique possessiones, nominatim autem salinam in Mulbach, ab archiepiscopo salisburgensi Eberhardo illi donatam, confirmat.

Quomodo omnibus ecclesiis in imperio nostro longe lateque fundatis pro suscepta amministratione terreni principatus communem et generalem defensionem impendere tenemur profusiorem tamen et ampliorem protectionis gratiam his monasteriis que de ordine cisterciensi deriuantur exhibere cogimur. quare orationum ipsorum suffragiis indesinenter fulciri credimus. Proinde monasterium Reitenhaselach ejusdem religionis cum omnibus attinentiis suis nunc in continenti acquisitis et in futuro per dei gratiam munificentia principum collatione fidelium acquirendis.

rendiſ. pro interuentu uenerabiliſ B. eiusdem loci abbatis fratrumque ſuorum in imperialem ſpecialiter et nominatim ſuscipimus defenſionem. arcenteſ ab eiſ uiolentorum qua huc uſque grauiter attriti ſunt oppreſsionem. et pacem et quietem auctoritate imperii qua preminemus. (praeeminemus) ab omnibus eoſ grauare uolentibus firmiter indicimus. (interdicimus) Decernimuſ etiam ut omnes donationeſ prediorum ſuorum. uinearum. ſalinarum. paſcuarum uel quecunque oblationes fidelium prefatiſ fratribus collatae fuerint. noſtra auctoritate firmitatem perpetuo habeant. ſimulque cum dantibus damus. confirmata plenius denuo confirmamus. nominatim tamen et expreſse ſalinam in mulbach quam uenerabiliſ dominuſ Eberhardus ſalzpurgenſiſ archiepiſcopus predictis fratribus petitione chori ſui. et coniuentia miniſterialium ſuorum legitime contulit. ſimul et noſ auctoritate imperiali contribuimus. et priuilegio preſenti inconcuſse tenendam eiſ ſtabilimus. adicimus etiam pretaxatiſ augeam in ettenowe quam dux bawarie Lvdwicus pari deuotione prememoratis contulit fratribus quam et noſ una cum ipſo eiſ poſsidendam conferimus. et ſcriptiſ noſtriſ appoſitoque ſigillo perpetuo confirmamus. Si qua igitur eccleſiaſtica ſeculariſve perſona preſcriptam noſtre confirmationis formam aliquo direptioniſ ingenio caſsare ſeu retractare intenderit. iram et indignationem imperialiſ maieſtatis ſe incurriſse pro certo cognoverit. niſi ſe a preſumptioniſ inceptiſ continuo redienſ correxerit.

a) Ex codice membranaceo raitenhaslacensi II. fine saec. XII. et initio saec. XIII. conscripto pag. 148. 149 et 150., quod instrumentorum prima manu scriptorum est aetate postremum, sed truncatum initio ac fine.

b) Epocha huius privilegii desumi potest ex stylo Friderici II., imper. (de quo cnfr. authographum diploma eius adhuc regis 1216. 15. Jul.) et ex litera initiali abbatis B. scilicet Bertholdi, qui ob. 1224. 16. August. et praefuit ab an. 1207.

c) Ineditum.

CCLXVII.

Anno 1222. versimiliter 13. Mart. Wormatiae.

Heinricus VII. rex Alberto comiti de Bogen mandat, ut Gebhardo pataviensi electo eiusque ecclesiae promissum plene solvat, quo, iuxta tenorem conventionis insertae, ante profectionem prioris et nunc defuncti episcopi Vdalrici in partes ultramarinas, castrum Hals in eius potestatem datum fuit, usque dum domini de Hals de damnis et iniuriis huic ecclesiae illatis satisfecissent.

Hainricus dei gratia Romanorum rex et ſemper auguſtus. Dilecto fideli ſuo A. Comiti de Pogen gratiam ſuam et omne bonum. Conſtitutus in praeſentia noſtra dilectus et familiaris princeps noſter G. Patauienſis electus cum canonicis et miniſterialibus ſuis quibuſdam. literas tam tuo quam Chori ſuo ſigillo ſignatas nobis exhibuit hunc modum pleniter continentes. In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Hec eſt forma deditionis caſtri in Hals. uidelicet quod dominus A. de Hals caſtrum illud dedit in gratiam domini ducis Babarie iunioris. idemque dux in continenti caſtrum pretaxatum poſuit in poteſtate domini Comitis in Pogen. Ita ſcilicet ut ipſe caſtrum illud fideliter obſeruaret. donec domino Epiſcopo qui nunc eſt (Vdalrico) Patauienſi uel eius ſucceſſori de dampnis et iniuriis tam in hominibus quam in rebus a. prefato A. et hominibus ſuis et fratri ſuo. a. et W. de Ratenwerch patruo utriuſque. ſecundum arbitrium et conſilium VI. de eccleſia trium uidelicet Canonicorum. et totidem miniſterialium et VI. propinquorum uel amicorum prefatorum fratrum de Hals. uel ſecundum ius uel ſecundum amicabilem conpoſitionem eccleſie fuerit ſatisfactum. Hec autem ſatiſſactio fieri debet infra tres menſes poſt

reditum domini epiſcopi et domini a. fratris prefati. A. uel poſt ſubſtitionem (substitutionem) potentis (patauienſis?) epiſcopi. ſi forte prefatus Epiſcopus reuerſus non ſuerit caſu mortis. promiſſum quoque fuit ex utraque parte quod ſi forte per amicos dominorum de Hals ſtaret quod eccleſie uel amicabiliter uel de iure non ſatiſſaceret a prefatis nobilibus et hominibus eorumdem pretaxatum caſtrum epiſcopo uel eius ſucceſſori nominate eccleſie redderetur. Si uero de communi conſenſu illorum. XII. uel maioris pertis amicabilis conpoſitio et ſatiſfactio interceſſerit deo dante caſtrum prefatis nobilibus ſine contradictione qualibet redderetur. Additum quoque fuit quod ſi forte ambos fratres pretaxatos ante ſatisfactionem eccleſie preſtandam contingeret decedere prefatum caſtrum remaneret in predicti comitis poteſtate. donec eccleſia proprietatem in illo caſtro ſe habere oſtenderet et probaret quod prefatus. A. inficiabatur penitus et negabat. Annexum fuit inſuper quod ſi prefatum comitem medio tempore contingeret forte mori miniſteriales ſui quorum nomina ſunt ſubſcripta. Heinricus de pfolinge. Palmarius. Perchtoldus de Stainberch. Rudolfus de Wolchenberch. Gerhohus de Fremelzperg. Ebo de Mos. bona fide et ſine dolo quantum in eis eſſet laborarent que (aeque) omnia effectui mançipare. Treuga quoque ex utraque parte tam hominibus quam rebus utriuſque fratris fuit fideliter compromiſſa exceptis illis qui morte Popponis culpabiles exſtiterant. nec ſe poſſent credibiliter expurgare. Poſt hec omnia prefatus comes quod hec omnia conſeruaret ut ſcripta ſunt inconuulſa fide data manu decani Patauienſi fideliter repromiſit. et iuramento preſtito confirmauit. VI. quoque de miniſterialibus ſuis fide data idem penitus promiſerunt. et ſuo firmauerunt poſtea iuramento. Rogamus itaque et ſub optentu gratie noſtre tam firmiter precipiendo mandamus quatenus iuxta huius ſcripti tenorem promiſſum huiusmodi ipſi electo et eccleſie plene ſoluas.

a) Ex codice III. et quidem continuatione codicis lonstorfiani f. 142.

b) Notae chronologicae desunt, tam diplomati, quam inserto instrumento. Ex ipsa tamen rerum gestarum serie, quae in utroque instrumento

narrantur, apparet, diploma regis pertinere ad primos tres, quatuor vel quinque menses regiminis Gebehardi episcopi, tunc nondum confirmati ac consecrati, qui mense Novemb. aut Decemb. 1221 successit Ulrico episcopo in reditu ex Oriente 31. Octob. 1221 defuncto. Contractus tamen insertus ad mensem Julium aut Augustum anni 1220 pertinet, quando Ulricus episcopus cruce signatus cum Ludwico duce Bav. per Italiam Aegyptum petiisset.

c) Ineditum.

CCLXVIII.

Anno 1222. 13. Mart. Wuermatiae. (Wormatiae.)

Heinricus VII. rex ad instantiam Gebhardi pataviensis electi proscriptionis sententiam promulgat adversus Alramum et Albertum fratres de Hals multosque alios nominatos malefactores eorumque septem castra similiter nominata, eo quod per eos ecclesia pataviensis circiter sex millibus marcarum, tempore expeditionis transmarinae sive cruciatae, damnificata fuisset.

Heinricus dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus. omnibus fidelibus ſuis preſentem paginam inſpecturis gratiam ſuam et omne bonum. Ad uniuerſitatis veſtre notitiam preſentis certitudine ſcripti cupimus peruenire. quod cum ex inſtancia dilecti et familiaris principis noſtri. G. electi Patauienſis taliter in conſpectu noſtro fuiſſet data ſententia. ut ſingulas cauſas tum aliis omnibus eccleſie ſue factis in hoc ipſe debeat inchoare articulo in quo predeceſſorem ſuum illa conſtiterat dimiſiſſe. Idem coram nobis querimonia depoſuit de caſtris et malefactoribus quibusdam quorum nomina ſubnotari fecimus. quod

per eos circiter. VI. M. Marcarum dampnifitata ſua eſſet eccleſia et petiuit quatenus ſecundum indulgentiam cruce ſignatis a romana ſede conceſſam ipſi iuſtitiam exhibere curaremus. Et hec omnia cum probabilibus legitimis teſtibus coram nobis malefactores eoſdem pariter et caſtra non obſtante eo quod in babaria terra non exſtitimus preſertim tum cruceſignatorum priuilegium hanc legem excludat proſcriptionis regie ſententia iure coacti condempnauimus uniuerſitate veſtram monentes atque firmiter mandando precipientes. quatenus illos ſimiliter et caſtra ut noſtros ac Imperii proſcriptos. perſecutione veſtra non ceſſetis omnimodis inpugnare. Hec ſunt nomina eorum Alramus et frater eius Albertus de Hals. Albertus de Ode. Fridericus de Grub. Otto de Aſenhaim. Engelboldus de Tragenreyte. Engelſchalcus de Saechſingen. Heinricus de Prunſte. Rapoto et filius eius de Heyzingen. Irnfridus de Gortſne. Duringus ſagittarius. Nythardus (et) Marchardus de Tagenbach. Marchardus ſchell. Eberhardus de Aeſenhaim. Fridericus frater eius. Heinricus de Aſnhaim. Ortwinus de Yltzſtade. Hainricus murator. Rudegerus pademe. Chunradus de Aentznchirichen. et Tymo frater eius. Leo de Rogolfing. Marthelo de ſweiber. Albero de Phaffſteten. Egelbertus de Hierzpach. Engelbertus de Sweitzenpach. Albero de Fromſteten. Heinricus de Hohenwart. et frater eius Chunradus. Hainricus de Chirichperg et item Hainricus et Ruegerus frater eius Hainricus de Fraunreyt. Albero de Muterna. Hainricus de Schonſtain. Fridericus Lucho. Chunradus de Ebergozeſperig. Engelbertus de Raechenwinzperg. Item Albertus de Ewergaeſenzperg. Ortolfus de Tandorf. et frater eius Heinricus. Wanungus ſagittarius. Chunradus de Tufftat. Heinricus Fuzab. Heinricus de Tobel. Lienhardus. Heinricus. Alramus. Heinricus. Walchunus ſagittarii de Vttendorf. Heinricus de Cherſenſtain et frater ſuus chalhohus. Lienungus et Walchunus. de Ruzdorf. Pilgrimus de Oſtenholtz. Wolframus de Oehſenpach. Hartmannus (et) Dietherus de Viechtenſtain. Ortolfus de Rutingen et frater eius Vlricus. Albero de Grantperg. Rugerus de Nyndlingen. Hermannus Ponſider. Hec ſunt Caſtra hals. Schonſtain. Rotenwerch. Newn-

hawſen. Fiechtenſtain. Marſpach. Johenſtain. Acta ſunt hec apud Wuermatiam III ydus Martii. Indictione X. preſentibus Syfrido Moguntienſi Archiepiſcopo. Ottone herbipolenſi epiſcopo. Chunrado Cancellario Motinenſi (Metenſi) et Spirenſi epiſcopo. Heinrico Wurmacenſi epiſcopo. Ludwico Comite de Wirtenwerch. Wernhero de pondlande. et aliis pluribus.

a) Ex codice passav. III. f. 72.

b) Annum Chr. non expressum indicat indictio X., et ipse episcopus patav. Gebehardus tunc consecratus, licet iam fine anni 1221. electus.

c) Ineditum.

CCLXIX.

Anno 1222. 13. Mart. Wormatiae.

Heinricus VII. rex ex petitione Gebhardi electi pataviensis promulgat sententiam curiae suae, de rebus episcopatus non alienandis, absque consensu chori et ministerialium.

Heinricus dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus. vniuerſis fidelibus ſuis preſentem paginam inſpecturis. gratiam ſuam et omne bonum. Ad uniuerſitatis ueſtre noticiam preſentis certitudine ſcripti cupimus peruenire. quoniam ex petitione dilecti et familiaris principis noſtri. G. electi patauienſis. queri per ſententiam feciſſemus. ſiquis epiſcopus poſſit uel debeat diſtrahere ſeu aliquo modo per infeodationes alienare preter conſilium et aſſenſum Chori ſui atque miniſterialium ſuorum quicquam de redditibus Hofmarchiarum (que ad) dominicalia pertinere noſcuntur. talis in regie maieſtatis noſtre conſpectu ſententia data fuit. quod nulli epiſcoporum liceat aliquatenus redditus huiusmodi diſtrahere ſiue alienare per infeodationes

taliter quoquam modo. Sed ſi forſan per aliquem hoc factum fuerit. talis diſtractio ſiue infeodatio. firmitatem aliquam non habebit. actum Wormacie III Idus Martii. Indict. X. preſentibus. Sifrido Moguntenſi. archiepiſcopo. Chunrado Cancellario. Metenſi et Spirenſi. Ottone Herbipolenſi. Heinrico Wormacenſi epiſcopis. Lodewico comite de Wirtenberch. et aliis pluribus. —

a) Ex codice passav. III. et quidem ex eius continuatione f. 142. b.

b) Annus non indicatus cognoscitur ex indictione et ex quibusdam personis praesentibus; nam Otto herbipol. ep. obiit 1223. 5. Decemb. et Chunradus cancellarius, metens. et spir. ep. obiit 1224. 12. Decemb.

c) Ineditum.

CCLXX.

Anno 1222. 27. April. apud Venafrum. (Venafram.)

Fridericus II. imperator fidelem suum, Witigonem praepositum de Reithenbuoch eiusque ecclesiam in specialem suam et imperii recipit protectionem; simul mandat praepositis et officiatis suis, circa possessiones dictae ecclesiae commorantibus, ut illam manutenere atque defendere consilio et efficaci auxilio non omittant.

Datum apud venafrum Quinto kaln. Maij anno dominj MCC. viceſimo Secundo. Anno Imperii noſtri Secundo. Indictione decima.

a) Ex diplomatibus confirmatoriis, quibus hocce instrumentum insertum est, et quae authentica extant:

1) Rudolphi I. 1274. 15. April. Ulmae.
2) Alberti 1299. 27. Junii. Ezzelingen, in solo vocabulo: Reithenbuch, quod albertinum diploma legit: Reintenbuoch, discrepantia.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. metrop. III, edit. Mon. 160. edit. Ratisb. 110. et in Mon. B. VIII. 21. n. 13. In hisce editionibus habentur etiam Rudolphi I et Alberti laudata diplomata, omisso tamen instrumento Friderici II. ipsis inserto, ac solum memorato.

CCLXXI.

Anno 1223. potius, quam 1228. 11. Februar. Augustae.

Heinricus VII. rex sententiam per abbatem Sctī Udalrici in Augusta impetratam promulgat, et confirmat: Abbatem praedictum non teneri feodali iure, cuiquam persolvere pellicia, calceos et similia religiosorum dona.

In nomine ſancte et individue trinitatis Heinricus dei gratia Romanorum rex et ſemper Auguſtus. Quoniam a rege celi terreni imperii coronam ſumus adepti. meritum eterni regni et retributionem perpetue vite nos recepturos ſperamus ſi cum poteſtate qua ab ipſo ceteris mortalibus eminemus commoditati et quieti religioſorum virorum promptiores extitemus Eapropter notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus et precipue regni primoribus tam futuris quam preſentibus quod Abbas Monaſterii ſancti Vdalrici In Auguſta coram nobis per patronum querelam propoſuit ſe et locum ſuum a multis indebite grauari poſtulando ab eo iure feodali pellicia et calceos Hyemales Vnde nos auctoritate et poteſtate regia ſuper tali impeticione iuſticiam perquirentes a principibus regni et nobilibus ac miniſterialibus coram nobis aſſidentibus ſententiatum fuit pellicia

cia et calceos et ſimilia religioſorum dona non poſſe dici feoda nec conſtare Abbatem ea aliquo iure cuiquam perſoluere niſi ad placitum ſuum aut beniuolentia alicuius ad hoc inductus. Imperiali nempe clementia veſtigijs genitorum noſtrorum inherentes cenobium beati Vdalrici et fratres illic Deo ſeruientes tutari cupientes. maieſtatis noſtre auctoritate ſtabilimus et confirmamus eandem ſententiam. Vt nullj de cetero officialium noſtrorum et aduocatorum ſuorum ſeu miniſterialium maioris Eccleſie liceat predicta violenter et contra voluntatem abbatis et fratrum ſuorum poſtulare et confirmationem ipſam preſentis ſcripti patrocinio ſigno ſigilli noſtri roboratam ratam et inconuulſam deinceps permanere decernimus. Huius itaque confirmacionis noſtre teſtes ſunt hii Dominus Heinricus imperialis aule prothonotarius. Hartmannus Comes de Dilingen Gotfridus comes de marſteten Gerardus comes de Tokenpurgk Adalbertus de Niſen Rudolfus de Vernhaim Eberhardus Dapifer de Waltpurg Conradus pincerna de Winterſtetten. Hainricus de Itenhuſen Hainricus gans de nwenburg. Wernherus de Mendechingen Datum Auguſte III ydus februarij per manum dominj Hainrici prothonotary Indictionis XV. Incarnacionis anno M.CC.XXVIII. Anno regni domini hainrici tercio.

a) Ex libello membranaceo per Oswaldum Heintzel alias Maier, notarium publicum et scribam augustensis civitatis, anno 1450 die Sabbati sive 6ta (potius 7tima) Martii confecto sigilloque eius munito, in quo, praeter alia instrumenta summorum pontificum et episcoporum augustensium, etiam hoc descriptum invenitur fol. 5., praemisso desuper testimonio, illi imperialis (regalis) maiestatis sigillum in cordula serica appensum fuisse.

b) Notae chronologicae valde inter se dissentiunt, quarum nulla annum expressum indicat, sed indictio anno Ch. 1227, annus regni, numeratus ab electione in regem, anno Ch. 1223. respondet. Hoc ultimo ceu vera instrumenti epocha standum esse monet et persuadet Sibothonis episcopi augustensis desuper confirmatio, (Mon. Boic. XXII. 208. num. 19.), data 1233. mens. Maio, in qua dicitur, sententiam

Heinrici regis super pelliciis et calceis hyemalibus impetratam fuisse petente abbate tunc temporis Dictone, quem ex catalogo abbatum eidem Tomo praemisso tantum ab an. 1216 usque ad an. 1225 praefuisse discimus. Ad haec error legentis ac scribentis notarii facilius contigit in numeris romanis, quibus annum incarn. ac indictionis scriptum invenit, quam in anno regni, quem litteris et legit et scripsit.

c) Ineditum.

CCLXXII.

Anno 1223. 2. vel 10. potius, quam 4. Augusti. Wirceburg.

Heinricus VII. R. rex domui Teuthonicorum in Wirceburg bona, ipsi a Bodone de Rabenspurg donata et ab imperatore, patre suo, confirmata, postea autem cum aliis bonis Conradi de Reichenberg et Conradi de Smidevelt commutata, confirmat.

Hainricus Septimus diuina fauente clementia Romanorum Rex et ſemper Auguſtus. Cum ad regalis magnificentiae noſtrae celsitudinem pertineat. omnium Chriſto militantium iura confouere, ac bona ipsis collata ſub noſtri muniminis recipere protectionem, illorum potiſsime nos conuenit protectores exiſtere, qui a nobis et noſtris progenitoribus diuae memoriae ſunt fundati et ſeruitiae (ſeruitio) Jesu Chriſti fideliter inſudantes ſuam hactenus famam laudabiliter conſeruarunt. Notum ſit igitur tam preſentibus quam ſucceſſurae poſteritatis fidelibus quod fidelis noſter Bodo de Rabenſpurg diuinitus inſpiratus unacum fratre Hermanno Praeceptore domus Theutonicorum in Alemania, et fratre Hainrico de Hohenlohe. acceſsit ad Domnum Otonem uenerabilem Herbipolenſem Epiſcopum, praesentibus fidelibus noſtris Degenhardo Herbipolenſis eccleſiae maiore ſco-

laſtico, Diepoldo Marchione de Voburg Gotfrido de Hohenlohe, Hainrico magiſtro coquinae noſtrae et alijs quam pluribus, caſtrum Vuernelt et omnem ſuam proprietatem ubicunque habuit in uniuersis areis, paſcuis nemoribus et hominibus per manum iamdicti Epiſcopi ſecundum ius et conſuetudinem terrae illius uenerando Hoſpitali S. Mariae Teuthonicorum Hieroſolymitano liberaliter contulit et absoluit. Sereniſsimus igitur domnus Romanorum Imperator et rex Siciliae pater noſter habito reſpectu petitionis et teſtimonii praedicti Epiſcopi et precum dilecti et fidelis noſtri Hermanni praememorati Hoſpitalis Magiſtri donationem eandem ratam habens omne ſuum ius quod in caſtro et praedictis omnibus habebat, ad petitionem dicti fidelis Bodonis et eiusdem Magiſtri ſepedicto totaliter contulit Hoſpitali, ipſam donationem priuilegii sui autoritate (auctoritate) et munimine roborando. Quia uero fideles noſtri Conradus de Reichenberg et Conradus de Smidcuelt ſibi ius in caſtro et proprietatibus ſuprafatis usurparunt, ad decidendam inter ipſos et dilectos nobis fratres Hoſpitalis memorati, totius rancoris materiam, qui etiam ob bonum pacis et concordiae in ſuo iure prompta charitate ſaepius condeſcendunt, noſtrae maieſtatis aſsenſu accedente, talis inter ipſos compositio interuenit. Quod fratres domus memoratae caſtro iam dicto cum ſuis pertinentijs renuntiarunt hac forma, ut C. et C. ſuprafati unacum uxoribus ipſorum coram nobis conſtituti manu adunata quicquid iuris in uineto Rabenſpurg et Gerbrunnen et area in Vuirceburg profiterentur, per manum noſtram et Salemanorum ipſorum ſententialiter ſecundum ius et conſuetudinem patriae Hoſpitali S. Mariae praenotato conferrent libere et absolute. Quod factum rite et rationabiliter ſecundum formam praedictam in noſtrae maiestatis preſentia protestamur. Ad maiorem autem uenerandae domus cautelam et iuris ſui firmitudinem fratres dilecti in promiſso a nobis et ſaepefatis noſtris fidelibus acceperunt, et (ut) ſi qua forte in poſterum ipsis impetitio in bonis, a quocumque emergeret, antefatis, plenariam tam a noſtrae celsitudinis magnificentia quam ab ipsis ubique locorum ſuper eisdem uuarandiam obtinerent. Ad huius autem donationis et confirmationis

noſtrae memoriam et perpetuam firmitatem preſens priuilegium inde conſcribi et ſigillo noſtrae maiestatis iuſsimus communiri. Huius rei teſtes ſunt. Eckebertus Epiſcopus Babenbergenſis. Arnoldus praepositus, et Gotefridus archidiaconus Canonici Herbipolenſes. Marquardus Notarius imperij. Laici Diopoldus Marchio de Voburg. Gerhardus Comes de Diez. Rupertus Comes de Caſtele, et frater suus Comes Ludeuicus. Mangoldus de Vuiltperg. Vualtherus de Langenberg. Eberhardus de Nuenberg, Eberhardus Dapifer de Vualtburg, Conradus Pincerna de Schiph, Theodericus de Hohenberg, Eckhardus Pulliculus, Marcuardus Vuaiso, Vualpertus Torso, Vuolframus de Vuitoldshausen, et alij quam plures. Acta ſunt haec Anno dominicae incarnationis. M.CC.XXIII. indictione XII. Datum Vuirceburg. IIII. Auguſti.

a) Ex libro cop. wirceburg. signato n. 12. conscripto circ. an. 1561. fol. 217. b. ubi loco inscriptionis sive tituli haec notantur: Disè Copey ist mir durch Gregor Spiessen zugeschickt an. 56. (1556) vnd das Original bey den teutschen Herren.

b) Indictio XII. ordinaria respondet quidem anno Chr. 1224. Otto tamen episcopus wirceburgensis, in instrumento memoratus, iam obiit 1223. 5. vel 10. Novemb. cnfr. Ussermann histor. episcopatus wirceb. p. 82. Jure ergo ad an. 1223. hoc instrumentum refertur, in quo per errorem posita est indictio caesarea, quae non incepit ante 24. Septemb., testes autem canonici herbipolenses forsitan vices episcopi sui aegroti et absentis suppleverunt. De caetero consuetus Heinrici VII. usus calendarii romani indigitat, post num. IIII. omissum esse vocabulum: Non. vel Idus.

c) Ineditum saltem in lingua originali; nam germanica eius versio habetur in Frisio apud Ludewig Geschichtsch. v. Wirzb. p. 551. et in Lünig. spicileg. eccles. II. Theil. operis Tom. XVII. 946. num. 27.

CCLXXIII.

Anno 1225. 2. Julii. Nuremberge.

Heinricus VII. monasterium Scotorum Nurembergae, a se et antecessoribus suis, regibus et imperatoribus, constructum, amplissimo libertatis privilegio munit, simulque eius possessiones ac donatores nominibus designat.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis Heinricus Septimus dei gratia Romanorum Rex et Semper auguſtus. Si viris Religioſis fauoris et munificentie gratiam impenderimus, temporalium et eternorum bonorum retribucionem indubitanter conſecuturos. nos eſſe ſperamus Quapropter notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, qualiter monaſterium Scotorum et Hybernienſium in Nuremberge (Nuremberga ſive Nuremberg) conſtructum necnon et eccleſiam in altenfurte uulgo dictam, ad idem monaſterium ſancti Egidii ſcotorum attinentem ſecundum tenorem firme libertatis priuilegiorum anteceſſorum noſtrorum Romanorum Imperatorum et regum, ob honorem et veneracionem, beatorum apoſtolorum petri et pauli. Jacobi. et ſancti Egidii confeſſoris, Rogatu martini Abbatis et fratrum eiuſdem monaſterii atque fratrum ſancti Johannis et ſancte Katherine in altenfurte ſupplicatione, que Scotis ſancti Egidii, ſubdita eſſe probatur, cum omnibus poſſeſſionibus quas modo habent racionabiliter et quas in poſterum ſpecialibus nominibus deſignabimus, aut in futurum iuſtis modis ſunt habituri in mundiburdium defenſionis noſtre ſuſcepimus, eo ſcilicet tenore ut ſicut conſtitutum eſt ab anteceſſoribus noſtris Imperatoribus et Regibus, idem monaſterium ſancti Egidii in Nuremberg ac eccleſia in altenfurte, necnon et bona ei atti-

nentia ac ibidem ſolummodo Scoti et Hybernienſes inhabitantes, et nulli alii perpetuam libertatem habeant et tutelam, Tantum etiam humane proſperitatis bonum in adiſciſcendis (adſciſcendis) pauperibus Chriſti Scotis et hybernienſibus animaduertentes decernimus et regia auctoritate prohibemus, ne quis preter Scotos et hybernienſes. prefatam eccleſiam. ſancti Egidii monaſtico habitu inhabitet Quia etiam predicta eccleſia de Elemoſinis regalibus fundata eſt ubicunque abbas uel monachi ſui regie curie interfuerint ſtipendia a curia ſicut ab antiquo ſtatutum est, habeant, ſtatuentes ut nulla perſona humilis uel alta eccleſiaſtica uel ſecularis in eos aut bona eorum qualemcunque dominacionem habeant, preter nos et ſucceſſores noſtros. reges uel imperatores excepto Abbate ſancti Jacobi ſcotorum Ratiſponc cuius eſt ex antiqua conſuetudine et approbata ſecundum regularia ſtatuta eos corrigere, ſed ſecuri maneant abſque omni eicctione grauamine moleſtia et perturbatione nec quitquam (quicquam) ſeruitii niſi ſolo (ſoli) deo et ſanctis eius reddere cogantur orantes tantum pro ſe et ſtatu Imperii ac tocius eccleſie ſalute, Nomina autem poſſeſſionum hec ſunt Vazendorff cum aduocatia ſua, ex teſtamento regis Conradi Idem rex Contulit duas partes decime in Heroltperg tres manſos in Lewmpurg. In typerſtorff vnum manſum. Heydelpach vnum manſum. In baucſhauſen duos manſos. In Biberbach et ſymonhowe tres manſos et dimidium, Weiſenprunn duos manſos ex dono Alberti de dannę cum aduocatia, Hueſenbuhil ex dono Alberti de Reyz cum aduocatia, Rorenſtat vnum manſum ex dono turnikardi (Burcardi) de Reginhowe cum aduocatia, Kefenbach vnum manſum ex dono eiuſdem matris, Bullingen et holtzheim ex dono Reingeri, de herifbach, Meckenloch, quinque manſos ex dono Gotfridi Burggrauii, Stwphaim ex dono filii eius, Nemſdorff tres manſos ex dono Rymarii, Rorendorff. vnum manſum ex dono Eberhardi de Rietfelt, Meirſperg, quinque manſos ex dono Lewpoldi. de Grindela, Gotelendorff duos manſos. ex dono Rihze incluſe, hezelbach tres manſos ex dono Gerhardi de zewheim cum aduocatia, dornheim duos manſos ex dono Lewpoldi et filii eius de grindela, Helboltzheim. Vm-

gerheim et Kircheim ſex manſos, ex dono Hiltigardis prefectiſſe. Godelbrune vnum manſum ex dono Ludwici de aſpach, Sydelbach vnum manſum ex dono Jute de hauſen cum aduocatia, Hagenhawſen et Rotenpach, duos manſos. et dimidium, ex dono markardi de Hallenhawſen, Hoſmaſtorff (Hoſmarſtorff) vnum manſum. ex dono alheidis de henige, Reicholſwant duos manſos ex dono burchardi de ginſenha, Melgach vnum manſum ex dono Conradi prefecti de Nuremberge, villam Huel nouem manſos ex dono Burggrauii gotfridi, Newſaz quatuor manſos, ex dono gotfridi filii eius, Kempnat quatuor manſos ex dono menradi de Kempnat, Hagenhawſen et Hewndal tres manſos. ex dono Jute de Tanne Ferriden vnum manſum ex dono Alberti Lupi, Lechendorff vnum manſum ex dono Herdegen de grindila, Rorenſtat vnum manſum et dimidium Ganſtorff vnum manſum, vra, vnum manſum, Krigenbrunn vnum manſum, Kranach quatuor manſos cum aduocacia. Preterea dignum duximus, ut idem monaſterium quod a nobis noſtrisque anteceſſoribus regibus Imperatoribus noſcitur eſſe conſtructum. ab omni aduocatorum uexatione Liberum eſſe volumus, nec eiuſdem eccleſie aduocatiam concedere habere aut dare. uel obligare niſi per nos. uel noſtros ſucceſſores reges et Imperatores, et cum voluntate Abbatis Scotorum, Inhibemus etiam et precipimus ne alicui aduocato, liceat bona eorum uſurpando emere aut renouando addere. Sed ſolis ſcotis tantummodo de bonis ſuis pro ut melius uel ulterius poterint diſponere Liceat, ſicut hactenus temporibus anteceſſorum noſtrorum noſcitur obſeruatum nec eorum aduocatiam aliquis tenebit aut ſibi vendicabit ſed tutela regia inconcuſſe conſeruabitur. ob ſalutis eterne augmentum. Statuimus quoque, ut nulli ſeculari Judici, aut preconi in curia ſcotorum uel in atrio, aut in Hoſpitali dominari liceat aut Judicium exercere, et reus fugiens pacem habebit in locis eiſdem, Nolumus etiam. ut ab aliquo impignorari debeant. Siquis autem hanc libertatem eis infringere preſumpſerit. Trecentas marcas auri compoſiturus banno noſtro ſubiacebit, medietatem camere noſtre, et medietatem ſupradicte eccleſie. vt autem hec noſtra conceſſio, rata et intemerata permaneat im-

perpetuum preſentem paginam ſcribi, et maieſtatis noſtre Sigillo iuſſimus communiri, Teſtes autem ſunt hii Engelbertus colonienſis archiepiſcopus. Heinricus Eyſtetenſis epiſcopus, Ludwicus dux Bauarie, Otto dux Meranie, Dieboldus marchio de Hohinburg, Conradus Burggrauius de Nuremberg, Gerardus Comes de dietz. Heinricus Comes de Ortemburg, Hiltibrandus Marſcalcus, de Rehberg. Conradus pincerna de Winterſtetten, et alii quam plures. Acta ſunt hec, anno dominice Incarnacionis M.CC.XXV. Regnante domno Heinrico Inuictiſſimo Romanorum rege, Anno regni eius V. Datum apud Nuremberge VI. nonas Julii Indictione XIII.

a) Ex libro quodam copiali Scotorum Norimbergae saec. medii XVti.

b) Indictio et annus ante paucos, tres circiter, menses completus respondent anno Chr. expresso.

c) Editum in (Wölkern) Historia diplomat. norimb. 50. num. 6. in Schütz Corp. histor. brandenb. diplom. IV. Abtheil 63. n. 27. ex copia onolspacensi, in Falkenstein cod. diplom. antiquit. nordgov. sive Part. IV. 45. num 29. et in Ussermann Cod. diplom. ad historiam episcopatus bamb. 147. num 165; ubique tamen incorrecte, aliquibus omissis, aliis perperam lectis et male locatis.

CCLXXIV.

CCLXXIV.

Anno 1225. mense Augusto. apud Alifiam.

Fridericus II. imperator Ekkeberto babenbergensi episcopo, eiusque successoribus concedit ac confirmat nundinas in villa Frankenmarket et apud Villacum, statutis anni temporibus, habendas.

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator ſemper Avguſtus et Rex Sycilie. Per preſens ſcriptum notum fieri volumus vniverſis Imperii fidelibus tam preſentibus quam futuris. quod ad ſupplicationem Ekkeberti venerabiliſ Babenbergenſis Epiſcopi dilecti principis noſtri conceſsimus ei. et eiuſ ſucceſſoribus in perpetuum. facere fieri Nundinas In villa ſua Frankenmarket et apud villacum. videlicet ut Nundine que apud Frankenmark de conceſsione noſtra ſtatuta ſunt fient ſingulis anniſ Menſe Septembri In feſto beati Mychahelis quatuordecim diebus ante et diebus totidem poſt feſtum eiuſdem. Nundine uero ſtatute apud villacam (Villacum) ſient (fiant) annuatim. Menſe Junii. feſto ſcilicet bēati Jacobi. quatuordecim diebus ante et poſt feſtum eiuſdem diebus totidem conſeruande. Qvare vniuerſitati ueſtre firmiter precipiendo mandamus. quatenus nullus Princeps. Dvx. Marchio. Comes. Scultetus. vel miniſterialiſ. alta vel humilisve perſona. eccleſiaſtica vel mundana. contra preſentis conceſsionis noſtre paginam temere venire preſumat. Quod qui preſumpſerit indignationem noſtram ſe nouerit incurſurum. Ad huius itaque conceſsionis noſtre memoriam et ſtabilem firmitatem preſens ſcriptum fieri jvſsimus Sigillo Maieſtatis noſtre munitum.

Datum apud Alifiam. Anno dominice Incarnationis Milleſimo Ducenteſimo viceſimo quinto. Menſe Avguſti terciedecime Indictioniſ. Imperante domino noſtro Friderico dei gratia

Illuſtriſsimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto. et Rege Sycilie. Imperii eius Anno Vto Regni uero Sicilie viceſimo octavo. feliciter Amen.

a) Ex cod. cop. saec. XIII. f. 123.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Ineditum, memoratum autem ab Hofmann apud Ludewig in script. rer. bamb. 151.

CCLXXV.

Anno 1227. 15. Martii. apud Herbipolim.

Heinricus VII. Rom. rex monasterio Waltsassen ius patronatus ecclesiae in villa Wundreb, ad se iure haereditario devolutum, donat.

Heinricus ſeptimus diuina fauente clementia Romanorum rex et ſemper auguſtus vniuerſis imperii fidelibus preſens ſcriptum intuentibus gratiam ſuam et omne bonum Ad utriuſque uite felicitatem prodeſse nobis non ambigimus ſi loca diuino cultui mancipata noſtra donacione largitatis curauerimus ampliare et eis ſuisque ne grauentur indebite noſtra defenſione ſedula prouidere Hac itaque racione ducti. ad noticiam vniuerſorum ex inſinuacione preſencium cupimus peruenire. quod attendentes ſinceram. deuocionem dilectorum fidelium noſtrorum E. abbatis et conuentus in waltſaſsen nec non defectum ſuſtentacionum eorundem diuine Remunerationis intuitu eccleſiam. et ius patronatus ad ius (nos) iure hereditario deuoluto (deuolutum) in villa uundereb de plenitudine conſilii noſtri. necnon deliberato conſilio ſubſcriptorum principum memorato abbati et conuentui conferimus perpetuo poſsidendum cum pleno iure quo nos idem ius patronatus et anteceſsores noſtri dinoſcimur poſsediſse

Proinde eſt quod auctoritate regia vniuerſaliter et ſpecialiter inhibemus. Nequis auſu ductus temerario prelibatum abbatum (abbatem) et ſuum conuentum in pretaxata noſtra donatione iuris patronatus inpedire audeat uel in aliquo moleſtare Quod qui attemptauerit indignacionem et grauem offenſam noſtre celſitudinis ſe nouerit incurriſse Et ad maiorem euidenciam et certitudinem noſtre collationis preſentem litteram conſcribi fecimus cum ſigilli noſtri patrocinio et ſubſcriptis teſtibus communitam Teſtes autem qui prelibato facto noſtro interfuerunt Hii ſunt venerabilis eberhardus Salzburgenſis archiepiſcopus Hermannus herbipolenſis. Heinricus eiſtetenſis epiſcopus (epiſcopi) Ludewicus Bawarie Lupoldus auſtrie. Ludewicus Charintie Duces. Hermannus magiſter domus thevtonicorum Jeroſolymitanus. Bertoldus frater domus eiuſdem de Tannenrode. Cunradus Burgrauius de Nurnberch. Fridericus de Druhendingen. Gerlacus de Butingen Eberhardus dapifer de walpure Cunradus et Eberhardus pincerne de wilterſteten (winterſteten) vlricus et lupoldus Notarii et alii quam plures.

Actum anno dominice incarnationis M.CC.XXVII. Datum apud herbipolim, Id. Marcii Indictione quinta decima.

a) Ex libro copiali antiquissimo fol. 11. b.

b) Indictio respondet anno Ch. expresso.

c) Ineditum, memoratum autem a Bruschio in Monasteriologia p. 249.

CCLXXVI.

Anno 1227. 25. Apr. — Boppart.

König Heinrich nimmt das Kloſter Otterburg in ſeinen Schutz und Schirm.

Heinrich von Gottes Gnaden Römiſcher König und allezeit Mehrer, ſeinen lieben, dem Schultheißen zu Oppenheim und Lauteren und allen getreuen ſeines Reichs, ſein Gnad und alles gut. wie wohl die Konigliche SorgfaltigKeit wahrnehmen und verſehen ſoll Frieden und Schirmm allen Chriſtglaubigen gemeinlich. So ſeynd wir doch allermeiſt ſchuldig zuſchaffen das gut des Friedens, und Schirm den, die da allermeinſt vorzeicht die Andacht und GeiſtlichKeit. davon ſo empfangen wir ſonderlichen under unſeren Schirmm das Cloſter Otterburg Cyſtellſer Ordens, und alles, daß, das ihm zugehört, an liegenden, und anderen Güteren und Leuthen. Und Wir verbieten allen gemeinlich daß Niemand Kein Gewalt oder Unrecht an ſie lege, wär es aber, daß Jemand unſeren Zorn verachtet, und daſſelbe Cloſter an ſeinen Güthern oder Leuthen betrübte oder Letzte und wieder Recht anfiele, ſo gebieten und heiſen wir heftiglich üwern Triwen bey der behalt unſerer Gnaden, daß ihr euch an unſer ſtatt ihm wiederſtellet, ihren wiederſagern, und alle ding die der ehegenannten Brüderen zugehören, getreulich ſchauern und ſchirmen alß unſer aigne Güter. darzu geben Wir in unſeren Willen und Verhangnüß über alles das, daß ſie von unſeren Dienſtmahnen, oder anderen unſeren Leuthen und auch von Wohlfart aller anderen Menſchen überKommen mögen, alſo daß ſie das Freyledig ewiglich ohne alles Wiederſprechen ſollen beSitzen, Wir geben ihn auch dazu Frey-Wanderung durch alle unſere Land und verleihen ihnen von Königlicher Miltigkeit, daß ſie weder Zoll noch Keinerley Schatzung von ihren aigenen Gütern ſollen geben, es ſey uf Waſſer oder uf dem Land, ſonderlich, Zu Boparten und zu Lauteren, und an allen Enden, da Unß ſolches gewöhnlich iſt zu geben, und wir geben auch Freyen Organg zu Wey-

den ihren ſchaffen, und anderen ihrem Viehe an allen enden unſerer gebiete und herrlichKeit, geben zu Worms uf den ſiebenden Kalenden des Mayens in dem Jahr unſers Herren Geburt M.CC.XXVII.

a) Ex codice archivi regii circuli Rhenano-bavarici, dicto: Saal- und Lagerbuch des Oberamts Lautern, conscripto, unde copia hujus versionis nobis transmissa est 20. Januar. 1832.

b) Indictio et aliae notae chronologicae non sunt expressae; locus tamen annum diemque dati diplomatis manifestat ex aliis ibidem exaratis huius regis diplomatibus. Cnfr. Böhmer Regesta.

c) Ineditum.

CCLXXVII.

Anno 1227. 11. August. apud Mulhehusen.

Heinricus VII. advocatiam curiae in Frickenhusen, ad monasterium Ahusen spectantem, quam ab episcopatu herbipolensi in feodo tenuit, Hermanno episcopo herbipolensi resignat, ab eodemque episcopo remissam, praedicto monasterio confirmat.

Hainricus Septimus diuina fauente gratia Romanorum Rex et ſemper Auguſtus. omnibus preſentem paginam intuentibus in perpetuum, Ad utriusque uitae felicitatem nobis prodeſſe non ambigimus, ſi loca diuino cultui mancipata curauimus ampliare, et innatae nobis pietatis ſubſidio promouere. Hac itaque ratione ducti ex inſinuatione preſentium ad notitiam uniuerſorum uolumus peruenire, Quod cum aduocatiam cuiusdam curiae in Frickenhuſen. attinentem Abbati et Conuentui in Ahuſen ab epiſcopatu Herbipolenſi in feodo teneremus ad inſtantiam et petitionem dicti Abbatis Siſridi et ſui Conuentus nec non

diuinae remunerationis intuitu dictam aduocatiam Venerabili Hermanno Herbipolenſi epiſcopo reſignauimus ſub tali conditione ut idem Epiſcopus prenotatam (advocatiam) libere et ſub iure proprio remitteret abbati et Conuentui memorato, quod etiam in continenti in noſtra preſentia coram principibus et teſtibus ſubſcriptis liberaliter dinoſcitur feciſse, Ne igitur ab aliquo ſucceſsore noſtro prelibato Abbati et ſuo Conuentui ſuper collatione ſiue remiſsione noſtra et ſaepefati epiſcopi aliquis ſcrupulus poſsit tractu temporis ſuboriri, preſentem (paginam) ſcribi fecimus et ſigilli noſtri patrocinio communiri, auctoritate regia nihilominus firmiſsime precipientes quatinus nullus ausu ductus temerario ſaepedictum abbatem et ſuum Conuentum, tam in dicta curia quam in aliis poſsesſionibus eccleſiae ſuae moleſtare preſumat, uel iniuriam irrogare. Quod qui attentauerit indignationem et grauem offensam noſtrae celſitudinis ſe nouerit incurriſse. Datum apud Mulhehuſen III. idus. Augusti Indictione XV. Hi ſunt teſtes Hermannus Herbipolenſis epiſcopus. Hainricus Aiſtetenſis epiſcopus. C. Fuldenſis abbas. Ludouicus Dux Bauariae, Oto iuuenis Dux Bauariae. Hermannus Marchio de Baden. Conradus Burggrauius de Nuremberg. Hartmannus Comes de Dilingen, Poppo Comes Burggrauius de Henneberg. Gerlacus de Butingen. Fridericus de Truhendingen, Daniel Canonicus Noui monaſterii. Conradus Plebanus de Aſche. Plebanus de Mulehusen. Vlricus Notarius aulae regiae. Lupoldus Notarius, Albertus Notarius et capellanus Epiſcopi Aiſtetenſis, Lupoldus de Grindelach, Vlricus de Murc, Ludolfus de Seneligen, Eberhardus de Sluſſelberg. Gotefridus Camerarius, Albertus dapifer de Uuirceburg et alij quam plures.

a) Ex libro cop. wirceb. signato nr. 12. conscripto circ. an. 1561. fol. 43. b.

b) Indictio denotat annum Chr. omissum.

c) Ineditum.

CCLXXVIII.

Circa ann. 1227. 10. Oct. Augustae.

Heinricus VII. rex mandat Hermanno Lupo, ut allodium Bibirbach, pertinens ad monasterium Wezzinsbrunnen, usque ad reditum suum defendat.

a) Ex libro cop. wessofontano a Stephano Leopolder an. 1521. conscripto pag. 105.

b) Mandatum hoc cui desunt notae chronologicae, haud dubie referendum ad an. 1227. 10. Octob. sive ad diploma eiusdem regis Augustae datum, quo defensio alterius villae monasterii Wezzinsbrunnen duci Bawariae committitur, cuius superest authographum.

c) Editum in Leutner historia monasterii wessofontani 227. et in Mon. Boic. VII. 396. num. 19. ubi lin. 9. leg.: allodium.

d) Leutner l. c. intelligit Ludovicum comitem de Oettingen, qui satis eruitur ex diuturna controversia Oetingensium, monasterio wessofontano super praed. Biberbach iam inde ab an. 1142 mota, prout in cod. tradit. wessofont. legitur, Mon. Boic. l. c. 344. 350.

CCLXXIX.

Anno 1227. 17. Octob.

Heinricus VII. rex ministerialibus suis licentiam tribuit, ut possessiones suas tam in imperio et ducatu Sueviæ, quam in proprietate ipsius sitas, hospitali Jerosolymitano conferre, vendere ac commutare possint.

Heinricus Diuina fauente clementia Romanorum Rex semper Augustus Imperpetuum Si loca diuino cultui mancipata ex innate nobis pietatis subsidio curauerimus ampliare. prodesse nobis ad utriusque vite presentis ac future non ambigimus felicitatem. Huius itaque rei gratia ad noticiam vniuersorum ex insinuatione presentium uolumus peruenire. quod omnes proprietates in Imperio in ducatu Sueuie. ac in proprietate nostra sitas quas ministeriales nostri per totum Regnum nostrum. dilectis Fidelibus nostris Fratribus Hospitalis Jerosolomitani diuine remuneracionis intuitu conferre voluerint vendiderint siue quocumque modo dictis fratribus conmutauerint ratum habere uolumus et firmum. Proinde est quod Auctoritate Regia firmiter inhibemus ne quis ausu ductus temerario memoratos fratres in bonis suis uelut prelibatum esse dinoscitur. collatis ipsis uel quocumque modo legittime sibi conquisierint grauare, uel iniuriam irrogare presumat. Quod qui attemptauerit grauem offensam nostre celsitudinis se nouerit incurrisse. Ad huius itaque facti nostri perhennem memoriam, presentem paginam conscribi fecimus et Sigilli nostri patrocinio communiri Testes autem qui premissis interfuerunt hij sunt. Ludwicus Illustris dux Bawarie. Rudolfus. Palatinus de Tuewingen. Comes. Hartmannus. de Wirtemberg. Comes. Hartmannus. de Wisingen. Con-

Conradus pincerna de Winterſtet. Dietzo. de Rauenſpurg et alij quam plures. Datum. Anno dominice Incarnacionis M.CC.XXVII. XVI. Kalend. Nouembris. Indictione prima.

a) Ex transsumto variorum privilegiorum ordinis militaris S. Johannis in Jerusalem per Adolphum regem 1295 et Ludowicum IV. regem 1323, cuius ultimi extat authographum; collatum cum transsumto notarii publici 1330.

b) Indictio caesarea respondet anno Chr. expresso. Locus peracti negotii non est expressus; per testem primum autem videtur denotari Augusta, ubi rex cum eo fuit 10. Octob. vid. h. a.

c) Ineditum.

CCLXXX.

Anno 1227. 4. Nov. Basileae.

Heinricus VII. rex hospitali S. Johannis Jerosolymitani omnia confirmat bona, quae ministeriales civesque sui et imperii illuc contulerunt aut collaturi sunt.

Heinricus Septimus dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniuerſis Imperij fidelibus quibus preſens Scriptum exhibitum fuerit. gratiam ſuam et omne bonum. Ad vite vtriusque preſentis et future felicitatem nobis prodeſſe non ambigimus. ſi loca diuino cultui mancipata curauerimus ex innate nobis pietatis ſubſidio ampliare et eis ſuisque ne grauentur indebite ſtuduerimus pia ſollicitudine prouidere. Huius itaque rei gratia innoteſcat vniuerſis, quod nos attendentes honeſtatem ac deuotionem dilectorum Fidelium noſtrorum. Magiſtri. et fratrum Hoſpitalis ſancti Johannis Jeroſolomitani. omnia bona et poſſeſſiones que miniſteriales. Ciues noſtri et Imperij amore

virtutum ipſis conferre voluerint uel contuliſſe dinoſcuntur uel ſi qui ſe ad Religionem ipſorum tranſferre voluerint de mera benignitate Regia ratum habere uolumus et firmum. Ipſis jdem Auctoritate preſentium confirmantes. Proinde eſt quod auctoritate Regia firmiter inhibemus. ne quis auſu ductus temerario memoratum Magiſtrum et fratres ipſius in prenotatis poſſeſſionibus moleſtare uel grauare preſumat. uel in eiſdem aliquam injuriam irrogare. Quod qui attemptauerit indignationem et grauem offenſam noſtre celſitudinis ſe nouerit incurriſſe. Et ad maiorem euidenciam preſentem paginam ipſis ſcribi fecimus, et Sigilli noſtri patrocinio communiri. Datum apud Baſileam. Anno domini M.CC.XXVII pridie Non. Nouembris. Indictione prima.

a) Ex transsumto variorum privilegiorum ordinis militaris S. Johannis in Jerusalem per Adolphum regem 1295. et Ludowicum IV. regem 1323, cuius ultimi extat authographum; collatum cum transsumto notarii publici 1330.

b) Indictio caesarea respondet anno Chr. expresso.

c) Ineditum.

CCLXXXI.

Anno 1229. 18. Martii in civitate Jerusalem.

Fridericus II. imperator universis per imperium comitibus, baronibus, militibus caeterisque nobilibus annunciat prosperos suos successus in partibus transmarinis.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator ſemper Auguſtus. Jeruſolime et Sycilie Rex. Comitibus Baronibus. Militibus ceteriſque nobilibus et vniuerſis per imperium conſtitutis. qui-

bus preſentes littere oſtenſe fuerint. fidelibus ſuis gratiam ſuam et bonam uoluntatem. Letentur omnes in domino et exultent recti corde quoniam beneplacitum eſt ei ſuper populo ſuo. ut exaltet manſuetos in ſalute. Laudemus et nos eum quem laudant angeli. quoniam ipſe eſt dominus deus noſter qui facit mirabilia magna ſolus. Quique antique miſericordie ſue non oblitus ea miracula noſtris temporibus innouauit. que feciſſe legitur in diebus antiquis. Quia cum ipſe ut notam faciat potentiam ſuam. ſemper non in equis aut curribus glorietur. nunc dedit ſibi gloriam in paucitate uirorum. ut cognoſcant et intelligant omnes gentes. quod ipſe ſit terribilis in magnificentia. glorioſus in maieſtate. et mirabilis in conſiliis ſuper filios hominum. Cum in paucis diebus iſtis. miraculoſe potius quam uirtuoſe negotium illud sit feliciter peractum. quod a longis retroactiſ temporibus multi potentes et diuerſi principes orbis. nec in multitudine gentium. nec per metum. aut quodlibet aliud facere potuerunt. E. (Ecce) quam laudanda eſt clementia creatoris. et quam metuenda ſemper potentia uirtutis ipſius. quia cum in humilitate mentis. et deuotione cordis ſemper proceſſerimus. ad ſeruicium ſanctum eius nobis ab ipſo principio conſilio et auxilio ſue non defuit pietatis. E. (Ecce) quam glorificanda eſt ineffabilis pietas redemptoris. qui ſuper deuotum populum ſuum peccatis noſtris facientibus. tamdiu derelictum. nunc ex alto reſpiciens. ipſum ſecundum miſerationum ſuarum multitudinem uiſitauit. Ecce nunc quidem dies illa ſalutaris aduenit. in qua ueri chriſticole ſalutare ſuum accipiant. a domino deo ſuo. et cognoſcat et intelligat orbis terrarum. quod ipſe eſt. et non alius. qui ſeruorum ſuorum ſalutem. quando uult. et quomodo uult operatur. Recolimus itaque quod ex hiis qui (ac) procurante altiſſimo in principio acceſſus noſtri uſque accaronam. nobis feliciter contigerunt. ueſtram deuotionem fecimus plene certam. Nunc autem de ſubſequentibus proſperis omni gaudio et felicitate maioribus. que operante ſola uirtute diuina. nobis poſtmodum emerſerunt. tranſcurſa materia de premiſſis. ne longus ſermo deſideria ueſtra diu teneat in ſuſpenſo. uos uolumus plenius reddere cer-

tiores. Nouerit itaque deuotio ueſtra. quod nos ſemper ſpem firmam habentes in deo. firmiterque credentes. quod Jeſus Chriſtus filius eius. pro cuius ſeruitio corpus et animam expoſuimus. ſic deuote nos non relinqueret. in tam remotis regionibus et ignotis. quin ſaltim ad honorem et gloriam ſuam. conſilium et auxilium ſalutare nobis tribueret in obſequio ſuo ſancto. In eius nomine ad ipſius ſeruitium procedentes. quinto decimo die menſis nouembris. primo preteriti. Joppen uenimus. ut reedificaremus caſtrum ipſum. quatinus eundi in Ciuitatem ſanctam Jeruſalem. facilior pateret aditus nobis et exercitui Chriſtiano. nec tamen ſine temptatione maxima per continuationem dierum octo. Chriſti exercitus fuit ibi. Quia cum unusquiſque de exercitu neceſſaria uictus pro ſe et equitaturis ſuis. ſufficienter pro diebus pluribus portare per terram. cum Someriis (Sumeriis) nequiuiſſet. et propter hoc ſpecialiter parata eſſent uaſella nonnulla in portu accarona. que uictualium copiam portare debebant. repente ac fortiter turbato aere. uentoque flante grauiſſime. et tumeſcentibus etiam ultra modum procellis. ſuccurſus uaſellorum illorum per continuos VIII dies. adletis Chriſti. et Chriſtiane defenſoribus fidei. pro peccatis noſtris exſtitit interdictus. Fuit autem tunc murmur et timor maximus aput multos. ne ſuper populum ſuum dominus forſitan indignatus. gladio dire famis uellet ipſos penitus delere de terra. Sed quia ſumma eſt ira dei miſereri potius quam iraſci. quia etiam ineffabilis clementia eius ultra quam credi poteſt temptari hominem non permittit. lacrimoſis et ſupplicibus. rogatus precibus et exercitatus clamoribus ualde piis. continuo imperauit uentis et mari. et facta eſt tranquillitas magna. dicentibus unanimiter et clamantibus uniuerſis. Qualis eſt hic qui uentis et mari imperat. et ipſi obediunt ei. Statimque uaſellorum innumera multitudo cum ingenti copia frumenti ordei. vini. et neceſſariorum omnium Joppen uenit. Tunc autem totus exercitus ſic fuit ſaciatus bonis omnibus et refertus. quod preter peregrinos. (et) aliquos forte pauperes mendicantes. in exercitu ubique nullus fuit alius. quin neceſſaria recepiſſet. alter pro uno. alter pro duobis menſibus. habundanter. Et

adhuc ſecundum miſerationem diuinam. ut manifeſtaret apertius gloriam ſuam nobis. tranquillitate maris et aeris. contra naturam temporis. diu ac diu mirabiliter perdurante. uaſella predicta redierunt Accaroniam. et iterum ac iterum et multotiens. poſtea ſunt reuerſa. Et taliter faciendo frequenter onerata currebant. ſimiliter omni die. ita quod inantea de neceſſariis omnibus habundantia indeficiens. et mirabilis in exercitu ſemper fuit. Exiſtentibus autem ibidem et ad reedificationem ipſius caſtri magnificam intendentibus. que ſicut ſperamus et credimus. nobis et Chriſtianitati toti erit memoriale in euum. de Soldano babilonie ad nos. et a nobis ad Soldanum eundem nuntii plures et pluries iuerunt. et uenerunt hinc inde. Qui Soldanus dicta una tantum. diſtans a nobis. et Soldanus etiam qui Scharaf dicitur. frater eius cum eo. apud Ciuitatem Gazaram. diffuſum habentes exercitum et. ex altera parte apud Ciuitatem Neapolim. Soldanus Damaſci nepos eorum cum innumera multitudine militum et peditum. gentis ſue ad unam dietam prope nos et Chriſtianum exercitum morabantur. Et cum de reſtitutione terre ſancte ab alterutra partium per internuncios tractaretur. tandem Jeſus Chriſtus dei filius. deuotam patientiam noſtram ex alto reſpiciens compatiendo nobis miſericorditer in ſe ipſo. ſic fecit. quod Soldanus Babillonie (Babilonie) reſtituit nobis Ciuitatem ſanctam Jeruſalem. locum uidelicet ubi pedes Chriſti ſteterunt. locum etiam ubi ueri adoratores in ſpiritu et ueritate patrem patrum adorant. Et ut de reſtitutione huiusmodi certos uos per ſingula faciamus. ſciatis quod non ſolum reſtitutum eſt nobis corpus Ciuitatis ſancte. ſed tota contrata. (contrada) ſicut. deſcendit inde uſque ad maritimam ad Caſtrum Joppen. ut peregrini de cetero proceſſum liberum habeant ad ſepulchrum. et ſecurum inde regreſſum. excepto uidelicet. quod cum Sarraceni in quadam ueneratione maxima templum habeant. et illuc ſecundum ritum eorum ad orandum in modum peregrinorum accedant. permittamus eos uenire libere uerumtamen ſine armis. et quod uoluerimus. nec hoſpitabuntur ibi ſed deforas. et facta oratione recedant. Reſtituta eſt nobis inſuper Ciuitas Bethlehem. et tota terra media

inter Jeruſalem et ciuitatem ipſam. Ciuitas etiam Nazareth. et tota terra media inter Accaronam et ciuitatem eandem. Terra tota Toronis. que largiſſima eſt et ampla. et ſatis commoda Chriſtianis. Ciuitas quoque Sidonis cum tota planicie et pertinentiiſ ſuis. qui locus tanto de cetero erit Chriſtianis utilior. quanto neceſſarius hactenus extitit ſarracenis. et pre locis aliis fructuosus. eo uidelicet quod portum ibi habebant. et inde arma et neceſſaria multa alia ad Ciuitatem Damaſci et de Damaſco ad Babiloniam frequentiſſime deferebant. Super hec itaque licet nobis ſecundum pactum reedificare muros ſancte Ciuitatis Jeruſalem. Caſtrum Joppen. et caſtrum Ceſaree. Caſtrum Sidonis. et Caſtrum domus ſancte Marie Theutonicorum. quod in montana Accarona. edificare ceperunt. quod nullo umquam treugarum tempore permiſſum extitit Chriſtianis. Idem tamen Soldanus. uſque ad finem treugarum. que inter nos et ipſum per decennium ſunt ſtatute. aliqua caſtra. uel aliqua edificia de nouo facere uel edificare. non debet. Sicque die dominico XVIII menſis Februarii primo preteriti. die inquam qua Chriſtus dei filius a mortuis reſurrexit. et in memoriam reſurrectionis dominice memoraliter colitur et ueneratur ab omnibus Chriſtianis. huius pacis concordia. per iuramentum exſtitit hinc inde firmata. Denique de conſilio et auxilio quod a patriarcha Jeroſolimitano magiſtris et fratribus religioſarum domorum recepimus in partibus ciſmarinis. cum tempus et locus fuerit apertius uobis curabimus nuntiare. Vnum tamen dicere poſſumus. et merito non tacere. de magiſtro et fratribus domus ſancte Marie Theutonicorum. quod ab ipſo aduentus noſtri principio in ſeruicio dei nobis tam deuote quam efficaciter aſtiterunt. Vere nunc igitur nobis et omnibus illuxiſſe uiſa eſt dies illa. in quo angeli cecinerunt. Gloria in excelſis deo et in terra pax hominum bone uoluntatis. Proinde agatis et uos gratias altiſſimo qui hec fecit et in celebritate tanti gaudii tanteque leticie. cum timore et amore diuino exultantes. benedicatis illum. qui facit mirabilia magna ſolus. Sciturі quod die ſabbati XVII. huius menſis Martii predictam ciuitatem ſanctam Jeruſalem. intrauimus cum ingenti gaudio exercitus

Chriſtiani. In qua ſepulchrum dei uiuentis reuerenter uiſitauimus tanquam Katholicus imperator. ac ſequenti die dominico XVIII. eiusdem menſis. coronam ibi portauimus ad honorem et gloriam ſummi Regis et ad eius reedificationem quidem dedimus et taliter ordinauimus. quod in abſentia noſtra. ita bene et fortiter muris et turribus muniatur ac ſi ſemper ibi preſentes eſſemus et quod de ea non poterit in poſterum dante domino formidari. Scientes iuſuper quod Soldanus predictus captiuos quos non reſtituit tempore perdite. Damiate. ſecundum pactum tunc temporis habitum inter Chriſtianos et ipſum et alios qui poſtmodum capti fuerunt. reſtituere debet omnes. Data in ciuitate ſancta Jeruſalem XVIII. Martii II. Indictionis.

a) Ex libris cop. passav. II. f. 72. et III. f. 62. b.

b) Annum Chr. non expressum indicant indictio IIda et dies sabbathi ac sequentis dominicae, cadentes in 17 ac 18. Martii.

c) Editum a Bar. de Hormayr in den Wiener Jahrbüchern der Litteratur XL. Bd. S. 147 — 151.

CCLXXXII.

Anno 1230. mense April. Fogiae.

Fridericus II. imperator monasterio Richersperg renovat ac confirmat privilegium patris sui, Heinrici VI. imperatoris.

Acta anno dom. inc. M.CC.XXX. menſe Aprili, tertiae Indictionis, imperante domno noſtro Friderico Romanorum imperatore, ſemper Auguſto. Jheruſalem et Siciliae rege, anno imperii eius X. regni Jheruſalem V. regni vero Siciliae XXX. Data Fogiae anno, menſe et indictione praetitulatis.

a) Ex codice membranaceo eiusdem monasterii, conscripto an. 1420. fol. 7. b.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Mon. Boic. IV. 433. num. 33. ubi haec emendentur: pag. 434. lin. 8. leg. innovare et confirmare; p. 435. lin. 5. add. Signum etc. (Monogramma.)

d) Privilegium Heinrici VI. 1195. 7. Octob. non repetitur in copia, sed laudatur ex praecedenti eius copia. Ratio neglectae insertionis fuit mutatus interim status advocatiae principalis, qui innuitur in privilegiis desuper ab Eberhardo archiep. salisb. et Honorio III. summo pontifice concessis a 1226. M. B. l. c. 430. 431. n. 29. et frequenter in aliis chartis posterioribus.

CCLXXXIII.

Anno 1230. 30. Junii. Apud Nurnberg.

Heinricus VII. rex, de providentia consilii sui iudaeis ratisponensibus libertatem, a suis progenitoribus obtentam, auctoritate regia confirmat: ut aurum et argentum emere et vendere in civitate ratisponensi, et nullatenus ante iudicem, nisi quem ipsi elegerint, in causa trahi possint; nec quisquam a iudaeis aliquid evincere debeat, nisi iudaeus testis intersit; denique quaecumque decem annis in potestate habuerint, absque contradictione cuiuslibet possidebunt.

Heinricus dei gracia Romanorum Rex et ſemper Auguſtus Vniuerſis Imperii fidelibus hanc litteram inſpecturis Graciam ſuam et omne bonum Vniuerſitati tam preſencium quam futu-

rorum,

rorum, duximus declarandum quod nos de prouidencia Conſilij noſtri Vniuerſis Judeis Ratiſponenſibus talia Jura et Libertates que a noſtris progenitoribus et Predeceſſoribus habuerunt Auctoritate Regia Confirmamus Dantes eis hanc Libertatem et Jus: vt aurum et argentum emere debeant et vendere in ciuitate Ratiſponenſi et nullatenus ante Judicem niſi quem ex parte eorum elegerint et accipient debent in cauſam trahi vel alicui reſpondere et nec clericus nec Laicus poteſt vel debet a Judeis aliquid euincere uel Proteſtari niſi Judeus Teſtimonio interſit et vnus ſit ex teſtibus Quecumque bona in poteſtate eorum decem annis habuerint: et tranquille posſiderunt abſque contradictione cuiuſlibet poſtmodum poſsidebunt et habebunt Mandamus ergo, et ſub pena Gracie noſtre diſtricte precipimus vt nullus ſit qui auſu ductus temerario prefatis Judeis ſupraſcripta jura et Libertates infringere audeat, Aut alicuius ingenij ſcrupulo perturbare, quod qui fecerit a noſtra gracia eſt excluſus Ad cuius eciam facti noſtri robur in poſterum valiturum Preſens Priuilegium conſcribi, et sigillo noſtro juſſimus inſigniri Datum apud Nurnberg Anno dominice jncarnacionis Milleſimo Ducenteſimo Triceſimo ij Kal. Julij Indictione Tercia.

a) Ex transumto Waltheri abbatis Scotorum ratisponensium s. d. 13 mens. Oct. 1499.

b) notæ chronologicæ concordant.

c) Ineditum.

CCLXXXIV.

Anno 1230. (fine) mens. Septemb. prope Anagniam.

Fridericus II. imperator infeodationem urbis frisingensis, a Geroldo quondam episcopo duci Bawariae factam, iudicio et consilio principum revocat; quia eadem civitas, ceu prima et legitima dos sedis episcopalis, cuiquam titulo infeodationis conferri nec potuit, nec debuit.

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator augustus, Jerusalem et Sicilie Rex dilectis fidelibus suis, preposito decano et vniuersis Ministerialibus Ecclesie frisingensis, tam presentibus quam futuris imperpetuum. Ad hoc Rex Regum et dominus dominancium ad obtinendum diadema Imperii sublimavit. vt vniuersis et singulis equitate servata que in preiudicium Ecclesiarum et personarum existentium in eisdem quas manutenere ac tueri tenemur, ab aliquibus temere attemptantur provide ad earum comodum reuocemus, ut feliciter nobis regnantibus nullum dispendium vel diminucionem rerum temporalium incurrant, sed pocius Imperialis sublimitas (et) clemencia in libertatibus suis et iuribus salubriter et sine lesione aliqua gubernentur. Cum igitur sicut dilecto fidele nostro C. preposito Inticense (i) didicimus referente G (Geroldus) quondam Episcopus Frisingensis Ciuitatem Frisingensem ad ius et proprietatem frisingensis Ecclesie dotis titulo pertinentem, Duci Bawarie in feodum duxerit concedendam in graue Frisingensis Ecclesie detrimentum, et idem prepositus super hoc coram nobis et principibus in Curia nostra presentibus questione deposita cum instancia postulasset Imperiali sententia diffiniri, utrum hoc facere licuisset Episcopo supradicto. Nos tandem peticioni sue benignum

prebentes auditum, cum Aquilegienſi Patriarcha et Archiepiſcopo Salzburgenſi, et Epiſcopo Ratisponenſi, et Auſtrie atque Meranie nec non et Karinthie Ducibus et cum aliis noſtris fidelibus, ſuper hoc tractatum habuimus diligentem ab vniuerſis et ſingulis quid iuris eſset ſollicite inquirentes. Et quia nobis uiſum fuit quod infeodacio hujusmodi fieri non potuit, quia de iure non debuit ſtatuimus eam eſse penitus irritandam. Quia vero Civitas Friſingenſis eſt ſedes Episcopalis, et prima legittimaque dos Eccleſie Friſingenſis, ante ipſius dedicationem ad opus miniſteriorum, et luminarium eiuſdem Eccleſie legittime cum omni jure ac plenaria libertate collata, et propterea non licet eam cuiquam quoquam titulo infeodacionis conferri. Nos apud Anagniam conſtituti memorate civitatis infeodacionem ſub quocunque titulo infeodationis factam, de Principum predictorum conſilio Imperialis noſtre Maieſtatis auctoritate caſsamus et decernimus eſse nullam, eandem Ciuitatem cum omni ea libertate, quam ex antiquo habuiſse dinoſcitur, ad ius et proprietatem et uſus debitos friſingenſis Eccleſie legittime reuocantes. Nulli ergo hominum liceat omnino hanc noſtram ſententiam infringere, vel ei auſu temerario contraire Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit Mille Marcas auri componat, medietatem nobis, reſiduum Eccleſie ſupradicte, ſentencia eadem nichilominus in ſuo robore imperpetuum duratura. Ad huius autem ſententie noſtre memoriam, et ſtabilem firmitatem preſentem divalem paginam fieri, et Bulla aurea typario noſtre maieſtatis impreſsa iuſsimus communiri. Hujus quoque rei teſtes ſunt Hii. Eberhardus Archiepiſcopus Salzburgenſis. Sifridus Episcopus Ratisponenſis Imperialis aule Cancellarius, frater Hermannus Rector domus Deuthunicorum Pernhardus dux Karinthie. Rudolfus comes de Awichſpurch C Purchgrauius de Nurnberch. Gebhardus de Arnſtein C. de Hohenloch Engelhardus de Adelburch Reinhardus de Hagenawe Al. Rindsmaul C. de weizenburch. Reimarus de Prennenberch et alii quam plures. Acta ſunt hec Anno dominice incarnationis MCCXXX Menſe Septemb. Quarte indictionis. Imperante domino noſtro F. Dei gracia invictiſsimo Romanorum imperatore Semper au-

guſto. Jeruſalem et Sicilie Rege. Anno imperii X. Regni Jeruſalem quinto. Regni uero Sicilie XXXII feliciter amen. Datum per manum Sifridi Ratisponenſis Epiſcopi et Imperialis Aule Cancellarius. In caſtris prope Anagniam. Anno menſe et indictione preſcriptis.

a) Ex libr. cop. fris. III. f. 133. b.

b) Notae chronologicae omnes inter se conveniunt, et quidem ad finem mensis Septembris, quem indicat indictio, dicta caesarea, á die 24. Septembr. incipiens. Memoratus autem ab initio dux Austriae, 28. Julii eodem anno defunctus, innuit, negotium istud adhuc eo vivente ac in curia praesente fuisse pertractatum, seriusque membranae inscriptum.

c) Editum in Hund. metr. I. ed. Mon. 163. edit. Ratisb. 110. in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 255. in Meichelbeck Hist. fris. II. I. 8.

CCLXXXV.

Anno 1230. mense Septembr. prope Anagniam.

Fridericus II. imperator civibus ratisponensibus eorumque haeredibus et successoribus varias concedit facultates, viginti et uno capitulis comprehensas, salvo tamen iure suo et ecclesiarum.

Cvm ad fidelium deuotionem benigne dirigimus aciem mentis noſtre, ac eorum profectibus intendimus diligentius, augetur in eis deuocio fidei, et tam ipſos quam alios ad ſeruiendum fidelius per liberalitatis exemplum ferentius inuitamus. Inde eſt quod notum fieri volumus Vniuerſis imperii fidelibus. tam preſentibus quam futuris, quod nos attendenteſ puram fidem et deuocionem ſinceram quam ciues Ratiſponenſes erga imperium

et nos ſemper habuerunt, conſiderantes quoque fidelia et grata ſeruicia que pro honore et exaltatione imperii atque noſtra exhibuerunt diucius et exhibere poterunt in poſterum graciora, volentes Ciuitatem ipſam propter ciuium merita gratia et beneficiis noſtre celſitudinis ampliare, de inmenſa liberalitatis noſtre gratia concedimus eiſdem ciuibus heredibus et ſucceſsoribus ſuis in perpetuum, omnia que in capitulis infra ſcriptis apercius continentur ut ipſis perpetuo utantur pacifice et quiete. Inprimis quicunque cives (is) Ratiſponenſes (is) de duello impetitur, ſi ſe poterit expurgare duodecima manu honeſtarum perſonarum de inpeticione, qua impetitur ſit abſolutus. Item Quicunque ciuis impetitur quod de domo ſua uel in domum (mo) ſuam (sua) aliquis ſit interfectus, uel quod in ea ſervaverit proſcriptum, propter quod domus ſua deſtrui deberet, ſi eſset verum, et actor cauſam ipſam proſequitur conquerendo, ſed pax eo tempore non eſset in ciuitate iurata, ſola ſe manu expurgabit. Si vero ciues pacem ſervare iurauerunt, is qui reus putatur tercia manu ſe purgabit, inter quos ſint duo qui dicuntur denominati. Item nullus invadere debet domum alicuius civis uel res in ea ſibi uſurpare, ſine iudicio civitatis. Similiter neque dux, neque alter potens dominus debent domum alicuius ciuis poſt mortem ipſius uel eiuſdem res infra ciuitatem uel extra ſibi vſurpare, ſed bona ciuium domus et reliqua ſuis heredibus relinquentur (relinquantur), et quodquod domini uel alii quicunque contra heredes agere velint, illud ordine iudiciario proſequantur. Item quicunque ciuis Ratisponenſis conciuem ſuum extra civitatem detinuerit, uel res eius quęremoniam contra illum mouendo niſi prius conqueſtus fuerit, civitati et iuſtitia ſibi denegata ſit, emendabit delictum epiſcopo decem libris, Duci cum X libris, ciuitati cum X libris Item quicunque reſidens in civitate impetitur de ſeruili conditione qua teneatur in petenti, ſi talis probabit, quod decem annis permanſerit, a nullo impetitus deinceps ſecurus permanebit, a tali impeticione. Item quicunque domos, vineas, arcas, curias vel alias poſſeſsiones infra terminos pacis civitatis Ratisponenſis ſine impetitione poſſederit, decem annis et poſtea ſuper illis fuerit impetitus, ſi quie-

tam poſsesſionem ſeptima manu probabit, in pace res ipſas poſtea poſsidebit. Item infra muros ipſius ciuitatis in vicino et foris extra foſsatum nullatenus edificabit, niſi XII pedes diſtent, inter mvros et edificium, et totidem foris inter foſsatum. Quod ſi aliter factum fuerit, preter licentiam ciuium removebitur edificium per iudicium ciuitatis. Item dux, quando ſollempnem curiam habuerit in ciuitate Ratisponenſi ſolito more, indictum non exercebit iudicium contra miniſteriales Eccleſie neque contra ciues, niſi tercio die, nec contra ciues procedet, niſi per ſententiam ſuorum conciuium et non aliorum. Item maior advocatus, qui Tvmvogt vulgariter appellatur, et poteſtatem habet iudicandi ex parte epiſcopi, et ex parte Ducis Burchgrauius in nullum civem proſcriptionis ſententiam promulgabunt, niſi quando publicum habent placitum ex antiquo ſtatuto, quod uterque illorum habere debet tantummodo ter in anno. Item tribus in Anno uicibus ciues prout expediens fuerit de voluntate Epiſcopi et ducis monetam intrabunt cum magiſtris ab epiſcopo et duce ad monete officium deputatus (tis). et denarios examinabunt et ſiqua in eiſdem inuenta fuerit, falſitas, prefati Epiſcopus et dux iudicabunt. Item ciues poteſtatem habebunt eligendi Hanſgravium qui diſponat, et ordinet, extra ciuitatem et non infra, ea tantum que reſpiciunt negotia nvndinarum. Item nullus ciuis, neque bona illius detineri debent, loco pignoris pro Epiſcopo uel pro duce, uel pro quacunque alia perſona, niſi tantum pro ſuo conciue, hoc adiecto, quod detentor ciuibus primo propoſuerit cauſam ſuam, et iuſtitia ſibi fuerit denegata. Item quicunque ciuis acquiſierit bona uel a monaſteriis uel ab aliis quibuslibet perſonis, vineas, domos vel alias poſseſsiones ad ſpacium vite vnius uel plurium perſonarum, ſi contingat dominum cuius ſunt bona, vendere uel infeudare uel obligare illa, non minus habebit ille, qui acquiſiuit bona in eiſdem bonis, iuxta quod dictum eſt, ius quod acquiſiuit, ei qui tunc bonis dominatur cenſum ſoluturus. Item quicunque ciuis naufragium paſsus fuerit, et ob hanc cauſam a quocunque ſpoliatus fuerit bonis ſuis ipſe ſpoliator, propter cauſam delicti proſcriptus imperii habeatur. Item quicunque

emendo et vendendo ritum negotiationis exercuerit, ille reddat cum civibus collectas, exceptis clericis quos ſuper talibus relinquimus Epiſcopo corrigendos. Item peticioni ciuium aſsentimus ſtatuentes, ut ſinguli potentes de ciuitate ſua qui vaſallos ſibi faciunt ad turbandam pacem ciuitatis, qui mvntman vulgariter nominatur, ad munitionem civitatis dent decem libras, nichilominus a fidelitate preſtita relinquentes huiusmodi abſolutos: Qui autem ad hec contumaces extiterint, ſint proſcripti Item ſtatuimus quod Ciues Ratiſponenſes non cogantur venire ad aliquod iudicium extra civitatem, cum hoc ſit, de antiquo iure ipſorum, niſi habeant, predia in rure que impetantur, pro illis enim bene tenentur reſpondere coram comite in cuius comicia predium eſt locatum. Item Statuimus quod unicuique civi Ratisponenſi liceat ceruiſiam facere que familie ſue ſufficiat tali pacto, quod eam non vendat, ſed ad neceſsitatem familie ſue tantummodo expendatur illorum contradictione qui officium habent praxandi ceruiſiam non obſtante. Item ſtatuimus quod thelonium imperii quod ſolebat recipi ex antiqno extra ciuitatém que chalmüntz nominatur nullius contradictione obſtante in eodem loco deinceps perſoluatur. Item quicunque reſidens in ciuitate impetitus fuerit, quod ſit vogtman alicuius, et ille ciuis exiſtens collectas det nobis et Epiſcopo tamquam alius ciuis, nulla poſtmodum advocato ſeruicia exhibebit per coactionem, ſed tantummodo certum ab antiquo determinatum ſervitium exſolvet. Item ſi homo qui cenſualis dicitur continuam fecerit in ciuitate reſidenciam, iura ciuitati conſeruando in dandis collectis et aliis que a ciuibus ſtatuuntur, nulla poſtmodum exhibebit domino ſervitia per coactionem, ſed tantummodo perſoluet cenſum. Saluum tamen in hijseſse volumus ius eccleſiarum. Acta ſunt hec Anno dominice Incarnationis MCCXXX. Menſe Septembris Quarta Indictione Imperante domino noſtro friderico dei gratia glorioſiſsimo Romanorum Imperatore Semper Auguſto. Jeruſalem et Sicilie rege. Anno imperii eius X Regni Jeruſalem V Regni vero Sicilie XXXII feliciter Amen. Datum in Caſtris prope Anagniam Anno. Menſe et indictione preſcriptis.

a) Ex codice membranaceo ratisbonensi, conscripto an. 1323, cui bina vice insertum reperitur, fol. 41. b. 42. num. 72. et fol. 62. b. n. 96, sed ubique mutilum; ubique enim deest linea initialis, sive titulus imperatoris, desumptus ex Hundio inferius laudando, et ex alio diplomate huius imperatoris, civibus ratisp. eodem tempore concesso et dato in eodem loco, quod inter authographa est exhibitum; in altera copia contextus circa medium diplomatis finitur, omissis omnibus, quae sequuntur cum notis loci et chronologicis.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, siquidem indictio censeatur caesarea, currens a 24. Septembris et annus regni Siciliae non à mense Maio, sed a mense Octob. vel Novemb., vel certe numeretur completus ante aliquot menses.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. Mon. 238. ed. Ratisb. 159. et in Lünig Reichsarchiv part. speciali, continuat. IV. Theil II. 262. num. 1. Memoratum et commentario germanice illustratum a Gemeiner Regensb. Chronik I. 321 — 327.

CCLXXXVI.

Anno 1231. 4. Aprilis.

Heinricus VII. R. rex principi suo, ratisponensi episcopo declarat, quod monasterio waltsassensi parochiam Bundrebe, sub dioecesi eius constitutam, libere contulerit et privilegio roboraverit.

Henricus dei gratia Romanorum rex et ſemper auguſtus. dilecto principi ſuo. venerabili Epiſcopo Ratiſponenſi. gratiam ſuam et omne bonum. Cum noſtre maieſtatis eminencie decens et congruum ſit ea que ſub titulo elemoſine deo dicatis contulimus ad perfectum ſtabilire. tuam diſcrecionem vna cum omnibus paginam inſpecturis ſcire uolumus quod nos regali de Munificencia. Parrochiam in bundrebe ſub dioceſi tua conſtitutam

tam libere et abſolutè eccleſie waltſaſſenſi pro remedio anime noſtre et noſtrorum progenitorum contulimus. firmantes id priuilegio per inpoſicionem ſigilli noſtri cum teſtibus ſollempniter roborato. Quamobrem proceſſu temporis ſi parrochia ipſa paſtore orbata petitores. noſtram clemenciam ut mors (mos vel moris) eſt adeuntes. aliquis eorum per nos prioris donacionis oblitos. hanc obtinuerit noſtre manus porrectioni ſe in uanum ſciat inclinare quippe cum nolimus. nec fas ſit priori teſtamento poſtrema preferri debere. actionem uero huius rei preſens ſcriptum ſigillo noſtro munitum perpetuo in poſteros demandabit memoriali. Acta ſunt hec anno domini M.CC.XXXI. II. Non. Aprilis preſentibus Magiſtro Bertoldo de tamenrod (tannenrod) Dapifero Eberhardo de walpurc pincerne (pincerna) Cunrado de winterſtetin. Cunrado pincerne (pincerna) de clingenberc. hiltepoldo et lvpoldo de Grindela et aliis multis.

a) Ex libro copiali antiquissimo f. 14.

b) Indictio non est expressa nec notatus locus peracti negotii.

c) Ineditum.

d) Memorata donatio iuris patronatus facta est apud Herbipolim 1227. 15. Mart.

CCLXXXVII.

Anno 1231. 1. Maii. Wormatiae.

Heinricus VII. rex ex sententia curiae suae frisingensi episcopo, ceu principi imperii, permittit munitionem civitatis et montis frisingensis, ad commodum et obsequium imperii et ipsius ecclesiae.

Heinricus dei gratia Romanorum Rex et ſemper auguſtus. vniuerſis Imperii fidelibus quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit. gratiam ſuam et omne bonum. Ad noticiam vniuerſorum cupimus peruenire quod coram principibus nobilibus et familiaribus Curie noſtre ſubſcriptis. talis lata ſententia fuit et ab omnibus approbata, quod quilibet Epiſcopus et Princeps Imperii Ciuitatem ſuam debeat et poſsit ad opus et obſequium Imperii et ipſius. in foſsatis muris et in omnibus munire. Inde eſt quod auctoritate preſentium dilecto Principi noſtro venerabili friſingenſi Epiſcopo liberam auctoritatem dedimus edificandi Ciuitatem et montem friſingenſem, ad comodum et obſequium Imperii et Eccleſie ipſius Et ad maiorem euidenciam preſens ſcriptum Sigillo noſtre celſitudinis communitum memorato Episcopo et Eccleſie ſue iuſsimus exhiberi. Teſtes qui interfuerunt ſunt hii. venerabiles Maguntinus Treuerenſis Magdeburgenſis Archiepiſcopi. wormacenſis Erbypolenſis Curienſis Auguſtenſis Epiſcopi. Lotringie Iempurch Meranie Duces. walerammus Palatinus Comes. Comes de Oetingen Burchgrauius de Nvrenberch. et alii quam plures. Datum apud wormaciam Kal. Maii. Indictione IIII.

BAUDIN, Nicolas (1754-1803), French navigator, was born at Geneva. He was appointed in 1800 to command a scientific expedition to the Pacific, and sailed from Le Havre in October of that year. He died at Mauritius.

Baudissin, Wolf Heinrich Graf von (1789-1878), German theologian, was born at Kopenhagen, and studied at Kiel, Heidelberg, and Berlin. He was professor of theology at Kiel from 1815 to 1819, when he was deprived of his chair on account of his liberal views. He was afterwards professor at Jena (1824-1831), and at Leipzig (1831-1878). His principal work is *Studien für christliche Theologie und Kritik* (1831-1876).

15. add. in copia separata: Ortenberg pro Hortzinberg, lin. 16. leg. Corr. (sive Corradus Italis, nobis Conradus sive Cuno); lin. penult. quinte loco V.

d) Memoratum hic privilegium Friderici I. in eodem codice habetur 1158. 27. April.

CCLXXXIX.

Anno 1232. mense Aprili apud Aquilegiam.

Fridericus II. imperator constitutione et sanctione generali, quam bulla aurea munivit, revocat communia consilia, magistros aliosque officiales civium, qui in omni civitate vel oppido Alemanniae, sine archiepiscoporum vel episcoporum beneplacito, statuuntur, irrita simul declarans omnia privilegia, omnesque literas, quas vel ipse vel praedecessores sui, archiepiscopi etiam et episcopi super societatibus communibus seu consiliis, in praeiudium principum et imperii dederunt, sive privatae personae sive cuilibet civitati.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis Fridericus ſecundus diuina fauente clementia Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, Jeruſalem et Sicilie Rex, Cum Romane Monarchiam dignitatis ipſo auctore per quem Reges regnant, et principes obtinent principatus qui ſuper gentes et regna conſtituit, Sedem noſtram principalem teneamus et ſimus in poteſtatis plenitudine conſtituti, Imperatoriam condecet Maieſtatem eos per quos cepit et in quibus conſiſtit noſtre glorie celſitudo qui et vocati ſunt nobiſcum in partem ſollicitudinis cum a noſtra celſitudine decus recipiant et decorem non ſolum in ſuis an-

tiquis iuribus tueri pariter et fouere, immo quantum equitas ſinit et permittit ratio, nouis et honeſtis tam iuris quam gratie muneribus decenter et honorabiliter decorare. Sane cum ex defectu iuris pariter et neglectu in partibus Alemannie adeo in vſum ſint redacte, quedam conſuetudines deteſtande, ut boni ſpeciem preferentes iniquitatem quodam falſo pallient velamento quibus et principum Imperii iuri detrahitur et honori et Imperialis nichilominus auctoritas per conſequens eneruatur, noſtre incumbit ſollicitudini precauendum ne huiusmodi conſuetudines quas cenſemus potius corruptelas in diuturniora tempora protrahantur. volentes igitur ut libertates et dona, que dilecti noſtri et Imperii principes ex dono noſtri culminis nunc poſsident et ſunt, pro tempore poſſeſsuri latiſsima interpretatione gaudeant, et quieta omnimodis ipſi principes ea poſsideant libertate ac (hac) noſtra edictali ſanctione revocamus in irritum et caſſamus in omni ciuitate vel Oppido Alemannie communia conſilia Magiſtros Ciuium, ſev Rectores, vel alios quoſlibet Officiales qui ab univerſitate Ciuium ſine Archiepiſcoporum vel Epiſcoporum beneplacito ſtatuuntur, quocunque per diuerſitatem locorum nomine cenſeantur. Irritamus nichilominus et caſsamus cuiuſlibet artificii confraternitates ſev ſocietates quocunque nomine vulgariter appellentur. Item hac noſtra edictali ſanctione placuit ſtatuendum ut in omni civitate vel oppido vbi moneta iure cuditur, nec mercimonia nec victualia aliquo argenti pondere emantur ſev vendantur, preterquam illis denariis qui cuilibet Ciuitati vel oppido ſunt communes, ſicut enim temporibus retroactis ordinatio Ciuitatum et bonorum omnium que ab imperiali celſitudine conferuntur ad archiepiſcopos et epiſcopos pertinebat, ſic eandem ordinationem ad ipſos et eorum Officiales ab eis ſpecialiter inſtitutos perpetuo volumus pertinere non obſtante abuſu aliquo ſiquis in aliqua civitate forte contrarius extitiſset quod de facto potius quam de iure cenſemus. Vt igitur talis omnino remoueatur enormitas et abuſus nec auctoritatis aliquo uelamine pallietur Omnia priuilegia literas apertas et (vel) clauſas quas vel noſtra pietas vel predeceſsorum noſtrorum, archiepiscoporum etiam et

epiſcoporum ſuper ſocietatibus communibus ſev conſiliis in preiudicium principum et imperii ſiue priuate perſone dedit, ſiue cuilibet Ciuitati ab hac die inantea in irritum reuocamus, ac ſriuola penitus et inania reputamus Proteſtantes hanc noſtre conſtitutionis ſev ſanctionis ſeriem exquiſitam ex decreto principum et ex noſtra certa ſcientia in forma iudicii proceſsiſse. Statuimus igitur et imperiali ſanctimus edicto quatenus nulla omnino alta vel humilia (humilis) Eccleſiaſtica vel mundana perſona huic noſtre conſtitutioni ſev ſanctioni vllo adveniente tempore aliquatenus contraire vel obviare preſumat Quod qui preſumpſerit preter indignationem noſtram ſciat ſe XI. librarum auri puri pena mulctandum quas fiſco noſtro volumus applicari ad huius autem conſtitutionis et ſanctionis noſtre memoriam et robur perpetuo valiturum preſentem diualem paginam fieri et bulla aurea dipario (typario) noſtre maieſtatis inpreſsa iuſsimus communiri, Huius rei teſtes ſunt B. patriarcha Aquilegenſis A. Maidburgenſis O. Ravennas P. Panormitanus archiepiſcopi. E. Babenbergenſis S. Ratisponenſis Imperialis aule cancellarius, H. Wormatienſis, Brixinenſis, Oſenburgenſis, Curienſis Regium (Reginenſis) Ymolenſis, Mutinenſis, ſaventinus Epiſcopi. A. Saxonie, O. Meranie et B. Karinthie duces, H. de Orthenberch, H. de Maſawe C. de Honenlch (Hohenloh?) S. de Spanheim et H. frater eius, L. de Hohenſtat, Comites B. de arnſtein ſacri Imperii in ytalia legatus, G. de Bonlandia, Gunzlinus, Richardus Imperialis aule Camerarius et alii quam plures. Signum domni Friderici ſecundi Romanorum imperatoris ſemper Auguſti Jeruſalem et Sicilie Regis Ego Sifridus Ratisponenſis Epiſcopus Imperialis aule Cancellarius, vice domni Syfridi Moguntini archiepiſcopi in Germania archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hec Anno dominice Incarnationis MCCXXXII Menſe Aprilis. Quinte Indictionis. Imperante domno noſtro Friderico ſecundo dei gratia invictiſsimo Romanorum Imperatore ſemper Augusto Jeruſalem et Sicilie Rege Anno Romani Imperii eius duodecimo Regni Jeruſalem Septimo Regni vero Sicilie XXXIIII. feliciter amen. Datum aput Aquilegiam Anno Menſe et indictione preſcriptis.

a) Ex codice membranaceo, qui Calendarium dicitur, anno 1323 conscripto, ubi bina vice insertum est, fol. 41. n. 71. et f. 61. b. 62. n. 95. collatum cum copia, quam inseruit Rudolphus diplomati 1275. 12. Mart. Spirae dato archiepiscopo moguntino.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Ried Cod. dipl. ratisb. I. 367. n. 384. et quidem ex originali, cui appendebat bulla aurea, prout Ried in fine eiusdem num. testatur. Originale nondum inventum est, lectiones autem copiarum in non paucis locis meliores sunt, ac illae Riedii. Eodem loco ac tempore aliud, ast multo brevius diploma super revocatione communium consiliorum, magistrorum seu rectorum in omni civitate et oppido Alemanniae, confraternitatum et societatum etc. absque dominorum voluntate, quod impressum legitur in Brower Annal. trevirens. II. 129., in Lünig Reichsarchiv parte speciali, continuat. I. Forts. II. 403. n. 125. et in Schaten Annal. paderborn. II. 13 et 14.

d) Ex laudato diplomate Rudolphi I. confirmatorio 1275 editum in F. J. Hertling diss. de comitiis a Rudolpho I. Habsp. celebratis p. 33. cnfr. von Lang Reg. III. 455.

CCXC.

Anno 1232. 1. Julii. apud Egram.

Heinricus VII. R. rex monasterio Waltsassen donationem bonorum in Culme in partibus Olsniz, per Reimbotonem de Stracenberch fratresque eius sub certis conditionibus illuc factam, confirmat, cum bona illa in feodum a rege obtinuissent Lantgravii de Thuringia, ab his comes de Eberstein, ab eo denique praedictus Reimboto.

IN nomine ſancte et indiuidue trinitatis H. dei gratia Romanorum rex et ſemper auguſtus omnibus fidelibus preſentem paginam intelligentibus gratiam ſuam et omne bonum. Quoniam ex commiſſo nobis regni gubernaculo quamlibet eccleſiam ſub iure noſtre dicionis poſitam et maxime ordinem ciſtercienſem toto conamine augmentare promouereque tenenemur (tenemur) et affectamus Cenobium in Waltſaſſen ex conſenſu quorundam fidelium noſtrorum quibuſdam bonis ditare dignum duximus. Sciant ergo tam preſentes quam futuri quod cum illuſtris lantgrauius H. de turingia cum fratre ſuo cunrado in partibus olsniz. fewdum quoddam nomine Culme a nobis Comesque cunradus de Eberſtaine a predicto lantgrauio et Reimboto de ſtracenberch ab eodem comite tenuerit. Idem Reimboto cum omnibus fratribus ſuis et eorum ſucceſſores (ribus). Iam dicta bona et omnia illorum pertinencia vna cum predictorum baronum auctoritate. nobis abſolute reſignauit ſub tali forma. ut eccleſia noſtra in waltſaſſen. pro anime ſue et omnium affinium ſuorum Remedio poſt obitum ſuum remota omni exactione et ſeruicio redditus in perpetuum poſſideat Reſignatos Quod ſi proceſſu temporis predicti fratres iam dicta bona uendere ſeu cam-

cambire in vſus ſuos uoluerint cum uoluntate fratrum ſepedicti reimbotonis uel ſucceſſorum ſuorum hoc fiat. Ita dumtaxat ut nulla exactio huius rei cauſa a memoratis fratribus ab aliquo exigatur. porro ſi ſucceſſores ſeu fratres ſepedicti. R. eadem bona quolibet modo emere uoluerint. primam electionem libere habeant. Et ne temeraria preſumpcione hanc ſollempnem donacionem quis infringere preſumat ſigilli noſtri inpreſſione roborare decreuimus. Huius rei teſtes ſunt domnus abbas de Walderbach — Comes de ſtalberch. (Stolberch) Comes fridericus de bichenlin. duo fratres de ſparnberch. arnoldus et Rudegerus. Harmannus de ſalenberch Theodericus camerarius de mulhuſen. Heinricus de hebenſtein. Vlricus de tulleſtete. duo nothaſti fratres albertus et heinricus et alii quam plures. Datum apud egram anno incarnacionis domini M.CC.XXXII. Kalend. Julii indictione V.

a) Ex libro copiali antiquissimo fol. 15.
b) Indictio respondet anno Chr. expresso.
c) Ineditum, memoratum autem a Bruschio in Monasteriologia p. 249.

CCXCI.

Anno 1232. 30. Septemb. apud Spiram.

Heinricus VII. rex Joanni de Scharpfeneck eiusque haeredibus aut successoribus praefecturam et wildpannum totius districtus, Heingereiden vocati, circa castrum eorum Scharpfeneck, iusto feudali titulo concedit.

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper Auguſtus Tenore praesentium recognoscimus publice profitentes, quod nos Nobili viro fideli noſtro Joanni de Scharpfeneck ejus haeredibus

ac ſucceſſoribus auctoritatem dedimus faciendi bona praedialia in, inter et circa montes vulgariter Roſsbach et Urlesberg dictos quorum etiam montium venationes una cum adhaerentibus nemoribus seu campis hinc inde in quatuor millium paſsuum distantia, tali eorum castro Scharfeneck competere discernimus, nec non praefecturam et Wildpannum totius districtus vulgariter Heingereiden vocatum (ti) eis justo feudali titulo conceſsimus, mandantes et firmiter praecipientes, ne quis nos alicujus ingenii ſcrupulo perturbare, aut huic facto obviare audeat, quod si quis facere praesumserit, offensam nostram se graviter incurriſse sciat praeſentium teſtimonio literarum. Datum apud Spiram anno Dominicae Incarnationis millesimo ducentesimo trigeſimo secundo pridie Calendas Octobris. Indictione sexta.

a) Ex copia vidimata per Joh. Frid. Hahn notarium publicum, Carlsruhe 1764. 17. Jun., qui testatur, se ex alia copia per Ch. Monsharter lectorem camerae caesareae spirens. 1564. 13. Mart. suam transsumpsisse. Communicata nobis haec copia est ex Archivo regio spirensi bina vice 1831. 26. August. et 24. Januar. 1832.

b) Indictio, dicta caesarea, respondet anno expresso.

c) Ineditum, nec a Böhmer memoratum.

CCXCII.

Anno 1233. 1. Septembr. in castris Ratisponae.

Heinricus VII. rex Rudigero pataviensi episcopo mandat, ut iurisdictionem in cometiis ipsius et ecclesiae eius exerceat, et exercendi facultatem habeat, non obstantibus litteris, quae suppresso harum tenore a rege fuerint impetratae.

Heinricus dei gratia Romanorum rex et ſemper Auguſtus. Dilecto principi ſuo. R. uenerabili epiſcopo patauienſi gratiam ſuam et omne bonum. Juſtis petentium deſideriis tam uigor equitatis nos inducit annuere quam ordo exigit rationis. Ea propter petitioni tue grato concurrentes aſſenſu. Mandamus tibi per gratiam noſtram firmiter precipientes. quatenus iuriſdictionem tuam in Comeciis tuis et eccleſie tue. faciendo iudicium et iuſticiam a te requirentibus exerceas. et exercendi habeas liberam facultatem non obſtantibus litteris. que ſuppreſſo harum tenore a noſtra maieſtate fuerint impetrate. Datum anno dominice incarnationis. M.CC.XXXIII in Caſtris Ratiſpone. Kal. Septembris. Indict. VI.

a) Ex codice passav. III. f. 72.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum, extractum autem ab Aventino in excerptis passav. ap. Oefele I. 715. a.

CCXCIII.

Anno 1234. 11. Julii. apud Egram.

Heinricus VII. rex civitati suae egrensi sectionem in ea de vico Schiphgaze ab Henrico de Libenstein comparat, et ei novalia in Gruoene iuxta montem Thilchelberc cedit.

Henricus dei gratia Romanorum rex et semper augustus vniuersis imperii fidelibus hanc litteram inspecturis imperpetuum (in perpetuum) Cum circa profectum imperii nostra celsitudo inuigilat. cauta deliberacione sibi prouidet. cum ea que decreuerit uel fecerit scripterum memorie recommendat. Per presens itaque scriptum notum esse cupimus tam presentibus quam futuris quod nos utilitati et libertati ciuitatis nostre egrensis uolentes intendere seccionem que in ipsa erat de uico quodam Sciphgaze dicitur (dicto) qui henrico de libenstein fideli nostro pertinebat, pro honestate imperii consentes nobis et imperio inhonestam de uoluntate dicti henrici de libenstein pro uico prenotato. facto concambio eidem noualia in Gruoene ad nos pertinencia. iuxta montem qui thilchelberc appellatur concedimus et commutamus ut autem presens commutacio siue concambium nobis et imperio henrico de Liebenstein et suis heredibus permaneat inconsulsum presentem litteram sigillo nostre celsitudinis fecimus roborari. testes sunt hii Eggebertus venerabilis Babenbergensis episcopus. comes egens (egeno) de vriburc Lantgrauius de leuggenberch. henricus de Nifen. Otto de Eberstein. Cunradus pincerna de wintherstet. Eberhardus de hertingesberge et alii quam plures. Datum aput (apud) egram anno dominice incarnacionis M.CC.XXXIIII. V. Idus Julii Indictione septima.

a) Ex libro copiali antiquissimo fol. 14.

b) Indictio notata respondet anno Chr. expresso.

c) Ineditum, memoratum autem a Bruschio in Monasteriologia p. 249.

CCXCIV.

Anno 1234. 23. August. apud Nuirenberc.

Heinricus VII. petente babenbergensi episcopo statuit, ne cives babenbergenses ad aliena iudicia de caetero evocentur.

Heinricus dei gratia Romanorum Rex et ſemper Avguſtus. Uniuerſis Imperii fidelibus gratiam ſuam et omne bonum. Ad inſtantiam et petitionem dilecti Principiſ noſtri Babenbergenſis Epiſcopi, quem ſua nobis fidelitas et devotio reddunt non inmerito gracioſum. Statuimus et ſub optentu gratie noſtre ab omnibus precipimus inuiolabiliter obſeruari, ne ciues Babenbergenſes, ad aliena iudicia de cetero quiſquam audeat euocare. Sed ſiquis eos conuenire uoluerit. forum ſequatur eorum. ſecundum conſuetudinem et ſtatuta ciuitatis eiusdem, iuſticiam coram ipſorum iudice recepturus. Siquis autem contra preſens ſtatutum venire preſumpſerit Sciat ſe indignationem noſtram grauiter incurriſse. Datum apud Nuirenberc. Anno domini M.CC.XXXIIII. X. Kal. Septembris. Indictione VII.

a) Ex cod. cop. saec. XIII. f. 109. b.

b) Indictio respondet anno Ch. indicato.

c) Memoratum ab Hoffmanno ap. Ludewig. Scr. rer. bamb. 156. Editum ex eodem codice in Heyberger Cod. prob. super Fürth. n. 28.

CCXCV.

Anno 1234. mense Novembr. Fogiae.

Fridericus II. imperator ad preces Heinrici episcopi eystetensis privilegium Philippi regis, patrui sui, anno 1199. 14. Septembr. ecclesiae eystetensi concessum, confirmat ac renovat, illud de verbo ad verbum huc transscribi faciens.

In nomine ſancte et Indiuidue Trinitatis. Fridericus Secundus. Diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper auguſtus. Jeruſalem et Sycilie Rex. In ſolio Imperii actore domino conſtituti ſic tenemur condeſcendere principibus noſtris ad gratiam et liberaliter admittere preces ſuas, quas culmini noſtro porrigunt non indignas. vt et ſuorum merita ſeruiciorum inremunerata non tranſeant, et qui merentur noſtrorum beneficiorum largicionibus ampliari debeant ſuper hiis que Sibi et eccleſiis eorum a noſtris predeceſſoribus ſunt collata confirmacionis noſtre robur, et indulgentiam obtinere. Notum ſit igitur vniuerſis Imperii fidelibus tam preſentibus quam futuris quod conſtitutus in preſencia noſtra. Heinricus venerabilis Epiſcopus Eyſtetenſis dilectus princeps noſter priuilegium quoddam predeceſſoribus et Eccleſie ſue indultum a Philippo quondam Romanorum Rege ſemper Auguſto Kariſsimo patruo noſtro diue memorie, noſtre celſitudini preſentauit, ſupplicans ut priuilegium ipſum de verbo ad uerbum tranſcribi iubentes, confirmare de noſtra gracia dignaremur cuius priuilegii tenor talis eſt. (Conf. Mon. boica T. XXIX. p. I. p. 488).

Nos igitur conſiderantes fidem et deuotionem laudabilem predeceſſorum prefati Heinrici Eyſtetenſis Epiſcopi. dilecti principis noſtri. quam ad noſtram et Imperii celſitudinem habuerunt. gratis quoque ſeruiciis eiuſdem Epiſcopi, que nobis

Karisſimo filio noſtro. Romanorum Regi et Imperio exhibuit diligenter et exhibet inceſsanter inſpectis. eundem Epiſcopum. Eccleſiam ſuam Eyſtetenſem et omnia bona ipſius que iuſte poſsidet in preſenti. et in futurum iuſto titulo poterit adipiſci. ſub noſtra et Imperii ſpeciali protectione recipientes predictum patrui noſtri priuilegium, et ea que in ipſo expreſsius continentur auctoritatis noſtre munimine confirmamus. Statuentes firmiter et Imperiali edicto mandantes, quatenus nulla perſona. alta uel humilis Eccleſiaſtica uel mundana contra preſentis confirmacionis noſtre paginam, aliquid attemptare preſumat. Quod qui preſumpſerit. penam Quinquaginta librarum auri puri ſe nouerit incurſurum, medietatem Camere noſtre. et aliam medietatem paſsis iniuriam perſoluendam. Ad cuius rei euidenciam. et robur perpetuo ualiturum. preſens priuilegium fieri. et Bulla aurea Typario noſtre maieſtatis inpreſsa iuſsimus communiri. Huius rei teſtes ſunt. S. venerabilis Moguntinus Archiepiſcopus tocius Germaniae Archicancellarii. E. venerabilis Babinbergenſis Epiſcopus. H. Marchio de Baden. Comes Hermannus de Ortenberg. Al. de Enſe. Reinhardus de Agenawe Engilhardus de Nideke. et alii quam plures. Signum domini Friderici ſecundi dei gratia Invictiſsimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti Jeruſalem et Sycilie Regis. Acta ſunt hec. anno dominice Incarnacionis Milleſimo. Ducenteſimo. Triceſimo quarto. Menſe Nouembris. VIII. Indictionis. Imperante domino noſtro Friderico dei gratia invictiſsimo Romanorum Imperator ſemper Auguſto. Jeruſalem et Sycilie Rege. Anno imperii eius quarto decimo. Regni Jeruſal. Nono. Regni uero Sycilie. Triceſimo ſexto, feliciter. Amen. Datum aput fogiam. Anno — Menſe — et indictione preſcriptis.

a) Ex libro cop. eichstet. fol. 3. b. et 4.

b) Indictio, dicta caesarea, anni imperii et regni Jerusalem, saltem ante 22. Novembr. adhuc currentes, et annus regni Siciliae ante sex circiter menses completus, respondent anno Chr. indicato.

c) Ineditum.

CCXCVI.

Anno 1235. 24. Februar. apud Spiram.

Heinricus VII. R. rex donationem partis suae in castro Calwenberg, ecclesiae herbipolensi olim factam, innovat et confirmat.

Heinricus ſeptimus dei gratia Romanorum Rex et ſemper auguſtus. Nouerint vniuerſi preſentes. ac poſteri huius pagine inſpectores. quod nos olim ad inſtantiam Nobilis viri. B. Comitis de Hennenberch recognouimus et proteſtati fuimus per litteras noſtras nos nichil iuris habere in Caſtro Calwenberg uel eius attinentijs. et ſi quid iuris. ſiue in toto. ſiue in parte eiusdem caſtri. uel ſuis attinentijs. habuimus. dedimus, donauimus et tradidimus Herbipolenſi eccleſie. et nunc ipſam recognitionem et proteſtationem per nos tunc factam. et donationem quam tunc ſimiliter fecimus per preſentes litteras innouamus. Inſuper ob fauorem dilecti principis noſtri venerabilis Herbipolenſis Epiſcopj. ſicut quicquid iuris ſiue in toto. uel in parte predicti caſtri. uel ſuis attinentijs habuimus eccleſie ſue contulimus quemadmodum ſuperius continetur. ſic et eam partem cum ſuis pertinentijs vniuerſis. que ad nos crederetur forſitan pertinere. ſibi et eccleſie ſue in proprietatem et ius perpetuum damus tradi (mus) et donamus. Hanc gratiam ſibi factam preſenti noſtro priuilegio confirmantes. Teſtes huius rei ſunt. C. Spyrenſis Epiſcopus. Landolfus Wormacienſis electus. Thegenhardus Imperialis aule prothonotarius. Albertus de vipeche Magd. Heinricus Marchio de Burchouwe. Guntherus de Rauernberg (Keuernberg). Heinricus Junior de Suarzbvrg. Fridericus de Bichelingen. Comites. Heinricus de Rabensberg Camerarius noſter. Rudolfus Bvrgrauius de vridcberg. et alij quam plures. Datum apud spiram, Anno gratie M CC XXXV. VI. Kal. Martij. Indict. VIII.

a) Ex

a) Ex libris copialibus ecclesiae wirceburg. signat. num. 5. p. 259. et sign. num. 1. dicto Bebenburgiano num. 78. libro albo privil. f. 32.
b) Indictio notata respondet anno Chr. expresso.
c) Editum a Schultes in der Coburg. Landesgesch. Urkundenb. p. 10. num. 10. cnfr. eius Gesch. p. 28.

CCXCVII.

Anno 1235. mense Junio. apud Nuremberg.

Fridericus II. imperator, petente Engelberto abbate ebracensi, privilegium a se tempore regni sui eidem monasterio indultum, inserendo renovat et in eo contenta iterum confirmat.

Fridericus dei gracia Romanorum Imperator, semper augustus. Jerusalem et Sycilie Rex. Per presens Scriptum notum fieri uolumus vniuersis Imperii fidelibus tam presentibus quam futuris. quod E. venerabilis abbas Ebracensis, dilectus fidelis noster, in nostra presencia constitutus, quoddam Scriptum quondam dicto. Monasterio a nobis indultum, tempore regni nostri, nostre Celsitudini presentauit. humiliter supplicans. ut ipsum innouare. et omnia que continentur in eo, ipsi abbati successoribus suis, et iam dicto Monasterio confirmare, de nostra gracia dignaremur. cuius tenor talis erat. Fridericus dei gracia Romanorum Rex et semper augustus. et Rex Sicilie. Nos igitur supplicationes dicti abbatis fauorabiliter admittentes, predictum scriptum, huic nostro scripto, de uerbo ad uerbum inseri iussimus. vniuersa. que continentur in ea predicto abbati. successoribus suis et dicto monasterio imperpetuum de nostra gracia confirmantes. Mandantes et firmiter iniungentes. quatenus nullus sit qui dictum abbatem. successores suos et Monasterium ipsum, contra huiusmodi confirmacionis nostre tenorem,

in aliquo moleſtare. uel perturbare preſumat. Quod qui preſumpſerit indignacionem noſtram ſe nouerit incurſurum. Ad huius autem confirmacionis noſtre memoriam et robur perpetuo valiturum. preſens scriptum fieri. et Maieſtatis noſtre sigillo iuſſimus communirj. Huius rei teſtes ſunt. S. Ratiſponenſis epiſcopus Imperialis aule Cancellarius. E. Babenbergenſis. Epiſcopus. A. Dux Saxonie. M. Dux lotaringie. Frater H. Magister Domus theutonicorum. Comes H. de Orlamunde. Comes A. de Herrenſtein et alii quam plures. Datum apud Nurenberg. anno dominice Incarnacionis. Milleſimo Ducenteſimo Triceſimo quinto. Menſe Junij Indictione VIII.

a) Ex diplomate confirmatorio Rudolphi I., dato apud Nurenberg XVIII. Kalend. Januar. (15. Decemb.) 1274, cui insertum est totum hocce Friderici II. privilegium, et appendet sigillum illaesum. Invenitur etiam in libr. cop. eberac. anni 1409. fol. 118. laudato solum diplomate an. 1213.

b) Indictio notata concordat anno Chr. indicato.

c) Editum in privilegiis eberacensibus, (II. section.) p. 6. n. 47., ubi etiam p. 8. n. 50. habetur Rudolphi I. diploma 15. Dec. 1274, omisso, quod insertum est, Friderici II. diplomate. Editum etiam in Schütz corp. hist. brandenb. IV. Abtheil. 75. n. 38. ex copia onoldsbacensi, ut legitur in repertorio p. e., sed erronee ad an. 1237. 5. Jun.

d) Abbas ebracensis, per E. indicatus, deest quidem in catalogo Bruschiano, Monast. germ. 149, innotescit autem ex aliis monasterii ebracensis documentis apud Ussermann in Hist. episcopatus wirceb. I. 339.

e) In laudatis editionibus comes Orlamundanus, per H. indicatus, legitur Heinricus. Verum inter hosce comites istius temporis potius occurrit Hermannus circ. an. 1249 defunctus, relictis filiis adhuc minorennibus, Hermanno et Ottone, ex Beatrice, sorore ultimi ducis Moraniae an. 1248. mortui.

CCXCVIII.

Anno 1235. 17. Junii. Nurenberch.

Fridericus II. imperator, ad petitionem Rudegeri pataviensis episcopi, iudicibus eius ius gladii et securis, in reos criminum ultimo supplicio puniendos, ex gratia sua concedit.

Fridericus dei gratia Romanorum ſemper Auguſtus ieruſalem et Sycilie rex uenerabili patauienſi epiſcopo Rudegero dilecto principi ſuo. gratiam ſuam et omne bonum. Supplicationibus ex parte tua porrectis excellentie noſtre ut liceat iudicibus tuis reos criminum. et culpis ſuis exigentibus ultimo ſupplicio condempnandos gladio uel ſecuri ferire. benignum preſtantes aſſenſum. concedimus ex gratia noſtra licentiam ipſis iudicibus ut ſi quando caſus emerſerit reos criminum quos pro facinoribus ſuis ultimum iuſte manet ſupplicium. condempnare et facere decapitari. poſſint auctoritate culminis noſtri gladio uel ſecuri. Datum aput Nurenberch XVII Junii VIII Indict.

a) Ex codice passav. III. f. 73. b.

b) Annum Chr. non expressum indicat indictio, cui consentit ratio itinerum et negotiorum Friderici II. imp. in Germania.

c) Ineditum.

CCXCIX.

Anno 1237. 24. Januar. apud Wiennam.

Fridericus II. imperator mandat mutariis suis, apud Danubium constitutis, ut libertatem a vectigalibus vini et victualium, monasterio Alderspach a duce Leupoldo indultam et a se approbatam, ipsi iuxta formam privilegii conservent.

Fridericus dei gratia. Romanorum Imperator. ſemper auguſtus. Jerusalem et Sicilie rex. vniuerſis mutariis ſuis apud danubium conſtitutis. fidelibus ſuis. graciam ſuam et omne bonum. Ex parte venerabilis abbatis et Conuentus de Alderspach fidelium noſtrorum noſtro fuit culmini humiliter ſupplicatum ut graciam et libertatem ab illuſtri duce Levpoldo felicis memorie ſuper vectigalibus vini. et victualium ſuorum per loca mutarum eccleſie ſue indultam noſtre approbacionis dignaremur munimine confirmare. Nos itaque pietate ſolita qua perſonis religioſis fauor adeſſe consuevit. deuotis eorum precibus fauorabiliter inclinati. Graciam et libertatem quam ab eodem duce Leupoldo in ſuis actenus obtinuerunt priuilegiis. circa vectigalia vini et victualium ſuorum. eisdem abbati et Conuentui. Auctoritate preſentium duximus confirmanda. Mandantes vniuerſitati ueſtre firmiter precipientes. quatenus graciam et libertatem eandem. et hanc noſtram. eisdem indulte libertatis approbacionem. iuxta formam priuilegii ſui predictis fidelibus noſtris inantea more ſolito conſeruetis. ut iuſtam de vobis non habeant materiam conquerendi. Datum apud Wiennam VIIII Kalendas Februarii. X. Indictione.

a) Ex antiquiore libro copiali alderspaccnsi circa an. 1326 conscripto num 23.

b) Indictio notata annum Chr. non indicatum satis declarat.

c) Editum in Hund. metr. II. edit. Mon. 66. edit. Ratisb. 44. et in Mon. Boic. V. 373. num. 19., ubi tamen linea 20 legatur: circa, ac lin. 26. leg. Wiennam, VIIII.

CCC.

Anno 1237. potius quam 1236. mense Martio apud Wiennam.

Fridericus II. imperator mandat iudicibus et mutariis per Austriam et Styriam, ut privilegium Liupoldi quondam ducis praeposito ac conventui de Richersperge conservent.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper auguſtus Jeruſalem et Sicilie rex. Vniuerſis iudicibus et Mutarijs ſuis, per ducatus Auſtrie et Styrie conſtitutis fidelibus ſuis preſentes literas inſpecturis gratiam ſuam et omne bonum, Ex parte honorabilis prepoſiti et Conuentus de Richerſperge fidelium noſtrorum noſtro fuit culmini humiliter ſupplicatum, Vt gratiam et libertatem ab illuſtri Duce, Liupoldo felicis memorie Duce Auſtrie ac Styrie, ſuper vectigalium et pedagiorum exactionem omnium rerum ſuarum mobilium eccleſie ſue indultam noſtre approbationis dignaremus munimine confirmare. Nos itaque pietate ſolita qua perſonis religioſis fauor noſter adeſſe conſueuit. deuotis eorum precibus, fauorabiliter inclinati, gratiam et libertatem quam ab eodem duce Leupoldo, in ſuis Hactenus obtinuerunt priuilegiis in deductione rerum ſuarum mobilium ſine vectigalium et pedagiorum exactione, eisdem prepoſito et Conuentui de noſtre pietatis gratia confirmantes, Mandamus et preſentium auctoritate precipimus vniuerſis, quatenus gratiam

et libertatem eandem, presentis approbationis nostre munimine roboratam, iuxta formam priuilegii sui predictis preposito et conuentui de Richersperge more solito salubriter conseruetis vt iustam de vobis non habeant materiam conquerendi. Datum apud Wiennam Anno Dominice incarnacionis M.CC.XXXVI. Mensis Martii. X. Indictionis.

a) Ex codice membranaceo eiusdem monasterii, conscripto an. 1420. fol. 32. b.

b) Indictio ac ratio itinerum Friderici II. imp., nec non fides aliorum multorum diplomatum, anno 1237. Wiennae exaratorum, potius anno huic, quam praecedenti, assignandum esse illud mandatum persuadent.

c) Ineditum.

CCCI.

Anno 1237 potius, quam 1236 mense Martio. — Wiennae.

Fridericus II. monasterio richersbergensi privilegium Luitpoldi quondam ducis Austriae et Styriae inserendo renovat ac confirmat.

Acta anno dom. inc. M.CC.XXXVI., mense Martii, X. Indictionis, imperante domno nostro Friderico secundo Romanorum imperatore, semper Augusto, Jerusalem et Siciliae rege, imperii eius anno XVIII., regni Jerusalem XII., regni vero Siciliae XXXVIII. Data Wiennae anno, mense, Indictione praescriptis.

a) Ex codice membranaceo eiusdem monasterii, conscripto an. 1420. fol. 32. b.

b) Indictio, annusque regni Jerusalem, nec non historia ac ratio itinerum Friderici II. soli anno Chr. 1237. respondent. Cnfr. Raumer Hohenstaufen II. 576 et 577 et laudata ab eo diplomata annorum 1236 et

1237. Error ergo calami, a librario saec. XV. commissus, apparet tam in anno Chr., quam in annis regni Siciliae ac imperii, ibi unitate omissa, hic autem addita, quam quidem correctam videmus in pag. 445. lin. 17. editionis Mon. Boic. IV., ast praeter fidem codicis.

c) Editum in Mon. Boic. IV. 444. num. 41., ubi haec emendentur; pag. 444. lin. 18. leg. nostro; p. 445. lin. 8. del. N.; nam spatium ibi vacuum est, et substituenda potius litera B. pro Bertholdo patriarcha aquilegensi.

d) Privilegium Liupoldi ducis Austriae ac Styriae, datum Newenburch 1203. 9. Maii, omissum in privilegio confirmatorio Friderici II., ex eodem codice impressum est in Mon. Boic. l. c. 425. n. 25.

e) Nomen archiepiscopi treverensis in codice erronee scribitur: Chunradus; scribendum erat: Theodericus. cnfr. Hontheim Prodromus historiae trevirensis I. 473. II. 799. et 1188.

CCCII.

Anno 1257. 27. April. apud Ratisponam.

Fridericus II. imperator, qui Butegelario de Nurenberch, fideli suo, dudum defensionem iuris advocatiae in locis monasterii superioris Ratisponae, Indensuatich, Pulhoven, Orchenrude, Nenzingen et Otmaringen, insuper in Tentenstorf, contra Lucemannos commiserat, iterato firmiter praecipiendo mandat, ut, ex sententia principum Moguntiae promulgata, detentores earundem advocatiarum compescat.

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator semper augustus. Jherusalem et Sicilie rex. Butegesario (Butegelario) de Norenberch. fideli suo. gratiam suam et omne bonum. Constituta in presentia nostra. venerabilis abbatissa Superioris monasterii In Ratispona proposuit coram nobis. quod cum obtinuerit. In curia Maguntie generali. sententia principum promulgante. quod aduocatie Indensuatich Pulhoven. Orchenrude. Nenzingen. et Otmaringen infeudare (ri) non possent. defensionem iuris sui tibi duxerimus committendam. Lucemanni. monasterium suum. et ipsam in aduocatiis in Pulhouen et Tentenstorph. et quidam alii in aduocatia Nenringen aggrauant et molestant. sibi eas uendicare illicite contendentes. Tu uero predictos molestatores prefate abbatie et monasterii sui ab indebito grauamine. et uendicatione aduocatiarum ipsarum. sicut tue defensioni commisse sunt. compescere distulisti. Nolentes igitur sustinere vt eadem abbatissa in eisdem aduocatiis monasterii sui que ad nos specialiter spectant. molestiam uel grauamen indebitum

bitum paciatur. ſicut dudum tue defenſioni commiſimus. iterato committimus per preſentes. deuotioni tue firmiter precipiendo mandantes. quatenus monaſterium et abbatiſsam predictam. iuxta quod dictante ſententia principum eſt prouiſum. in eiſdem aduocatiis auctoritate noſtra defendens. quoſcumque inueneris. ad detinendum eos (eas) ilicite (illicite) contendenteſ. ſicut eſt de iure compeſcas. ut de cetero quietem et libertatem monaſterii non perturbent. et predicta abbatiſsa non cogatur ad noſtram audientiam querimoniam deportare. Datum apud ratiſponam XXVII. Kal. Aprilis. X. Indictione.

a) Ex cod. II. obermunstrensi circ. an. 1307 exarato, fol. 62. b. — 63.

b) Indictio satis indicat annum Chr. 1237. In notata autem die verbum: Kal., abundare, ac legendum: XXVII. April. vel V. Kal. Maii, patet ex loco dati instrumenti; nam usque ad 15. April. huius anni in Austria morabatur imperator, qui in festo paschali sive 19. April. Ratisbonam pervenit, ibique adhuc 28. April. versabatur. Confr. Raumer Hohenstaufen II. 577. et laudatos ab eo auctores, inprimis Gemeiner Regensp. Stadtchronik I. 337.

c) Ineditum.

CCCIII.

Anno 1239 potius, quam 1238, mense Martio, Paduae.

Fridericus II. imperator, post priorem compositionem apud Sabyonam coram se factam, sed minime observatam, alteram ordinat super damnis, ab Alberto comite tyrolensi ecclesiae et episcopo frisingensi illatis, determinata pecuniae quantitate, ac determinatis insuper tempore ac obsidibus.

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator Semper Augustus Jerusalem et Sycilie Rex. Per presens scriptum notum facimus vniversis quod constituti in presencia nostra C. venerabilis Episcopus Frisingensis dilectus princeps noster. et albertus Comes Tyrolensis fidelis noster compromiserunt in venerabilem Archiepiscopum Salzburgensem et Episcopum Patauiensem dilectos Principes nostros Comitem Meinhardum de Gorizia et Heinricum Aqu..... prepositum notarium et fidelem nostrum stare dicto eorum super dampnis illatis ab eodem Comite Episcopo nominato. de triennio antequam concordia inter eos apud clausam Sabyone ordinata fuisset in nostra presencia que tamen sicut asserebant fuit minime obseruata pro quibus tunc emendandis apud eundem locum dictus Comes sibi posuerant (posuerat) fideiusores et de dampnis que sibi intulit postquam dicta compositio fuerat ordinata usque ad diem presentem promittentes eorum arbitrio per omnia obedire Nominatus igitur Comes de Arbitrio predictorum et ordinacione nostra promisit dicto Episcopo uel succesoribus suis qui pro tempore fuerint pro resarciendis dampnis Sibi et Eccleſie sue illatis sicut superius est expresum persoluerint (persolvere) trecentas marcas argenti ad pondus Colonie, uel tria milia librarum veronensis

monete X libris pro marca qualibet computatis quarta decima die poſt feſtum beati Martini proxime futurum tertia decima Indictione et XXV carradas vini apud Bozanum infra eundem terminum ad menſuram Bozanam. Et ſi forte prenominatus Comes idem promiſsum non curauerit adinplere prefatus Comes Goricie vlricus de Bozano vlricus de Riſenberch. Heinricus burchgrauius de luenz et Engelmarus tarant fideles noſtri data fide in manus Archiepiſcopi preſcripti iurauerunt extunc intrare Brixinam abinde nullatenus antequam prefato Epiſcopo tam de preſcripta ſumma pecunie quam etiam de vino per Comitem Tyronenſem (tyrolenſem) ſatisfactum fuerit receſsuri. Dicta uero ſolucio pecunie eſt ſub prepoſiti et Decani Brixinenſis et Arnoldi de Rodench teſtimonio facienda. nec probari poterit ipſa ſolucio niſi per teſtes ipſos, aut certos nuncios eorundem. Ad cuius facti euidenciam et utriusque partis inſtanciam preſens ſcriptum fieri et Sigillo noſtro iuſsimus communiri. Huius autem rei teſtes ſunt Eberhardus Archiepiſcopus Salzburgenſis Rudiger Epiſcopus Patauienſis. Ch. Abbas de Tegernſe. Heinricus Aquenſis prepoſitus. Eberhardus Decanus friſingenſis. Meinhardus Comes Goricie. Egeno Comes de Prano (Piano?). Hauuardus Judex brixinenſis vſcalcus de dewin. vlricus de Riſenberch. Heinricus de Luenz vlricus de Bozano. Engelmarus Tarant et alii quam plures. Datum Pad. (Paduae). Anno dominice incarnationis Milleſimo CCXXX Octauo. Menſe Marcio XIIma Indictione.

a) Ex libr. cop. fris. III. f. 75. b.

b) Indictio, tam dati instrumenti, quae est ordinaria, quam termini solutionis in festo S. Martini, quae est caesarea, respondet potius anno Ch. 1239., quam 1238, qui a scriptore notatus est more Italorum, iuxta calculum, qui dicitur florentinus, inchoans annum in 25ta Martii anni nostri sequentis.

c) Editum in Meichelbeck Hist. fris. II. P. I. 16.

CCCIV.

Anno 1242 potius, quam 1240. mense Januario, Fogiae.

Fridericus II. imperator civibus spirensibus aquam Spierbach restituit ad eorum usus reducendam, ita tamen, ut expensae factae circa emptionem et constructionem molendini apud Rechholz camerae suae imperiali refundantur.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Jerusalem et Siciliae Rex, per praesens scriptum notum esse volumus tam praesentibus quam futuris, quod nos attendentes, quomodo Spirensis civitas a Divis progenitoribus nostris Romanorum Imperatoribus et Regibus potiora fundationis suae receperit incrementa. Considerantes nihilominus devotam fidem, qua nobis et Imperio cives dictae civitatis hactenus adhaeserunt, et admodum desiderant adhaerere, igitur (iuxta) devotas eorum preces, aquam quae Spirbach dicitur, deductam pro molendino apud Rechholz, quod erexímus ad usus nostros, ipsis restituendam duximus pro suis usibus reducendam, ita tamen quod expensae factae circa emptionem et constructionem ejusdem molendini nostrae Camerae refundantur. Ad hujus itaque rei et nostrae restitutionis memoriam praesens scriptum fieri et Majestatis nostrae sigillo jussimus communiri. Datum fogiae. Anno dominicae incarnationis, Millesimo ducentesimo quadragesimo mense Januario, quintae decimae Indictionis.

a) Ex copia apographi per Hermannum Zum Holtz imper. camerae lectorem anno 1641. ex vero illaesoque originali, ut testatur in fine, transsumpti et vidimati, ex Spira 26. Sept. 1831 nobis communicata.

b) Indictio denotat annum nostrum 1242., qui ex calculo florentino adhuc erat annus 1241; adeoque auctor copiae nostrae annum primum addere neglexit, rotundo numero contentus.

c) Editum in Lehmanni Speyrischer Chronick et 523. et in Lünig Reichsarchiv. Part. spec. contin. IV. Th. II. sive operis XIV. Tom. 466. num. 6. ad an. 1241.

CCCV.

Anno 1242. mense Junio. in castris apud Auezanum.

Fridericus II. imperator Heinrico babenbergensi electo dat licentiam, cudendi monetam novam apud Villacum et apud Griven, quae frisacensi monetae aequipolleat in pondere et valore.

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator semper avgustus Jerusalem et Sicilie Rex. Vniuersis Imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Jvstis fidelium et deuotorum nostrorum petitionibus tenemur condescendere et prouidere ipsorum comoditatibus et augmentis. Hinc est igitur. quod nos habentes pre oculis devota seruitia que nobis et progenitoribus nostris a Babenbergensi ecclesia sunt exhibita et que dilectus princeps noster Heinricus venerabilis Babenbergensis electus inantea nobis poterit exhibere. ut ecclesia sua que precedenti tempore ex malicia temporis et pre defectu pastoris ydonei in multis uexata extitit et turbata et graui est debitorum onere inuoluta facilius ualeat respirare et in statum pristinum reformari. damus ei licentiam ut apud villacum nouam monetam cudi faciat que frisacensi monete equipolleat in pondere et valore. et apud Griuen, eandem sibi gratiam de Simili Moneta cudenda duximus faciendam. Qvare mandamus et precipimus vniuersitati vestre. quatenus nullus sit qui

in cudendiſ monetis predictis dandis recipiendis ipſis denariis et ponendis aliquod impedimentum inferre preſumat. Quod qui preſumpſerit indignationem noſtri culminis ſe nouerit incurſurum. ad cuius rei memoriam preſens ſcriptum fieri et Maieſtatis noſtre Sigillo iuſsimus communiri. Datum in Caſtris apud Auezanum in cenſano. Anno dominice Incarnationis Milleſimo Dvcenteſimo Quadrageſimo Secundo. Menſe Jvnii. Quintedecime Indictionis.

a) Ex cod. cop. saec. XIII. f. 115. b.

b) Indictio notata respondet anno Chr. indicato.

c) Editum in Ludewig Scr. rer. bamb. 1143. in Lünig. spicil. eccl. II. Theil. 30, in Heyberger cod. probat. ad Deduct. de Fürth. n. 30. ex eodem codice. et a Bar. de Hormayr im Wiener Archiv fur Gesch. Jahrg. 1826. St. 115. S. 612. in nota.

CCCVI.

Anno 1243. mense Augusto, Ariani.

Fridericus II. imperator, petente Heinrico babenbergensi electo concedit, ut filii ex filio Marschalci de Cunstat, ministerialis babenbergensis, cum filia Ruperti de Nirstein, ministerialis imperatoris, generandi, inter se et ecclesiam babenbergensem dividatnur; salvis conditionibus hactenus observatis de ministerialibus suis et imperii et ipsius ecclesiae babenbergensis.

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator Semper Avguſtus. Jeruſalem et Sycilie Rex. Supplicauit Excellentie noſtre Heinricus venerabiliſ Babenbergenſis electus dilectus Princeps no-

ſter. quatenus cum filius Marſchalci de Cvnſtat. Miniſterialis eccleſie ſue filiam Rvperti de Nirſtein Miniſterialis noſter duxerit in vxorem. Nos ipſum cum prole quam a filio dicti Marſchalci ſuſceperit. ſibi et Eccleſie Babenbergenſi diuidendam nobiscum dare de ſpeciali gratia dignaremur. Nos igitur attendenteſ quod dictus Rvpertus plureſ adhuc filios habet et filias nobis et Imperio attinenteſ. ipſius ſupplicationibus benigniuſ inclinati. dictam filiam Rvperti de Nirſtein quam filius prefati Marſchalci duxit legittime in vxorem cum filiiſ quos ſimul genuerint. dicte Babenbergenſi Eccleſie et electo ipſius nomine damuſ diuidendos nobiscum et tenore preſentium confirmamus. Saluis conditionibus habitiſ inter nos et Eccleſiam Babenbergenſem de Miniſterialibus noſtris et Imperii. et ipſius Eccleſie hactenus obſeruatis. Ad cuius rei memoriam preſens ſcriptum fieri feſcimus. et Sigillo Maieſtatis noſtre iuſsimus communiri. Datum Ariani Anno dominice Incarnationis MCCXLIII Menſe Avguſto I. Indictionis.

a) Ex cod. cop. saec. XIII. fol. 119.

b) Indictio notata respondet anno Chr. indicato, cui etiam consentit locus: Arianum, urbs Italiae inferioris, sive regni neapolitani, ubi tunc morabatur Fridericus II.

c) Ineditum.

CCCVII.

Anno 1243. 24. Novembr. apud Nurenberch.

Chunradus IV. in regem electus testatur, quod Heinricus babenbergensis electus curias et bona in Affholdere, Meingers, Bubenrode et Germanisdorf pro numerata pecunia redemerit, quam recepisse publice coram se professi sunt, quibus fuerant obligata.

Chvnradus Diui Avgusti Imperatoris Friderici filius dei gratia Romanorum in Regem Electus Semper Avgustus. et Heres Regni Ierusalem Constituti coram nobis subscripti publice sunt professi. videlicet quod inprimis Rauelinus de Rauinstein pro hominibus de Affholdere et Curia Meingers receperit ab Reinrico venerabili Babenbergensi Electo dilecto Principe nostro Sexaginta Sex libras Babenbergensis. Monete. pro quibus eadem sibi fuerant obligata. Item Chvnradus filius quondam Butiglarii de Nivrenberch fatebatur se recepisse pro redemptione bonorum in Bubenrode decem libras Nvrenbergenses ab eodem. Item Wolframus Pincerna fatebatur se recepisse pro redemptione Curie Germanisdorf viginti Marcas que sibi similiter fuerat obligata. Item Relicta Cigenonis fatebatur se recepisse pro redemptione bonorum in Lovbendorf XXXIIII marcas. et vnam libram Nvrenbergensis monete. Et ne in posterum aliquis dubitationis scrupulus super premissis valeat suboriri. iuxta requisitionem tam Electi quam etiam predictorum. presentem paginam Sigillo nostri culminis fecimus communiri. Actum apud Nivrenberch. Anno domini M.CC.XLIII. XXIIII Novembris Secunde Indictionis.

a) Ex

a) Ex cod. cop. babenb. saec. XIII. f. 116. b.; nam originale non superfuit in Archivo babenbergensi.
b) Indictio, dicta caesarea, respondet anno Chr. indicato.
c) Ineditum.

CCCVIII.

Anno 1244. potius, quam 1243. mense Februar. Grosseti.

Fridericus II. Heinrico babenbergensi electo eiusque ecclesiae hanc gratiam, illi ecclesiae ab antiquo indultam, confirmat, ut omnes argentifodinae sive decimae subterraneae, quae in terris ecclesiae fuerint repertae, cedant ad utilitatem pastoris et ecclesiae memoratae.

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator semper augustus. Jherusalem et Sicilie Rex. vniuersis Imperii fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Cum ex concessione diuorum augustorum parentum nostrorum et nostra Babenbergensi ecclesie. ab antiquo talis gratia sit indulta. vt omnes Argentifodine. siue decime subterranee. que reperte fuerint in territorio ecclesie cedant integre. et sine cuiuslibet contradictione. ad vtilitatem Pastoris et ecclesie memorate. vniuersitati vestre mandamus. quatenus nullvs sit, qui dilectum principem nostrum Heinricum ecclesie memorate Electum. et ipsam ecclesiam contra predictam gratiam sibi et ecclesie a nobis et predecessoribus nostris indultam. ausu temerario impedire, vel molestare presumat, Quod qui presumpserit indignationem nostri culminis se nouerit incursurum. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum Grosseti. anno dominice Incarnationis M.CC.XLIII. Mense Februario Secunde Indictionis.

a) Ex cod. cop. saec. XIII. per manum Joannis canonici S. Jacobi continuato f. 14.

b) Indictio notata respondet anno Chr. 1244, qui ab descriptore vel unitate decurtatus, vel potius ab ipso amanuensi caesareo more Italorum numeratus est. Grossetum enim urbs Italiae superioris est, ubi hoc tempore Fridericus II. morabatur.

c) Editum in Schultes hist. Schriften II. 369.

CCCIX.

Anno 1245. mense Junio. Veronae.

Fridericus II. imperator civitatem bambergensem ad nundinas universales, annuatim in Kalendis Maii et per tres septimanas sequentes celebrandas, denotat, omnesque mercatores, illuc venientes, ibi morantes et abinde redituros, sub suo et imperii ducatu vult esse securos.

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator ſemper auguſtus Jeruſalem et Sicilie Rex Adhoc in portunis (opportunis) locis generales nundine ſunt inuente vt communis vtilitas quam longe lateque humana procurat (et).... induſtria (mutuis?) alternis commerciis procurent (procuretur). Hinc eſt quod ſubditorum commoditatibus prouidentes nichilominus generales curas hominum et labores benigno proſpicientes intuitu Ciuitatem Bambergenſem pro mutuis commodis exercendis vtilem et exceptam (acceptam?) ad celebrandas annuatim vniuerſales nundinas Kalendis Maii vſque per tres ſeptimanas ſequentes duratiuas (duraturas) duximus deputandam Statuentes ut ibidem ſub ſecuritate noſtra et imperii tam vicini quam remoti conueniant mercimoniis ſuis communia ſicut moris eſt comoda facienda dummodo indulta vicinis nundinis in eiſdem diebus non poſsit

oportunitas prepediri Quare mandamus precipimus et hortamur vniuerſos et ſingulos quos gerendorum (gerendarum) vſus vtilitatum et commoda rerum vbique ſollicitant quatenus ſtatutis loco et tempore ſub noſtro et imperii ſecuro ducatu cum rebus Mercimoniis et ceteris oportunitatibus que conſueuerunt ad inuicem ad commune commodum procurari hilariter et prompte conueniant pro prefixis—nundinis exercendis preſentis ſcripti edicto ut omnibus ad eas venientibus morantibus et abinde redituris ſecura tranquillitas et tranquilla ſecuritas prebeatur et quod in perſonis et rebus ſuis vndique ſeruentur indempnes et nullus audeat eos offendere uel occaſione qualibet aliquod ipſis impedimentum inferre donec ad precaſsatum (praetaxatum) locum veniant et ſub eiuſdem noſtra et Imperii ſecuritas (ſecuritatis) indulgencia ſalubriter ad propria reuertantur. Scientes quod quicunque mandati noſtri temerarius extiterit uiolator indignacioni noſtre et Imperii ac vlcioni debite ſubiacebit. hiis qui pacem et indempnitatem ſeruabunt noſtri fauoris gratiam obtenturis ad cuius rei futuram memoriam et ſtabilem firmitatem preſens ſcriptum fieri et Maieſtatis noſtre ſigillo iuſsimus communiri. Datum Verone. Anno domini M.CC.XLV. Menſe Junio III Indictionis.

a) Ex codice bamberg. an. 1480 per Heinr. Glanz conscripto f. 54. b.
b) Indictio notata convenit cum an. Chr. indicato.
c) Ineditum.
d) Descriptor lacuna et hinc inde falsis lectionibus sensum instrumenti obscurum reddidit.

CCCX.

Anno 1245. 10. Novembr. Papiae.

Fridericus II. imperator privilegium, sub bulla aurea dudum Sifrido ratisponensi episcopo (nimirum an. 1232. mense April.) indultum, revocat, eo quod ille episcopus, quondam cancellarius, Papae contra imperatorem adhaesit, et civibus iterum indulget communia consilia statuere, magistros civium ac quoslibet officiales ordinare.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator ſemper Auguſtus Jeruſalem et Sicilie Rex. Ciuibus Ratisponenſibus fidelibus ſuis graciam et bonam voluntatem. Licet dudum in ſollempni curia noſtra Rauenne cum principibus celebrata ad multas et ſupplices archiepiſcoporum et episcoporum germanie inſtantias caſsanda et in irritum revocanda duximus in omni ciuitate vel oppido Alamanie comunia conſilia magiſtros ciuium ſeu rectores vel quoslibet alios officiales, qui ab uniuerſitate ciuium ſine archiepiscoporum vel epiſcoporum conſensu vel beneplacito fuerint conſtituti. Quia tamen S. (Sifridus) Ratisponenſis epiſcopus quondam cancellarius noſter priuilegium noſtrum ſuper premiſso, ſibi ceterisque indultum principibus ob perpetratum contra nos crimen perfidie manifeſte iuſte demeruiſse videtur, dum lateri noſtro familiariter aſsiſtens et priuatis noſtris communicando conſiliis ad partem contrariam declinavit. Adverſario noſtro pape contra nos proditorie adherendo, nobis (uobis) ad ſinceram fidem et expertam deuocionem, quam ad excellentiam noſtrám geritis, de gracia noſtra duximus indulgendum, ut liceat vobis ammodo (amodo) communia conſilia ad honorem noſtrum imperii et utilitatem ciuitatis veſtre ſtatuere et magiſtros ſeu

rectores ciuium vel quoslibet officiales alios libere ordinarie (ordinare) priuilegio aliquo contra huius indulti noſtri gratiam de cetero non obſtante, quin ymo ut favoris noſtre (noſtri), que (quem) erga vos gerimus vobis eniteat plenitudo, priuilegium noſtrum aurea bulla munitum, quod prefato Episcopo ſuper infringendis iuribus et libertatibus veſtris, quibus eſtis vſi hactenus conceſsimus, caſsamus et in irritum revocamus, decernentes ipſum amodo vires aliquas non habere. Ad cuius rei memoriam et ſtabilem firmitatem preſens ſcriptum fieri et maieſtatis noſtre ſigillo iuſsimus communiri. Datum papie anno dom. incarnationis M.CC.XLV. Menſe Nouemb. IIII. Idus.

a) Ex copia diplomatarii ratisbonensis a Carolo Theodoro Gemeiner, tunc archivario civitatis, an. 1784. conscripto pag. 169. num. 60, qui sua desumsisse testatur ex vetusto codice ratisbonensi dicto: das rothe Stadtbuch in der geheimen Registratur. Copia tamen ista hinc inde male legit.

b) Notae chronologicae praeter indicatos, non sunt expressae, quae tamen loco et historiae imperatoris Friderici omnino conveniunt, cnfr. Raumer Hohenstaufen II. 582.

c) Editum in Ried cod. ratisb. I. 408. n. 423. versio eius germanica invenitur in Gemeiners Regensb. Stadtchronik I. 344 et 345.

CCCXI.

Anno 1255. 18. Martii. Geilenhusen.

Wilhelmus rex Heinrico II. spirensi electo, principi et cancellario suo, plenariam tribuit potestatem de ecclesia Altdrupphen, ad regis et imperii collationem spectante, ad utilitatem et profectum abbatis et monasterii de Hemmerode, ordinandi.

Willelmus dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, Uniuersis Imperii fidelibus, presentem paginam inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Ad utriusque uite felicitatem nobis prodesse nequaquam ambigimus, si loca diuino cultui mancipata, curauerimus ampliare, et eorum comodo pio intenderimus cum effectu. Hinc est quod nos Venerabili. H. Spirensi Electo, dilecto principi et cancellario nostro, tribuentes plenariam tenore presentium potestatem, quicquid super ecclesia de Altdrupphen (i. e. Altripp), ad nostram et Imperii collationem spectante, ad utilitatem et profectum. Abbatis et conuentus monasterii de hemmerode cisterciensis ordinis dilectorum fidelium nostrorum duxerit ordinandum, ratum habere promittimus atque firmum. Ita tamen quod ipsius ecclesie Rectore cedente uoluntarie, uel etiam decedente, dicta ecclesia ut dictum est ad ipsorum utilitatem legitime deuoluatur. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi fecimus, et sigillo maiestatis nostre muniri. Datum Geilenhusen XV. Kal. Aprilis Indictione Tercia decima.

a) Ex transsumto Heinrici electi spirensis de anno 1256, XV. Kal. Februarii, per archivarium circuli rhenano-bavarici nobis communicato.
b) Ineditum.

CCCXII.

Anno 1255. 27. Mart. Coloniae.

Wilhelmus rex monasterium Halsprunnen sub specialem recipit protectionem, simulque illi committit capellam Altenvort prope Nuermberg, ut in ea divinum servitium peragatur.

Wilhelmus dei gratia. Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniuerſis ſacri Impery fidelibus preſentem paginam inſpecturis gratiam ſuam et omne bonum. Tociens Regie celſitudinis ſceptrum extollitur alcius, et eius ſtatus a domino a quo datur omnis poteſtas felicius gubernatur, quociens religioſa loca diuino cultui dedicata pia conſideratione reguntur. et ad ipſorum facultates augendas, fauorabilis protectio principis inuenitur. Hinc eſt quod nos cupientes Religioſos uiros.. Abbatem et Conuentum Monaſterii in Halſprunen, Cyſtercienſis ordinis, benigni fauoris proſequi gratia ſpeciali, ac ipſos uti iure ac libertate a diuis Imperatoribus et Regibus Romanis predeceſſoribus noſtris pie conceſſa, eoſdem et eorum Monaſterium, necnon et eorum bona que nunc legittime poſſident, et que iuſtis modis preſtante domino in poſterum poterunt adipiſci, ſub noſtram et Impery proteccionem recepimus ſpecialem. Tenore preſentium publice proteſtantes, quod ipſos et eorum bona nemini committemus, nec ulterius uolumus quod aliqua ſecularis perſona de ipſis uel ipſorum bonis ſe aliquatenus intromittat nec ab ipſis contra indulta priuilegiorum ſuorum preſumat exactionem aliquam extorquere. Inſuper de ipſorum induſtria plenam in domino fiduciam obtinentes. ipſis Capellam in Altenvort prope Nuermberg, cum ſuis attinenciis ut in ea faciant domino deſeruiri poſſidendam committimus uſque noſtre beneplacitum uoluntatis. Vnde preſenti edicto uniuerſis et ſingulis

diſtrictius inhibemus, nequis ipſos contra hanc noſtram gratiam et noſtre protectionis et inhibicionis tenorem moleſtare ſeu in aliquo perturbare preſumat. Quod qui facere preſumpſerit, grauem indignacionem noſtre celſitudinis ſe nouerit incurſurum. Datum Colonie VI. Kalendas aprilis Indictione xiij. Anno domini M.CC.LV.

a) Ex libro copiali heilsbronnensi circ. an. 1364. conscripto, inter instrumenta imperialia ac regia num 7.
b) Indictio respondet anno Chr. notato.
c) Ineditum.
d) Nomen abbatis non est expressum, cui tamen spatium vacuum relictum est, supplendum ex catalogo abbatum in Hockeri Hailsbronnischen Antiquitäten Schatz p. 72. ubi hoc tempore occurrit Otto abbas huius monasterii.

CCCXIII.

Anno 1257. 28. Maii. (Coloniae).

Richardus rex decano et capitulo majoris ecclesiae pataviensis primarias suas preces pro receptione Ludovici notarii ducis Bavariae porrigit.

Datum feria II. poſt Pentecoſten, Indictione XV.

a) Ex codice Hermanni abbatis niederaltach. fol. 86. b. in margine.
b) Annum Chr. omissum denotant indictio XV. et ipsae primariae preces ab exordio regni Richardi regis, 1257. 17. Maii electi, porrectae. Locus negotii peracti ex aliis diplomatibus huius regis, hoc tempore datis, potest desumi.
c) Editum in Mon. Boic. XI. 231. n. 91. inter monumenta niederaltachensia, ubi lin. 20. leg.: vestram.

CCCXIV.

CCCXIV.

Anno 1259. 15. Junii. apud Egram.

Conradus, vulgo Conradinus, monasterio Waltsassen villas Wundreb, Pietelein et Grintilbach, cum pertinentiis earum donat, quam donationem tutor eius, Ludwicus comes palatinus Reni, dux Bawariae, vice eius confirmat.

Chunradus ſecundus dei gratia jeruſalem et ſicilie rex. dux ſueuie feliciter amen. id potiſſimum regalem excellenciam et regiam noſtre magnificencie dignitatem apud regem celeſtem credimus promouere ſi paci eorum et quieti ſtudeamus ſalubriter prouidere qui non poſſunt niſi in tranquillitate ſpiritus et deuocionis affectu orationum ſuarum ſuffragia pro noſtra ſalute ad aures profundere creatoris. Nos igitur tenuitatem reddituum et prouentuum paruitatem dilectorum nobis in Chriſto virorum religioſorum venerabilis abbatis iohannis et totius conuentus ſecum (ſancte) Marie in waltſaſſen ciſtercienſis ordinis Ratiſponenſis dioceſeos neceſſario adtendentes ut deo poſſint quiecius famulari et hoſpitalitati aduentancium pro conſuetudine ſui ordinis valeant habundancius miniſtrare ad honorem omnipotentis dei et glorioſe virginis marie ac pro remedio anime noſtre nec non Kariſſimi patris noſtri felicis recordacionis Chunradi regis romanorum illuſtris et omnium progenitorum noſtrorum villam wundrem (wundreb). villam pietelein et villam Grintilbach. cum omnibus adtinenciis ſuis. agris videlicet pratis paſcuis piſcinis memoribus et molendinis et cum ceteris omnibus ad iam dictas villas pertinentibus quocunque nomine cenſeantur. titulo legitime donacionis contulimus memorate eccleſie ſancte marie in waltſaſſen libere et abſolute iure perpetuo poſſidenda. accedente adhoc conſenſu uoluntario et con-

filio deuoto dilectiſſimi auunculi noſtri et tutoris Illuſtris Ludwici comitis palatini reni. Ducis Bawarie qui prefate largicionis noſtre donacionem de communi conſilio et aſſenſu omnium fidelium noſtrorum qui tunc aderant ſepedicte eccleſie in waltſaſſen vice noſtra liberaliter confirmauit. Ne autem de hac noſtra tam libera donacione aliqua poſſit inpoſterum calumpnie materia ſuboriri. nos ſigilli noſtri munimine atque ſigillo prelibati auunculi noſtri preſentem paginam duximus roborandam cum teſtium ſubſcripcione. Fr. (Fridericus) dux auſtrie et ſtirie et marchio veronis (veronenſis). Illuſtris Fr. (Fridericus) et Gebhardus nobilis lantgrauius de livkenberch. Albero de prvkperch. Ch. (Chunradus) comes de moſburch. Gebhardus comes de Rotineke. Winhardus de rorbach. arnoldus de Maſſinhuſin. Reinboto de Swarcinburch. Vlricus de walturn. Ch. (Chunradus) de pawilſtorf. et filius eius ch. Chunradus de hohenwerth. henricus de kinſperch albertus nothaft. Rudigerus et arnoldus dicti angiel. Ch. et Fr. fratres de waldow Fridericus de Walturn. Gotfridus iudex. Albero. h. et Wolframus filii eiuſdem. Bertoldus et waltherus de Curia Ciues egrenſes et alii quam plures Datum apud Egram. anno dominice incarnacionis M.CC.LVIIII. in die beati viti Indictione ſecunda.

a) Ex libro copiali antiquissimo saeculi XIII. finientis f. 17. b. et 18.
b) Indictio notata convenit cum anno Chr. expresso.
c) Ineditum.

CCCXV.

Anno 1260. 12. Aug. Worms.

König Richard nimmt das Kloſter Otterburg in ſeinen Schutz und Schirm und ertheilt ihm eine beſchränkte Zollfreiheit.

et de publico eis alimoniam miniſtrauit, in Conſilio Lateranenſi eccleſie immunitati prouidendo ſub anathematis diſtrictione prohibitum extitit. ne Conſules Rectores aut alij predicti eccleſias et viros eccleſiaſticos tallijs ſeu collectis uel exactionibus alijs aggrauare preſumerent tranſgreſſores et fautores eorum precipiendo anathematis ſententie ſubiacere donec ſatiſfactionem impenderent competentem, et etiam deinde in generalio (generali) Concilio editum fuerit, quod ſi Epiſcopi forte ſimul cum clericis etiam ſi tantam neceſſitatem uel utilitatem inſpicerent, ut abſque ulla coactione ad releuandas communes utilitates uel neceſſitates ubi Laicorum non ſuppeterent facultates ſubſidia per eccleſias Laicis ducerent concedenda minime ſuper hoc conſulto Romano pontifice conceſſiones et ſententie que a talibus uel de ipſorum mandato forent promulgate eſſent irrite et inanes, nullo unquam tempore ualiture, ac etiam in ipſo generali Concilio decretum extitit, illum qui infra tempus ſui regiminis propter fractionem Conſtitutionum uel ſanctionum huiuſmodi ſuſtineret anathema tanquam poſt illud non eſſet ad ſatiſfactionis debitum compellendus necnon ipſius ſucceſſorem qui non ſatiſfaceret infra Menſem manere eccleſiaſtica cenſura concluſum donec ſatiſfaceret competenter, cum ſuccederet in onere qui ſubſtitueretur in honore. Poſtmodum uero felicis recordationis Honorius papa III. predeceſſor noſter attente conſiderans, quod quondam Fridericus II. olim Romanorum Imperator tunc ſub obedientia et deuotione ſancte Romane eccleſie perſiſtens, ad Laudem eiuſdem eccleſie et sacri decus Romani Imperij cupiens, ut expurgatis, quorumdam erroribus et iniquis ſtatutis penitus deſtitutis decetero eccleſie et eccleſiaſtice perſone plena uigerent quiete et ſecura libertate gaudерent, ac pie et iuſte attendens quod quorumdam peruerſorum iniquitas adeo habundauerat ut non dubitarent contra eccleſiaſticam diſciplinam et ſacros canones ſtatuta ſua confingere aduerſus eccleſiaſticas perſonas et eccleſiaſticam libertatem edictali lege huiuſmodi ſtatuta iniqua irritauerat et preceperat irrita nuntiari, et omnia ſtatuta et conſuetudines que Ciuitates et loca poteſtates uel Conſules aut quecunque alie perſone contra libertatem ec-

cleſie uel perſonas eccleſiaſticas huiuſmodi edere aut ſeruare temptarent contra canonicas uel Imperiales ſanctiones de ipſorum Capitularibus infra duos Menſes poſt ipſius Legis publicationem penitus aboleri facerent, et ſi de cetero talia attemptarent illa ipſo iure decreuit eſſe nulla, et eos ſua iuriſdictione priuatos, necnon locum ubi talia deinceps preſumpta fuiſſent, banno Mille Marcharum auri, ſiſco Imperiali preceperat ſubiacere Poteſtates uero Conſules Statutarij et Scriptores ſtatutorum predictorum necnon Conſiliarij locorum ipſorum qui secundum ſtatuta et conſuetudines memorata iudicarent, extunc eſſent ipſo iure infames, quorum ſententias et actus Legitimos ſtatuerat aliqualiter non tenere, quodque ſi per Annum prefatarum Conſtitutionum inuenti forent contemptores bona eorum per totum ſuum Imperium mandauit impune ab omnibus occupari, ſaluis nichilominus alijs penis contra tales in eiſdem generalibus Concilijs promulgatis, Et inſuper uoluit idem tunc Imperator quod nulla Communitas uel perſona publica ſeu priuata collectas ſeu exactiones angarias uel perangarias eccleſijs uel alijs pijs locis aut eccleſiaſticis perſonis huiuſmodi imponere ſeu inuadere eccleſiaſtica bona preſumeret, quod ſi ſecus faceret et requiſita ab eccleſia uel Imperio huiuſmodi emendare contempneret, tripliciter reſunderet, et nichilominus banno Imperiali subiaceret, quod ſine ſatiſfactione debita nullatenus remitteretur. Statuerat inſuper quod quecunque Communitas uel persona per Annum in excommunicatione propter Libertatem eccleſie uiolatam perſiſteret, ipſo iure ſimiliter dicto banno Imperiali ſubiaceret a quo nullatenus extraheretur niſi prius ab eccleſia beneficio abſolutionis obtento. Et inſuper ordinauerat ut nullus eccleſiaſticam perſonam in criminali queſtione uel ciuili ad iudicium ſeculare trahere preſumeret contra easdem canonicas ſanctiones et Conſtitutiones Imperiales, quod ſi ſecus faceret, actor a ſuo iure caderet et iudicatum non teneret et Iudex foret extunc iudicandi auctoritate priuatus, quodque Iudices temporales qui clericis et perſonis eccleſiaſticis iuſticiam denegare preſumerent Tertio requiſiti ſuam iuriſdictionem amitterent. Conſtitutionem ipſam de Conſilio etiam fratrum ſuorum ſancte

Romane eccleſie Cardinalium qui tunc erant auctoritate apoſtolica approbans et confirmans ipſam mandavit inuiolabiliter obſeruari necnon ſtatutarios et Scriptores ac uiolatores predictos excommunicatos eadem auctoritate nuntiari. Et deinde ad audienciam diue memorie Karoli IIII. etiam Romani Imperatoris ſemper Auguſti deducto quod nonnulle ſeculares perſone in poteſtatibus et officijs publicis conſtitute uidelicet Duces Marchiones Comites Barones et alij domini temporales necnon Conſules Ciuitatum Opidorum Villarum et locorum Rectores in diuerſis prouintijs eiuſdem Imperij dei timore poſtpoſito ſtatuta ſingularia et iniquas ordinationes motu proprio et defacto contra ipſas perſonas eccleſiaſticas et eccleſiarum Libertates, ac earum priuilegia condiderant illiſque de facto et publice utebantur contra canonicas et Legitimas ſanctiones utpote quod nulla bona temporalia in poteſtatem eccleſiaſticam tranſferentur et ne clerici in ſacris ordinibus conſtituti ad agendum et teſtificandum in ciuilibus et maxime in pijs cauſis aliquatenus admitterentur, quodque excommunicati laici et publice denuntiati in ciuili foro minime repellerentur Et inſuper predicti domini temporales Conſules et Rectores per ſecularem poteſtatem, res et bona clericorum occuparent arreſtarent et oblationes Chriſtifidelium minuerent atque reſtringerent exactiones et tallias indebitas de bonis et redditibus eccleſiarum exigerent et extorquerent poſſeſſiones eccleſiarum et perſonarum earumdem deuaſtarent incendijs et rapinis contractus inter clericos et laicos factos legitime ad libros Ciuitatum Villarum et locorum predictorum inſcribere et ſigillare recuſarent, donataque et Legata ad fabricas et eccleſiarum ſtructuras contra prelatorum uoluntatem et aliorum quorum intererat temere uſurpare preſumerent ac in fraudem et odium clericorum de bonis etiam et rebus eorumdem clericorum que non cauſa negotiationum ſed pro eorum proprijs uſibus per eorum terras ducebant ſeu duci faciebant theoloneum exigere et recipere non uerebantur et confugientes ad eccleſias et earum cimiteria inde extrahere contra canonicas et Imperiales ſanctiones huiuſmodi preſumpſerant et preſumebant. Idem Karolus Imperator tanquam Chriſtianiſſimus prin-

ceps uolens in premiſſis prouidere de remedio ſalutari, etiam de quorumdam principum ducum Comitum Baronum fideliumque aliorum ſacri Imperij ſepedicti conſilio et auctoritate Imperiali quecunque ſtatuta et conſuetudines predicta tanquam per canonicas et ciuiles ſanctiones expreſſe reprobata caſſauit irritauit et annullauit ac caſſa et irrita nulliuſque eſſe uoluit roboris uel momenti, precipiens ſub Imperialis banni pena uniuerſis et ſingulis principibus et dominis temporalibus Conſulibus poteſtatibus et alijs in officijs publicis in eodem Imperio conſtitutis quatenus extunc ipſorum ſtatuta et ordinationes sicut in preiudicium eccleſiaſtice Libertatis edita fuerant omnino reuocarent et de Luce tollerent quodque ſecundum ea non iudicarent amplius nec ſententias dictarent aut eiſdem in Iudicio uel extra iudicium quomodolibet pro ſe et contra eandem eccleſiaſticam libertatem potirentur Pronuntiauit inſuper et eadem decreuit auctoritate quod quicunque Laicus cuiuſcunque ſtatus aut conditionis exiſteret auſu ſacrilego et proprie temeritatis audacio ſacerdotem uel clericum ſecularem uel religioſum diffidaret proſcriberet captiuaret ſpoliaret occideret mutilaret aut in carcere detineret uel huiuſmodi maleficia perpetrantes ſcienter receptaret uel eis fauorem preſtaret preter penas a ſacris canonibus et legalibus ſanctionibus in tales inflictas eo ipſo redderetur infamis ac omni honore priuatus nec ad placita uel conſilia nobilium admitteretur quouis modo. Hortans inſuper in domino et requirens eccleſiaſticos prelatos in illis partibus in quibus committerentur talia conſtitutos ut legem Imperialem huiuſmodi, per eorum eccleſias et Synodos publicarent ne tranſgreſſores huiuſmodi per ſimulatam ignorantiam ſuam ualerent in hac parte maliciam excuſare prout in Conſtitutionibus et ſanctionibus Conciliorum et Honorij predictorum ac Imperialibus prefatis plenius continetur. Cum autem ſicut Lamentabili querela dilectorum filiorum Prepoſiti. Decani et Capituli ſingulorumque Canonicorum et perſonarum eccleſie Patauienſis necnon vniuerſorum Cleri Civitatis et Dioceſis Patauienſis nuper accepimus, nonnulli principes Duces Comites Barones et alie ſeculares poteſtates earumdem Conſtitutionum et ſanctionum Canonicarum et legalium

forſan ignari, contra ipſas a Prepoſito Decano Capitulo Canonicis perſonis et Clero prefatis forſan tallias gabellas et alias exactiones illicitas hactenus extorſerint et adhuc extorquere nitantur, et etiam bona ipſorum Prepoſiti decani Capituli Canonicorum perſonarum et Cleri inuaſerint arreſtauerint occupauerint et detinuerint et ſuis uſibus applicauerint, necnon occupare inuadere arreſtare detinere et eiſdem ſuis usibus applicare ſimiliter defacto preſumant in animarum ſuarum periculum necnon Prepoſiti decani Capituli Canonicorum perſonarum et Cleri huiusmodi non modicum preiudicium atque damnum. Nos in premiſſis eiſdem, Prepoſito Decano Capitulo Canonicis perſonis et Clero oportune prouidere uolentes diſcretioni ueſtre per apoſtolica ſcripta in uirtute ſancte obedientie diſtricte precipiendo mandamus quatinus vos uel duo aut unus veſtrum per vos uel alium ſeu alios Prepoſito decano Capitulo Canonicis perſonis et Clero prefatis contra quoſcunque tranſgreſſores et uiolatores Conſtitutionum et ſanctionum earumdem cuiuſcunque ſtatus dignitatis et excellentie fuerint efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes non permittatis eos contra canonicas et legales conſtitutiones et ſanctiones huiusmodi indebite moleſtari, necnon caſdem Conſtitutiones ubi et quando expedire uideritis ſolemniter publicantes faciatis tranſgreſſores et uiolatores huiuſmodi ſi et prout inſtum fuerit ac ubi et quotiens expedierit tamdiu excommunicatos aut anathematizatos publice nunciari donec ab carumdem talliarum collectarum impoſitionum et quarumlibet extorſionum necnon bonorum Prepoſiti Decani Capituli Canonicorum perſonarum et Cleri huiuſmodi inuaſione arreſtatione occupatione detentione et applicatione omnino deſiſtant necnon etiam efficaciter reſtituant eiſdem Prepoſito decano Capitulo Canonicis perſonis et Clero occaſione premiſſorum per eos Leſis ſeu grauatis tallias gabellas et exactiones ipſas, ac etiam bona Prepoſiti decani Capituli Canonicorum perſonarum et Cleri predictorum arreſtata occupata detenta et applicata ipſis aut que per ſe uel alios illo Pretextu quomodolibet receperunt ymouerius temere et illicite uſurpauerint a ſe Libere omnino relaxent, ac in manibus veſtris iurauerint, quod de cetero talia non

committant ac ea commitentibus non preſtent auxilium conſilium uel ſauorem. Contradictores per cenſuras eccleſiaſticas ac alia iuris oportuna remedia compeſcendo Inuocato etiam adhoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis Ceterum ſi forſan huiuſmodi tranſgreſſorum aut uiolatorum uel ea fieri mandantium ipſiſque conſentientium ſeu dantium illis per ſe uel alios directe uel indirecte publice uel occulte auxilium conſilium uel ſauorem preſentia pro monitionibus et requiſitionibus per uos de ipſis faciendis tute ſecure uel commode haberi nequiret nos vobis monitiones et requiſitiones huiuſmodi ac citationes quaſlibet per edicta publica locis affigenda publicis de quibus ſit ueriſimilis coniectura quod ad notitiam citatoris et monitorum huiuſmodi peruenire ualeant faciendi plenam et liberam concedimus tenore preſentium poteſtatem volentes quod monitiones requiſitiones et citationes huismodi perinde ipſos citatos requiſitos et monitos ut premittitur arctent ac ſi eis facte et inſinuate preſentialiter et perſonaliter extitiſſent Non obſtantibus tam pie memorie Bonifacij pape VIII. etiam predeceſſoris noſtri quibus cauetur ne aliquis extra ſuam Civitatem uel dioceſim niſi in certis exceptis caſibus et in illis ultra vnam dietam a fine ſue dioceſis ad iudicium euocetur. Seu ſi ne Iudices extra Civitatem et dioceſim in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere aut alij uel alijs uices ſuas committere ſeu aliquos ultra vnam dietam a fine dioceſis eorumdem trahere preſumant dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate preſentium non trahatur ac de perſonis ultra certum numerum ad iudicium non uocandis quam alijs Conſtitutionibus apoſtolicis contrarijs quibuſcunque, Aut ſi aliquibus communiter uel diuiſim a ſede apoſtolica indultum exiſtat quod interdici ſuſpendi uel excommunicari, aut extra uel ultra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Mantue II. Kalendas Nouembris Pontificatus noſtri Anno Primo.

Vocabula subductis lineis diſtincta, i. e. majoribus literis impressa, rasurae sunt inscripta.

LXXXII.

Erzbischof Eberhart von Salzburg und seine Suffragan-Bischöfe, worunter auch Bischof Georg, kommen in Folge einer zu Salzburg gehaltenen Provinzial-Synode über Wahrung ihrer geistlichen Freiheiten überein.

1419. 15. Januar.

Wir Eberhart Von gottes genaden Erczbischoff ze Salczburg Legat des Stuls ze Rom Wir Von dessselben genaden Herman cze freysing, Albrecht ze Regenspurg, Jörg ze passaw, Berchtold ze Brixen Ernst ze Gurkg, Engelmar ze kyemsee, Vlrich ze Sekgaw Vnd Wolfhart ze Lauent Bischofen, der provincien ze Salczburg Suffraganen, Bechennen offenleich mit diesem brieff, für Vns Vnd Vnser Nachkomen, Als yecz Vmb ayn gemayn nucz der vorgenanten provincien, ze widerpringung phesleich freijhait vnd gueter ordnung ain Concilium prouinciale auf den Achtenden tag nach sand Marteins tag nachst vergangen in der Stat ze Salzburg durch vns Erczbischof Eberharten beruefft vnd lobleichen gehalden vnd volbracht ist, Dar Inn auch vnder andernn sachen für dasselb Concilium bracht sind manigerlay gebrechen, beswärnuss vnd vnczimleich gedrang, die vns vnsern prelaten vnd pfaffheit von ettleichen weltleichen fürsten Herren Ritternn vnd knechten vnd Iren amptleuten vnd vndertanen In der vorgenanten provincien gesessen geschehen, wider päbstleich vnd chaysserleich recht vnd phessleich freihait Darumb wir vnd dasselb Concilium auch den Allerdurchleuchtigisten fursten vnsernn genedigen Herren Herren Sigmunden Römischen künig vns wider solhen vnrechten gewalt vnd gedrang ze schermen, diemutichleich an gerüefft haben, vnd als vns derselb vnser genediger Herr der Römisch Kunig dar Inn genedichleich furgesehen,

vnd vns mit ſeinen küniglichen briefen ſolhes gewaltes vnd gedranges vor eze ſein gen vns verſchriben hat, Das Wir vns mit wolbedachten mwet, vnd mit Rat vnſerr Capitel mit eynander veraynet haben vnd veraynen vns auch in krafft dicz brieffs In ſolher mafs als hernach verſchriben ſtet, vnd geloben auch ſolch aynung eze halten vnd aneynander beyſtentig eze ſein bey vnſeren fürſtleichen wirden vnd eren trewlich an all geuerd, Zum erſten ob das wer das ettleich weltleich perſon Wie die genant wärn als vor geſchriben ſtet, vnſer aynen, oder merr, oder vnſer prelät, oder phafhait In voruerſchriebner weyſe verchurczten vnd wider recht drungen, So ſullen der oder die beſwärten nach auſweyſung des rechten, vnd beſunder ſolher ſtatuten vnd geſaczten diſer prouincien, Wider dieſelben procediren mit bannen vnd ſingen verſlahen, als lang bis dieſelben perſon zu gehorſam komen vnd ſolh vnrecht, drang, vnd beſwernus keren vnd abtuen vnd die beſwärten vnklaghaft machen vnd werr das ſolch weltlich perſonen nicht gehorſam werden, noch genueg tuen wolden, vnd alſo In irem freuel beliben ſechs wochen nach dem vnd der proceſs vnd das recht wider ſew angeuangen wurd So mügen wir an eynander anrueffen von vnſer ſelbs vnd vnſerr prelaten vnd phafhait wegen vmb beyſtand vnd mitleiden, wider ſolch weltleich perſonen vnd welher alſo vnder vns angeruefft wirdet der ſol eze ſtunden an allen auſezug ſolh proceſs vnd bann ſchaffen mit ſeinen briefen in ſeinem biſtumb eze verkünden vnd wider die ſelb perſon eze halden trewleich an all geuerd nach awſweyſung der ſelben proceſs als lang bis die vngehorſamen zu recht bracht werden, als vor geſchriben ſtet Wer auch da got vor ſey das ettleich perſonen In Iren freuel vnd verhärten gemüet beliben, vnd des geyſtleichen ſwertes vnd bann nicht achten, Alſo das man darumb mwſt das weltleich ſwert vnd beſunder vnſern vorgenanten genedigen Herren den Römiſchen künig anrüeffen das ſol geſchehen mit vnſer aller oder der mereren tayl vnder vns rat vnd willen Doch alſo das wir vnd vnſer yegleicher, der alſo an gerüefft wirdet als vor verſchriben ſtet In ſolhem beyſtand mit Leiden vnd rat chainen verczug geuerleich tuen ſöllen noch wellen in dhaynerlay weg

all argeliſt genczleich auſgeſchaiden. Vnd des ze Vrkund vnd czu ewiger gedechtnus aller voruerſchribnen ſachen Haben Wir diſem prief laſſen machen vnd mit vnſern vnd vnſerr Capitel anhangunden Inſigelnn verſigelnn Der geben iſt Nach Chriſti gepurd vierczehenhundert Vnd In dem Newnczehenden Jare am Nachſten Suntag vor Anthonij.

LXXXIII.

Sigismundus rex diploma imperatoris Heinrici III., quo mansum regium, dictum Kunigeshueb, chremensi ecclesiae contulerat, per Rudolphum Austriae ducem jam confirmatum, denuo ratificat.

Budae. 1419. 12. Auguſti.

Sigiſmundus dei gratia Romanorum Rex Semper Auguſtus ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. Rex Notumfacimus tenore preſentium vniuerſis. Ad hoc Summi diſpenſatione, principalis Monarchie obtinuimus dignitatem, ad hoc Romane Regie celſitudinis ſuſcepimus dyadema, ut ſi ad alia extrinſeca debita nos ſollicitudo prouocet ad ea tamen preſertim, que ſtatum felicem, ac incrementum Iurium gratiarum et libertatum Eccleſiarum ipſorumque miniſtrorum reſpiciunt, tanto intendimus uberius, quanto noſtrum preceteris mundi principibus ſolium, magnificentius erexit, celeſtis prouidencia creatoris. Sane per Venerabilem Rupertum de Weltz Canonicum, ac in Spiritualibus vicarium generalem eccleſie, necnon Cancellarium Curie Patauienſis, ac Plebanum et Decanum in Chremſse Cappellanum noſtrum deuotum ſincere dilectum oblata nobis peticio continebat, Quatenus ſibi et Eccleſie ſue vnum priuilegium Sereniſſimi principis, et domini, domini Henrici Secundi Romanorum Imperatoris Inuictiſſimi, et aliud quondam Illuſtris Rudolffi quarti palatini. Archiducis Auſtrie Stirie et Carinthie etc. preſenti noſtro priuile-

gio inſeri facere necnon de ſpeciali gratia Ipſa innouare, approbare, ratificare, et confirmare dignaremur. Cuius quidem primi priuilegij tenor ſequitur in hec uerba. In nomine dei Amen. Nos Heinricus diuina fauente clementia Romanorum Imperator, et ſemper Auguſtus. Notumfacimus vniuerſis preſentem litteram inſpecturis, Quod nos eccleſie Chremenſi ſite in orientali parte, manſum Regium, quod in volgari ſonat Küngeſhueb, qui ad nos omni Iure proprietatis, libere pertinebat, contulimus pleno Iure cuius termini ex una parte a cimiterio matricis Eccleſie incipientes ſurſum ad montem beate uirginis, ex alia uero parte a foro cottidiano. et per totam eamdem plateam communem, que uulgo dicitur Lantſtraſſe ex uno Latere ſurſum uſque ad illum locum ubi finitur curia Salzpurgenſium, necnon a uia ſuperiore cimitery per uineas ſurſum, cum uineis inferioris partis ac areis cultis ſeu etiam incultis, donec ad prenotatum terminum protenduntur. Volentes ac etiam auctoritate Imperiali diſtricte precipientes mandamus, ne aliquis Subditorum noſtrorum hanc donationem noſtram, pro anime noſtre remedio, ac ad honorem omnipotentis dei et beate uirginis Marie Sanctorumque quorum patrocinia in eadem continentur Eccleſia factam, umquam audeat infringere, uel preſumat Decernentes nichilominus, ut in omnibus cauſis, et iudiciorum articulis, ab hys qui locati fuerint, in eadem dote. tantum ad plebanum et paſtorem eiuſdem loci pro iudicio recurratur, nec aliquis Iudicum in ea dote iudicandi ſeu, etiam inpignorandi uel cuiuſque iuris, ſibi uendicet poteſtatem exceptis tribus articulis uidelicet quod fur homicida, et uiolentus mulierum oppreſſor, cum hys, que cinxerit ipſe cingulus debeat iudicio aſſignari. Quicumque uero hanc donationem noſtram, Sigilli noſtri munimine roboratam auſu temerario umquam preſumpserit uiolare, reum, ac offenſorem ſe nouerit ipſo facto, lese Imperatorie Maieſtatis. Data Patauie preſente Venerabili Epiſcopo Rimberto Pontificatus ſui Anno nono, In nomine dei feliciter Amen.

Signum domini Henrici tercij regis Inuictiſſimi ſecundi Romanorum Imperatoris Auguſti. R. ✝✝✝. Wintterius Cancellarius uice liuboldi Archicancellarij Archiepiſcopi recognouit. (Monogr.)

Acta ſunt hec anno dominice incarnationis, Milleſimo Quinquageſimo Quarto. v. Kalendas Januarij Indictione Septima. Anno uero domini Henrici Regis Romanorum ac Imperatoris Inuictiſſimi viceſimo quinto. Secundi uero priuilegij tenor ſequitur et eſt talis. In nomine domini Amen. Rudolfus quartus dei gratia. Palatinus Archidux auſtrie, Stiric, et Karinthie, Princeps Sweuie, et Alſacie, dominus Carniole, Marchie et portuſnaonis, necnon Sacri Imperij Supremus magiſter venatorum. Vniuerſis Chriſti fidelibus, preſentibus et futuris, Salutem in domino et perpetuam notitiam ſubſcriptorum. Principalis munificentia illis petitionibus digne prebet audientiam fauorabilem, et plene exauditionis impartitur beneficium, quarum executio nondum iuſta ſed meritoria non ambigitur apud deum, Accedens ad preſentiam ducalis noſtre excellentie, legalis, et peritus uir magiſter Gerungus Decanus Eccleſie in Kremſa Patauienſis dioceſis noſter medicus et domeſticus Cappellanus, nobis humiliter ſupplicauit, Quatinus priuilegium donatum et conceſſum dicte ſue Eccleſie, per diue memorie dominum Henricum olim Romanorum Imperatorem, ſuper manſo regio inferius annotato ratificare ipſumque, ac contenta in eo obſeruari, et executioni demandari debite precipere, de innata nobis manſuetudine, et ſpeciali gratia dignaremur, Cuius quidem priuilegij tenor dinoſcitur eſſe talis. In nomine dei Amen. Nos Henricus diuina fauente clementia Romanorum Imperator etc. ut ſupra. Nos qui votis iuſte petentium cogimur aſſenſum prebere beniuolum dicti magiſtri Gerungi precibus, equitati et rationi conſonis inclinati preſcriptum priuilegium, cum contentis in eo ſingulis ratificantes, Vniuerſis terrarum noſtrarum Comitibus, Baronibus, Miniſterialibus vaſallis Capitaneis Iudicibus Burggrauijs Caſtellanis Conſulibus Ciuibus ſeu alijs quibuſuis nobis ſubiectis, quibuſcumque nominibus cenſeantur, arcius iniungimus, et ſub obtentu noſtre gratie firmiter precipimus et mandamus, Quatinus predictum priuilegium, et contenta in eo quantum ad ipſorum quemlibet pertinet, obſeruent, ac executioni debite demandent, ac obſeruari, et executioni demandari faciant, et procurent, Nil penitus in dicte Eccleſie Chremſenſis et eius decani, qui pro tempore fuerit, preiudicium,

et quominus dicto priuilegio gaudere ualeant, libere attemptantes, quouis ingenio uel colore. Siquis uero in contrarium quitquam facere presumpserit grauem nostram indignationem, et penam Centum librarum Auri, equa divisione nostre Camere et dicte Ecclesie persoluendam, se nouerit incidisse. Testes huius rei sunt Reuerendi in Christo patres, et domini Amici nostri carissimi dominus Ortolfus Archiepiscopus Saltzburgensis, Apostolice Sedis legatus Paulus, Episcopus Frisingensis, Gotfridus Episcopus Patauiensis. Johannes Confirmatus Gurcensis nostre Curie Cancellarius, Otto Episcopus Chijmensis, Vlricus Episcopus Seccouiensis et Petrus Episcopus Lauentinus. Item Nobiles uiri et Auunculi nostri dilecti. Albertus Palatinus Comes Karinthie, Meinhardus et heinricus Comites de Goritia, necnon Comes Otto de Ortemburg, Item fideles nostri dilecti, Vlricus et hermannus fratres Comites de Cijlia, Comes Johannes de pfannberch, Eberhardus de Walsse de Lintza Capitaneus noster supra Anasum, Eberhardus de Walsse Capitaneus noster Styrie, Leutoldus de Stadekk Capitaneus noster Carniole, Stephanus de Meyssaw Marscalcus, Albertus de Puchhaim dapifer, Heidenricus de Meyssaw pincerna, Petrus de Eberstorff Camerarius, Fridricus de Chreuspach magister Venatorum Austrie. Item fridericus de Walsse de Gretz pincerna, Rudolfus, Otto de Lichtenstain Camerarius, fridericus de Pettouia Marscalcus, Fridericus de Stubenberg dapifer Styrie, fridericus de ausenstain Marescallus, et Capitaneus noster Karinthie, hertneidus Chreiger dapifer Hermannus de Ostrawitz pincerna Karinthie, Item Johannes Türso de Ranhonek, Vlricus et Otto de Stubenberg, Gotschalchus de Neitperg, Hermannus de Chranichperg, Hertnidus de pettouia, hainricus de Wilthausen, Item Hermannus de Landemberg noster Prouincialis marscalcus Austrie. Heinricus de Hakkenberg, noster magister curie, Johannes de Prunn noster magister camere, pylgrimus Strewno nostre curie marscalcus, heinricus de Prunn pincerna, Albertus Ottenstainer magister coquine, et Wilhelmus pincerna de Liebenberg dispensator panis Curie nostre et plures alij fidedigni. In cuius rei testimonium et perpetui roboris firmamentum presentes fieri, et Sigilli nostri appensione iussimus com-

muniri, Datum in Wienna VI. ta feria proxima ante Petri et Pauli beatorum apoſtolorum Anno domini Milleſimo Trecenteſſimo Sexageſimo. Etatis noſtre. Anno viceſimo primo. Regiminis vero noſtri ſecundo † Nos uero Rudolfus dux predictus hanc litteram, hac ſubſcriptione manus proprie roboramus, † Et nos Johannes dei et apoſtolice ſedis gratia, electus et confirmatus Eccleſie gurcenſis prefati domini noſtri ducis primus Cancellarius recognouimus prenotata. Nos igitur habito reſpectu benigno ad ſincere deuocionis conſtantiam et inmote fidelitatis puritatem, ac alia multiplicia meritorum et ſeruiciorum genera, quibus prefatus Rupertus, nobis et Sacro Romano Imperio hactenus placere ſtuduit, placet cottidie et inantea ſeruentius et maiori ſollicitudine placere poterit, et debebit Sibi Ruperto Supradicto, et Eccleſie ſue in Chrems animo deliberato, non per errorem, aut improuide, ſed matura deliberatione prehabita ſano etiam fidelium noſtrorum accedente conſilio, et de certa ſcientia predicta priuilegia et omnia in eis contenta, preſenti noſtro priuilegio inſeri fecimus, necnon de ſpeciali gratia, in omnibus ſuis articulis, clauſulis, ſentencijs, punctis, et expreſſionibus prout de uerbo ad uerbum ſonant, ea innouauimus, approbauimus, ratificauimus et confirmauimus, Innouamus, ratificamus, approbamus, et tenore preſentium gratioſius confirmamus, Mandantes vniuerſis et ſingulis Principibus, Eccleſiaſticis, et Secularibus, ac alterius cuiuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, et dignitatis hominibus, noſtris et Imperij Sacri fidelibus dilectis firmiter et diſtricte, Quatenus prefatum Rupertum ipſiusque ſucceſſores, et eccleſiam ſuam in Chrems, in Iuribus dignitatibus et libertatibus ſuis non impediant, nec impedire permittant, quin ymo in eiſdem manutenant, protegant, et efficaciter defendant. prout noſtram et Imperij Sacri indignationem, voluerint arcius euitare et ſub pena decem marcarum auri puri, quas ab eo qui contrafecerit exigi volumus et earum medietatem Imperiali Erario ſiue fiſco Reſiduam vero partem iniuriam paſſorum uſibus applicari. Preſentium ſub noſtre Maieſtatis Sigillo teſtimonio litterarum. Datum Bude. Anno domini Milleſſimo Quadringenteſimo decimo nono. duodecima die menſis. Au-

guſti. Regnorum noſtrorum. Anno Hungarie etc. Trigeſimo tertio. Romanornm vero nono.

Per d. L. Comitem de Otingen Magiſtrum curie
Michael de Trieſt Canonicus Pragenſis.

Quum diploma Heinrici imperatoris nec authenticis nec apographis inseretur, deficientibus equidem tam originali quam copia in codicibus, necesse fuit, illud hic exhibere.

LXXXIV.

Martinus papa V. exemtionem ecclesiae pataviensis ab omni jurisdictione et legationis jure sedis salzburgensis, per Balthaſarem, quondam Johannem XXIII. ipsi indultam, nec non pallii usum Georgio confirmat episcopo.

Florentiae. 1420. 22. Maij.

MARTINUS epiſcopus Seruus Seruorum dei. Ad perpetuam rei memoriam Cunctarum orbis eccleſiarum exaltationem deſiderantes indeſinenter, et decorem dignum cenſemus, et congruum ut ea que pro ipsarum uenuſtate precipua dignaque preeminentia laudabiliter facta comperimus apoſtolico dum a nobis petitur munimine roboremus, Dudum ſiquidem Baldaſſar in ſua obedientia de qua partes ille erant tunc Johannes XXIII. nuncupatus attendens quod eccleſia Patauienſis cui Venerabilis frater noſter Georius Epiſcopus Patauienſis tunc prefuit prout adhuc preeſt in eius ſtatu et iuriſdictione admodum ſolennis et famoſa, ac magna Cleri, et populi, necnon Vaſallorum et ſubditorum multitudine decorata exiſteret, ipſamque eccleſiam, eiuſque preſulem ſingularibus priuilegijs et libertatum prorogatiuis honorare dignum reputans ex certis etiam rationabilibus cauſis animum ſuum ad hoc inducentibus eccleſiam predictam que iure Metropolitico Salzburgenſis eccleſie tunc ſuffraganea exiſtebat ac eundem Geo-

rium Epiſcopum eiuſque ſucceſſores Epiſcopos Patauienſes qui eſſent pro tempore, nec non Prelatos, et huiusmodi Clerum ac Populum Ciuitatis ac diocesis Patauienſis preſentes tunc et poſteros, necnon quecunque Prelaturas, dignitates, perſonatus, et officia, ceteraque beneficia eccleſiaſtica, cum cura et ſine cura, ſecularia et regularia in eiſdem Ciuitate et diocesi conſiſtentia, et que in futurum in illis canonice inſtitui, ſeu fundari contingeret quibuſcunque nominibus cenſerentur, cum omnibus iuribus, et pertinentijs ſuis, ac bonis mobilibus, et immobilibus que tunc poſſidebant, et in futurum adipiſci ualerent ab omni iuriſdictione ſubiectione ſuperioritate dominio et poteſtate Venerabilis fratris noſtri Eberhardi Archiepiſcopi Salzburgenſis et ſucceſſorum ſuorum Archiepiſcoporum Salzburgenſium, qui eſſent pro tempore, necnon a iure legationis eorundem per ſuas litteras totaliter exemit, et perpetuo liberauit, illaque in ius, et proprietatem beati Petri et ſedis apoſtolice, ac ſub ſua et eorum ſpeciali, et immediata protectione ſuſcepit, et dicte ſedi immediate uoluit ſubiacere, ita quod Eberhardus Archiepiſcopus et ſucceſſores prefati in ipſa utpote prorſus exempta, deinceps excommunicationis, ſuſpenſionis, uel interdicti ſententias promulgare, ſeu etiam ratione delicti, uel contractus, ſeu rei de qua ageretur ubicunque committeretur delictum iniretur contractus, uel res ipſa conſiſteret, iuriſdictionem, poteſtatem, ſeu dominium aliqua (quod) exercere nequirent, ſed duntaxat ac coram dicta ſede, uel eius legatis, uel ſubdelegatis tenerentur de iuſtitia reſpondere, Et inſuper Georio Epiſcopo, et eius ſucceſſoribus predictis, ut decetero perpetuis futuris temporibus pallio uti poſſent, et deberent indulſit, ac decreuit omnes et ſingulos proceſſus ac excommunicationum, ſuſpenſionum, et interdicti ſententias, quos, et quas contra eorundem litterarum tenorem haberi contingeret, ſeu etiam promulgari, irritos, irritas, et inanes prout in ipſis litteris plenius continetur. Quare pro parte dicti Georij Epiſcopi nobis fuit humiliter ſupplicatum ut conſiderato etiam quod dicta eccleſia Patauienſis, que olim Laureacenſis appellabatur antiquitus prout ex eius priuilegijs experitur Metropolitana fuerit, eiuſque Pontifex pro tempore honore pallij ex apoſtolice ſedis gratia et con-

ceſſione uti conſueuerat exemptioni liberationi decreto et indulto predictis pro eorum ſubſiſtentia firmiori robur apoſtolici muniminis adijcere benignitate apoſtolica dignaremur, Nos igitur huiusmodi ſupplicationibus inclinati exemptionem, liberationem, decretum et indultum predicta necnon omnia, et ſingula alia in dictis litteris contenta rata habentes, et grata illa auctoritate apoſtolica tenore preſentium ex certa ſcientia confirmamus, et preſentis ſcripti patrocinio communimus ſupplentes omnes et ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem Conſtitutionibus et ordinationibus apoſtolicis ceterisque contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis et communitionis infringere uel ei auſu temerario contraire, Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Florentie XI. Kal. Junij Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Gratis de mandato domini noſtri pape.
M. de Boſſis.

LXXXV.

Engelhart Gruber bekennt, daſs Bischof Georg die ihm verſetzte Burg Partenstein wieder an sich gelöſst habe, und erklärt die von Letzterm ausgestellten Schuldurkunden als nichtig.

Paſſau. 1421. 19. Januar.

Ich Engelhart Gruber Bekenne vnd tun kund offenlich mit dem brieff allen den er furkumpt vnd gezaigt wirt. Als ich dem hochwirdigen furſten meinem genedigen herren, hern Jorigen Biſchofen zu Paſſaw ainen geltbrieff vmb hundert phunt vnd Sechſvndvierzig phundt Wyenner phening vbergegeben ſolt haben denſelben brieff mitſampt ainem anderen brieff. der da ge-

gelawt hat. dryhundert vnd vier vnd funfftzig phunt phening, dieſelben Sum bayder brieff bracht hat. funffhundert phunt phening. darumb ich ſein gefloss Partenſtain vncz her Innegehabt hab genczlich von mir gelöſt vnd ledig gemacht hat. Wann ich aber denſelben brieff. der da laewt hundert vnd Sechſvndvierczig phunt. phening yecz nicht gehaben mag. vnd der vngeuerlich verlegt iſt. Darumb verſprich ich mit dem brieff fur mich mein Erben. vnd fur allermeniglich. ob derſelb brieff hinfur. von mir meinen erben oder yemant anders funden oder furgebracht wurdt. daz denn derſelb brief dem benanten meinem Herren von Paſſaw vnd ſeinen nachkomen vnſchedlich ſein ſol vnd hab auch denſelben brieff, genczlich vernicht vnd getöt, tött vnd vernicht den auch wiſſentlich vnd In krafft diez brieffs. alſo das er hinfur kain krafft noch macht nicht haben ſol. vngeuerlich. Wer aber das der obgenant brieff vmb die Hundert vnd Sechſvndvierczig phunt phening funden wurde dar Inn ich allen fleys tun ſol. vnd wenn ich den alſo gefunden hab. So ſol ich den vnuerzogenlich zu des benanten meins genedigen Herren von Paſſaw. Hannden antwurten. vnd ſol er mir dann dieſen brieff an deſſelben ſtat wider Inantwurten. das verſprich ich bei meinen trewen an alles geuerde Vnd des zu vrkund gib ich Im den brieff verſigelten mit meinem anhangunden Inſigell. vnd hab auch fleyſſiglich gepeten den Edeln Herren Hern Heinrichen von Puchperg vnd den Erberen weiſen Ilſung Hawezenperger daz dye den brieff mitſampt mir zu zewgnuſs der ſach verſigelt haben In vnd Iren erben anſchaden Geben zu Paſſau am Suntag nach Sand Antonien tag nach Criſti gepurt Viercczchenhundert vnd darnach in dem Ainvndzwanczigſten Jare.

LXXXVI.

Martinus papa V. ob diminutionem reddituum ecclesiae pataviensis, et ad preces regis Sigismundi, episcopo Georgio administrationem ecclesiae archiepiscopalis strigoniensis in Hungaria vacantis, in commendam concedit.

Jomae 1421. 18. Martii.

MARTINUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Venerabili fratri Georgio Epiſcopo Patauienſi Adminiſtratori in ſpiritualibus et temporalibus eccleſie Strigonienſis, Salutem et apoſtolicam benedictionem. Regimini uniuerſalis eccleſie quanquam inſufficientibus meritis, diſponente domino preſidentes de uniuerſis orbis eccleſijs, pro earum ſtatu ſalubriter dirigendo, quantum nobis ex alto conceditur, ſolicite cogitamus, ſed ea propenſius ſolicitudo nos urget, ut illis que proprijs ſunt deſtitute paſtoribus, ne prolixe uacacionis ſubiaceant detrimentis de ſalubri remedio prouidere curemus. Dudum ſiquidem prouiſiones omnium eccleſiarum Cathedralium tunc apud ſedem apoſtolicam uacantium et inantea uacaturarum ordinacioni et diſpoſicioni noſtre reſeruauimus decernentes extunc irritum et inane ſi ſecus ſuper hijs per quoſcunque quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari. Poſtmodum uero eccleſia Strigonienſis per obitum bone memorie Johannis Archiepiſcopi Strigonienſis, qui apud dictam ſedem diem clauſit extremum paſtoris ſolacio deſtituta, Nos attendentes quod eccleſia Patauienſis cui preeſſe dinoſceris, in ſuis facultatibus et bonis propter temporum maliciam non mediocriter eſt deminuta, ac volentes tam tibi, ut ſtatum tuum iuxta meritorum tuorum exigentiam et dignitatis Epiſcopalis decentiam comodius tenere ualeas, quam eciam prefate eccleſie Strigonienſis, de qua nullus preter nos hac uice ſe intromittere potuit ſiue potest reſeruacione et decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne longe uacacionis ſubiaceat detrimentis

de oportuno remedio prouidere ſperanteſque indubie, quod tu eidem eccleſie Strigonienſi, per tue circumſpectionis induſtriam eſse poteris multipliciter fructuoſus Cariſſimi in Chriſto Filij noſtri Sigiſmundi Romanorum et Hungarie ac Boemie Regis Illuſtris, pro te Aule ſue Imperialis Cancellario nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis ſupplicacionibus inclinati eandem ecclesiam Strigoniensem ſic uacantem, tibi, per te, unacum prefata ecclesia Patauiensi uſque ad noſtrum beneplacitum tenendam, regendam, et eciam gubernandam, auctoritate apostolica concedimus in commendam, curam et administrationem plenam et liberam ejusdem ecclesie Strigoniensis ac bonorum et iurium ad eius menſam Arehiepiscopalem ſpectantium, tibi per te uel alium ſeu alios quem uel quos ad id deputandum duxeris ſeu eciam deputandos, gerendas et eciam exercendas in eiſdem ſpiritualibus et temporalibus plenarie comittendo, ut ecclesiam ipsam tue gubernacioni et adminiſtracioni commiſſam ſpiritualiter et temporaliter iuxta datam a deo tibi prudenciam regas dirigas et augmentes ac de fructibus redditibus prouentibus iuribus et obuencionibus uniuerſis ad dictam menſam ſpectantibus huiuſmodi commenda durante ordines et diſponas illoſque in tuos et eiuſdem eccleſie Strigonienſis uſus conuertere ualeas prout ueri Archiepiſcopi Strigonienſes qui fuerunt pro tempore de illis diſponere et ordinare potuerunt ſeu eciam debuerunt Alienacione tamen quorumcunque bonorum immobilium et precioſorum mobilium ejusdem eccleſie Strigonienſis tibi penitus interdicta. Tu igitur circa regimen et adminiſtracionem dicte eccleſie Strigonienſis ſolicite et fideliter exercendas ſic te exhibeas fructuoſum, quod ipſa eccleſia diuina tibi fauente clemencia ſub tua gubernacione prouida et ſalubri uotiuis in eiſdem ſpiritualibus et temporalibus amplietur commodis et ſalutaribus proficiat incrementis, Noſque tue diligencie et circumſpectionis ſtudium fructuoſum digne poſsimus in domino laudibus commendare. Datum Rome apud Sanctumpetrum XV. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri anno Quarto.

Gratis de mandato domini nostri papae.
Jo. Leonis.

LXXXVII.

Herzog Heinrich von Bayern-Landshut nimmt das paſsauiſche Domcapitel und alle deſsen Hinterſaſsen in Schutz und Schirm unter Aufhebung aller von ſeinen Amtleuten verhängten Beſchlagnamen ihrer Güter.

Burghauſen. 1421. 4. July.

Wir Hainrich von gotes gnaden Pfallentzgraue bei Rein vnd Hertzoge in Beyern, Bekennen offentlich mit dem briefe daz wir die Erſamen, vnſer beſunder lieben Andechtigen. in got. den.. Tümprobſt.. Techant. vnd gemainclichen die Chorherren des Capittels zu Paſſaw vnd alle die Iren, es ſein pfaffen. oder layen, mit Irem leibe, vnd guet, nichts auſsgenomen in vnſer gnade, vnd ſchirm genomen haben. Dartzu ſchaffen wir In mit dem gegenwürtigen briefe, ledig vnd loſe. alles Ir guet, wie das genant iſt. das von geſchefts wegen. vnſer. vnd aller vnſerer Amptlewt in pot gelegt vnd komen iſt. Vnd beſtëtten In auch gegenwürticlichen die briefe, vnd vrkünde, die Sy habend von vnſern vordern ſäligen vnd vns. mit allen Iren pünden vnd artickeln.. Darümb ſo wöllen vnd ſchaffen wir ernſtlichen bey vnſern hulden mit allen vnſern Amptleuten. vitztümbe pflegern Richtern oder wie die genant ſein, daz Ir Sy vnd alles Ir güet, bey freyheit Rechten vnd alter gewonheyt haltet yetzo vnd hinfür. vnd in dhainen kranch. Irrunge noch gewalt, dorynne tüt noch tün laſſet an geuerde. doran tüt Ir vnſern willen. Wann Sy Sich auch gen vns. vnd vnſern Erben halten vnd tün ſüllen als gen Irer herſchaft vnd Stiffteren. Vrkunde dicz briefs. verſigelt mit vnſerm Anhangenden Inſigel. der Geben iſt zu Burckhauſen an ſand Vlreichstage Nach criſti gebürd. vierczehenhundert. vnd dornach in dem ains vnd czwainczigiſten Jare.

Vorſtehende Urkunde iſt auch vorhanden in Form eines Transumts des Propſten Johannes von St. Nicola bei Paſsau, d. d. An Sunntag nach St. Niclastag (8. Dec.) 1448.

LXXXVIII.

Bischof Georg verheifst seinem Vicedom, Andreas Herleinsberger, welcher viele hochstiftische Schuldbriefe an sich gebracht, theils auch sich für ihn verbürgt hat, ihm allen zugehenden Schaden zu ersetzen.

Paſsau. 1421. 13. Auguſt.

Wir Jorig von Gotes gnaden Biſchoff zu Paſſaw, Bekennen für vns vnd vnſerr nachkomen Biſchoffe zu Paſſaw, offenlich mit dem brieff, Als vnſer lieber getruer Andre Herleinſperger, vnſer vicztumb zu Paſſaw, zu vnſerer vnd vnſers Gotſhawſs mercklichen notdorfften, entlehent hat, zum erſten, Martin dem Ranynger, vnſers frundes des von Wallſe ſchreiber, vierhundert Schok Behemiſſcher Groſſchen, vnd funffhundert pfundt Wienner pfening, darumb er Im ſein verſiglten brieff gegeben hat. Als dann der benant vnſerr Vicztumb, zu ſeinen Hannden erlöſt, vnd bracht hat, von vnſerm lieben getruen, Wilhalm dem Nuſsdorffer, vnſerm pfleger zu Obernperg, ainen brieff, vnder vnſerm, vnd vnſerr porgen Inſiglen verſiglt, der da lewtet vnd ſaget, vmb Achttawſent gulden, an derſelben ſchulde, er In volliglich entrichtett vnd bezalt hat, Sibenthalb Tawſent gulden, vnd vmb die ubrigen funffzehenhundert gulden, er In, mit ſeinem, vnd guten porgen verſiglten brieffen hat verſorget. Auch hat der obgenant vnſerr Vicztumb, nach vnſerm ſundern heyſſen, auf ſich genomen von vnſerm getruen lieben, Sigmunden Polhaimer, vnſerm pfleger zu Swabdorf, Sibenhundert pfund pfening, dye in Gold machen Nunhundert gulden, vnd funffundzwenczig pfundt pfenig. Es hat auch der vorgenant vnſer Vicztumb vns vnd vnſerm Gotſhaws zu notdorfft entlehent, von vnſerm getruen Gilgen dem Peterſheimer, vnſerm Pfleger zum Rennerigel, vierhundert gulden, vmb dyeſelben Sum gulden,

vnd all obgeschriben gellt, vnd Sum, er sich vnd sein erben verschriben hat, als dann dye brieff daruber gegeben aygentlichen aufsweysent. Haben wir dem offtgenanten Andre Herleinsperger, vnserm vicztumb versprochen, vnd versprechen Im, vnd all seinen erben, auch wissentlich in krafft dicz briefs, bey vnsern guten trewen, das wir Sye dauon an alle schaden, gnediglich ledigen, vnd bringen wellen, Teten wir aber des nicht, was er, oder sein erben, dann des schaden nemen, denselben schaden allen, sullen vnd wellen wir In, aufsrichten vnd genczlich widderkeren, vnd sullen den haben, zu vns, vnd vnsers Gotshaws gut, wo wir das überal yndert haben, oder lassen, Inner oder aufser lanndes, des sye sich denne mit Rechte, oder ane Rechte, mugen vnderwinnden, Innezuhaben nuczen vnd nyessen, als lang, vncz Sye Hawptguts vnd schaden, ob Sye dye bezalt hetten, das wissentlich wäre, volliglich werden entrichtet, daran wir Sye, noch nyemand von vnsern wegen, Irren noch hinndern sullen. was wir aber, oder yemand von vnsern wegen, daruber, mit In kriegten oder rechten, mit geistlichen oder werltlichen rechten, das haben wir an aller stat verloren, vnd Sy gen vns, vnd vnsern nachkomen, vnd Gotshaws behabt, vnd gewunnen, getrülich vnd an alles geuerd, Mit vrkund des briefs versigelt mit vnserm, vnd vnsers Erwirdigen Capitels zu Passaw anhangunden Insigeln, das Sye also zu mererm gezewknuss, an diesen brieff gehangen haben, Im, vnd seinen gütern dye es besundern hat, an schaden. Geben zu Passaw am Mittichen Sand Polten tag, Nach Cristi geburt viercczehenhundert vnd darnach in dem Ainundzwenzigsten Jare.

LXXXIX.

Wiguleus von Sattelbogen erklärt sich für alle seine Foderungen wegen Jahrsoldes und des im Dienste des Bischofs Georg genommenen Schadens als befriedigt.

1421. 13. Auguſt.

Ich Wigeleis Satelpoger Pfleger zu Winczaer. Bekenn für mich mein Hauſſrawn vnd all vnſer erben offenlich mit dem brief von meiner Jarſold dinſt pferd vnd vodrung wegen So mir der Hochwirdig fürſte. vnd Herre. Her Gorig Biſchofe zu Paſſaw etc. mein genediger Herre. bis auf datum des briefs ſchuldig iſt geweſen, Derſelben Jarſold dinſt Pferd vnd Voderung, Sein wir genedigklich von Im zu rechter weyl vnd zeit an all ſcheden gannez aufgericht vnd bezalt nach vnſerm benügen. Alſo ſagen wir den benanten vnſern gnedigen Herren von Paſſaw etc. Sein goczhaus vnd nachkomen vnd alle die Iren darumb genczlich Quidt ledig vnd los mit dem brief, Vnd wellen auch furbas darumb hincz ſeinen genaden. ſeinem Goczhaus noch hincz allen den Iren thainen Zuſprüch noch vodrung nicht mer haben In dheiner weis. Zu Vrkund gib ich obgenanter Satelpoger den brief mit meinem aigen anhanngndem Inſigel beſigelten, für mich mein Hauſſrawn vnd all vnſer erben allez das ſtät vnd war zehalden Was der brief aufweiſet, Das iſt geſchehen an ſannd Pöllten tag des heiligen Martrer, Als man zalt nach Kriſti gepürd vierczehen hundert Jar. Vnd darnach In dem Ain vnd Zwainczigiſtem Jare.

LXXXX.

Albrecht von Hohenlohe erklärt, daſs er rüksichtlich der Verlaſsenschaft ſeines verſtorbenen Bruders, des Biſchofs Georg, zufrieden geſtellt ſey, vorbehaltlich jedoch ſeiner allenfalſigen Rechte an Tulbing und Zubehör, ſo wie in Beziehung auf den von dem Erblaſser angeordneten Bau eines Carthäuser-Kloſters für den Fall, daſs dieſer Bau nicht zu Stande käme.

Paſsau. 1423. 3. Dezember.

Wir Albrecht von Hochenloch. Bekennen offennlich mit dem Brief für vns vnd all vnser erben. Von aller der Kleynod wegen. So der Hochwirdig fürſt, vnser lieber Herr vnd Brueder Her Jorig Weylent Biſchof zu Paſſaw ſeliger Gedechtnuſſ Hinder ſein laſſen hat, Es ſey Gold Silber oder ander varund Hab, wie das genant ſey nichts aufgenomen noch Hindan Geſetzt, Daz wir Darumb gentzlich entricht ſein noch Lautt vnd ſag des ſpruchs, den der Hochgeboren fürſt Hertzog Albrecht Hertzog zu Oeſterreich etc. vnſer gnediger Herr Darumb getan Hat, vnd, ſullen auch wir noch vnſer erben von der obgenanten Kleynod wegen vnd varunder Hab noch von aller anderer ſachen, nichts aufgenommen noch hindan geſetzt Hintz einem künftigen Biſchof zu Paſſaw ſeinen nachkomen vnd dem Capitel daſelbs dheinerley zueſpruech noch vorderung mer haben noch gewynnen in dheinerley weis, Vnd ſagen Si auch Dorumb vnd vmb all ander ſpruch gentzlich Ledig vnd Los. Aufgenomen von des kloſter wegen Korthuſer ordens, das der vorgenant vnser Lieber Herr vnd Brueder ſeliger geſchafft hat, ze pawen ob Daſſelb Kloſter nicht für ſich gieng vnd vollbracht wuerd

Des wir Hintz got nicht Hoffen Hiet wir denn In demſelben gut, Das zu dem vorgenanten Kloſter gegeben vnd voraus Hindan geſetzt iſt icht rechtens. des vertzeich wir vns nicht. Vnd ob wir auch icht Rechtens Hetten an Tulbing vnd ſeiner Zuegehörung, Das ſol vns deran keinen ſchaden bringen Wir geloben auch all obgeſchriben sach für vns vnd all vnser erben mit vnſeren trewen, getrewlich ſtet zu haben vnd dawider nicht Zetun in dhainem weis, vngeuerlich, vnd des zu Vrkund geben wir Diſen Brief verſigelt mit vnſerem anhangundem Inſigel. Der geben iſt zu Paſſaw an freytag nach Sand Andres tag des Heiligen Zwelfboten Nach Kriſt gepuerd viertzehenhundert vnd Dornach in dem Drewvndzwaintzkiſtem Jaren.

LXXXXI.

Martinus papa V. confirmat electionem Leonhardi (ex gente Laymingorum) per capitulum in episcopum sublimati, quamquam ordinatio episcopi pataviensis post obitum Georgii per decretum anterius sedi apostolicae fuiſset reservata.

Romae. 1424. 10 Januarii.

Martinus episcopus ſeruus ſeruorum dei Dilectis filijs Capitulo eccleſie Pattauienſis Salutem et apostolicam benedictionem Apoſtolatus officium quamquam inſufficientibus meritis nobis ex alto commiſsum quo ecclesiarum omnium regimini presidemus utiliter exequi coadiuuante domino cupientes ſoliciti corde reddimur et ſolertes ut cum de ipsarum regiminibus agitur committendis tales eis in paſtores preficere ſtudeamus, qui commiſsum ſibi gregem dominicum ſciant non ſolum doctrina uerbi ſed etiam exemplo boni operis informare commiſsaſque ſibi eccleſias in ſtatu pacifico et tranquillo uelint et ualeant duce domino ſalubriter regere et feliciter gubernare. Dudum ſi qui-

eorum ſubmittimus Proteſtantes hanc Appellationem prouocationem Supplicationem officium judicium ac in integrum reſtitutionem quodcunque eorum nobis placitum fuerit eorum tamen omnium nullitate ſemper ſalua proſequi intimare ſeu inſinuare ac alia facere velle prout Stilus Jus ſeu conſuetudo expoſcit Reſervantes etiam nobis cauſas pro fundatione huiusmodi appellationis noſtre ſupra allegatas omnes vel aliquas pro beneplacito noſtro in proſecutione deducendi aut etiam non deductas nec in preſentibus allegatas allegandi et proſequi, ſaluo Jure addendi minuendi mutandi et corrigendi ac aliam ſeu alias appellationem ſiue appellationes interponendi prout fuit et eſt moris atque Stili de quibus ſollenniter et expreſſe proteſtamur. Super quibus omnibus et ſingulis supradicti Reuerendiſſimus dominus Epiſcopus prepoſitus decanus et Canonici pro ſe totoque Capitulo Eccleſie Patauienſis ſibi a nobis notarijs publicis infraſcriptis vnum vel plura publicum ſeu publica fieri petierunt Inſtrumentum et Inſtrumenta. Acta ſunt hec in Caſtro Obernperg Patauienſis dioceſis Anno Indictione die menſe hora et pontificatu quibus ſupra Preſentibus ibidem Venerabili et Egregio ac honorabilibus et prouidis viris dominis Johanne Klewtzer in decretis licenciato in Althaim Stephano Purckſtaler Im aigen plebanis Andrea hinttermayr Rectore Capelle omnium ſanctorum in Ambitu Eccleſie patauienſis ſite preſbitris et hartungo pühler ſupradicti Reuerendiſſimi domini Epiſcopi Patauienſis Secretario Layco dicte Patauienſis dioceſis teſtibus ad premiſſa vocatis pariter et requiſitis.

Sequuntur formulae notariorum ac testium Conradi Kern, Erasmi Wuerer, Johannis Schmutzer etc.

CCXLI.

Sixtus papa IV mandat episcopo pataviensi, ut dehortetur advocatos, castellanos, officiales et nobiles praedictae dioecesis, ne bona ecclesiae invadant et diripiant, clericosque opprimant.

Romae. 1477. 1 July.

SIXTVS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Ad perpetuam rei memoriam. Ad compeſcendos conatus eorum nepharios qui dei timore poſtpoſito manus improbas et repaces in perſonas et bona eccleſiaſtica: extendere non uerentur: tanto magis nos decet oportuno remedio prouidere: quanto peramplius tendunt: in diuine maieſtatis et eccleſiaſtice libertatis offenſam: apoſtolice auctoritatis contemptum et diſpendium ac pernitioſum exemplum plurimorum. Sane ad noſtrum quorumdam fidedignorum relatione ueridica peruenit auditum. quod nonnulli Aduocati Caſtellani Precones et alij Officiales ſeculares Ciuitatis et dioceſis Patauiēnſis pro tempore exiſtentes ſuorum ſtatus ſalutis et honoris immemores ac dei timore poſtpoſito ſub ficto colore cuſtodie: rerum bonorum et pro tempore uacantium beneficiorum eccleſiaſticorum: quam cuſtodiam iuxta abuſum quendam illarum partium: ad ſe ſpectare pretendunt: frequenter Rectores aut Vicarios eccleſiarum ac aliorum eccleſiaſticorum beneficiorum in extremis laborantes de ſuis ſtratis uiolenter eijciunt et ipſis nedum mortuis ſed quandoque adhuc uiuentibus et in agone laborantibus: eorum res et bona temere exportant: quo fit: ut nonnunquam tales in ultimis Laborantes: ne eorum mortis periculum eiſdem Aduocatis Caſtellanis Preconibus et alijs Officialibus innoteſcat: metu exportationis bonorum huiuſmodi uorum, quanto magis poſſe confidunt: receptionem eccleſiaſticorum ſacramentorum differunt: adeo quod ſine illis perſepe

decedunt: Interdum etiam Aduocati et alij predicti: ne eorumdem Rectores ſic decedentium ordinationes de bonis per eos dimiſſis: ſi quas etiam ad pias faciunt cauſas, debito mancipentur effectur pro poſſe impediunt: et ſibi quodam auſu temerario, bona huiusmodi uiolenter uſurpant: ſeu res et bona eccleſiarum ac beneficiorum eccleſiaſticorum bonis: a decedentibus ſacerdotibus relictis admiſcent, et ſimul deportant. Vacantes preterea eccleſias: et illarum domus, ac bona ſub grauiſſimis et inutilibus expenſis, in crapulis et commeſſationibus alijſque ſcandaloſis actibus: cuſtodire contendunt: ac temerarie pretextu cuſtodie domus: uacantium beneficiorum occupant: donec eis expenſe huiuſmodi vnacum alijs muneribus et exennijs perſoluantur, ab eo cui pro tempore de illis fit prouiſio: qui etiam adipiſcende poſſeſſionis cauſa, eaſdem actiones indebitas: magnis quandoque pecuniarum ſummis redimere cogitur: totquoque alia onera frequenter eccleſijs Monaſterijs: et illorum Colonis imponunt ac iuriſdictionem et auctoritatem: quas Clerus in ſuos Colonos de iure uel conſuetudine habere debet: ita ſua temeraria uiolentia et preſumpta ſuperioritate eneruant: ut Prelati et eccleſiarum Rectores ac alij beneficiati: cenſus et redditus conſuetos: ab eiſdem Colonis habere: in eoſque debita poteſtate uti non poſſint: Beneficiorum uero patroni Laici, Colonos, in quos eadem beneficia pro tempore obtinentia, a primeuis eorum fundationibus iuriſdictiones ſuas per Judices eorum proprios exercuerunt, ad nutum eorum ui et de facto ſibi ſubiugando angariant: et ne beneficia ipſa obtinentibus: quicquam preter cenſum porrigant aut porrigi faciant inhibent: ipſoſque ſic beneficiatos ut dictos Colonos non ſoluentes coram ipſis Patronis conueniant: requirunt, ſeque in cogendis illis ſuperiores fore allegant, et tam patroni Laici ac Aduocati et alij ſupradicti: quam etiam Nobiles et Potentes illarum partium cogunt frequenter directe et indirecte beneficia eccleſiaſtica curata et non curata: in eorum dominijs obtinentes: ut ipſis uoluntate eorum decimas prediales locent: alioquin per ſe ui deportant, et quas tenentur ſoluere recuſant, ac teneri eas negant: necnon alias quominus pacifice percipi ualeant: uarijs

exquiſitis modis impediunt aut prohibent ipſos beneficiatos, ne decimas proprias colligant: per fundus illorum, nec quicquam exercitij negotiationis uel laboris habeant, nec iumenta paſcant: in eiſdem fundis, qui tamen alijs uicinis perſonis liberi patent Jura etiam parrochialia non porrigunt, et ne ab eorum ſubditis porrigantur ſimiliter prohibent Et nonnulli ex ipſis, a Rectoribus et beneficiatis ac alijs eccleſiaſticis perſonis ſub ipſorum dominijs, ſeu regimine eorumdem temporali, aut alias ubicumque degentibus. Steuras tallias et alias graues exactiones extorquent: et non permittunt eccleſiaſticas perſonas uina blada et alia ex beneficijs ſuis prouenientia ad ſe in Ciuitates et Opida in quibus morantur pro eorum ſuſtentationibus conducere: mandant denique et ſtatuunt laboratoribus eorum dicioni: ut ıfferunt ſubjectis, ne ipſis eccleſiaſticis perſonis labores et ſerıitia neceſſaria impendant, aut illis pro humano uſu obſequantur: ıecnon ut huiusmodi iniurias contra eccleſiaſticam libertatem ui nferri poſſint, ac eccleſiaſtici poſſe inferri ſibi magis formident, ommunem populum ad id concitant et prouocant: nec non ad uramenta adſtringunt: ut uiolentiam iniurioſam huiusmodi poenti manu teneant, et uehementer ſurgant in Clerum: ut non olum beneficijs ſpoliari, ſed etiam uita ſuis priuari ueriſimiliter ormident, maxime cum proprium Epiſcopum propterea adire et onſulere non audeant, ſed adeo uarijs exactionibus et grauaıinum generibus in Colonis ſuis opprimantur: ut pleraque orum beneficia per hec extenuata proprijs Rectoribus et deitis obſequiis deſtituta conſpiciantur ac quamplurimi ex Clero uiuſmodi in obprobrium ordinum ſuſceptorum mendicare coantur. Parrochiani quoque eccleſiarum parrochalium in nonullis locis dicte dioceſis illarum Rectore inconſulto aliquos r eis: quos Vitricos ſeu Magiſtroſ Luminum nominant in eiſem eccleſijs deputant: qui certas elemoſinas oblationes redıtus et cenſus ac alios prouentus earumdem eccleſiarum capiunt : ſuo nutu inſcio Rectore exponunt ac pretermiſſo huiusmodi ectore et alijs patronis, rationem prout uolunt talem qualem ddunt, in eccleſiaſtice libertatis contemptum et iniuriam, ac uini cultus dedecus et diminutionem: perniciosum quoque

exemplum et ſcandalum plurimorum. Nos igitur ad quos ex ſuſcepti officij debito ſpectat huiusmodi ſacrilegos et nepharios auſus reprimere, uolentes ut tenemur statui eccleſiaſtico et prefato Clero: ne deinceps ſimilia ſeu quod abſit grauiora ex huiusmodi temeritate detrimenta ipſis proueniant ſuper premiſſis congruentibus ſubuenire remedijs hac perpetuo ualitura Conſtitutione auctoritate apoſtolica tenore preſentium: ex certa noſtra ſcientia Aduocatis Caſtellanis Judicibus Preconibus Officialibus Nobilibus Potentibus et Patronis necnon omnibus et ſingulis illis obſequentibus famulantibus ac auxilium conſilium uel fauorem preſtantibus eis etiam quorum nomine uel auctoritate talia ſe forſan dicerent perpetrare cuiuſcumque eccleſiaſtice uel mundane dignitatis ſtatus gradus ordinis conditionis aut preeminentie fuerint etiam ſi Regali Ducali Pontificali aut quacunque alia ſpirituali ſeu temporali honore prefulgeant ac etiam parrochianis Vitricis et Magiſtris ſupradictis ne deinceps contra libertatem et perſonas eccleſiaſticas premiſſa aut aliqua eorum facere aut attemptare, ſeu talia facientibus aut attemptantibus quouis queſito colore uel ingenio adherere conſentire ſeu fauere quoquomodo preſumant, diſtrictius inhibemus, quauis contraria conſuetudine que potius corruptela dici debet non obſtante: decernentes et declarantes exnunc omnes tales et eorum ſingulos qui contra inhibitionem noſtram huiusmodi quouis modo ingenio uel colore uenire preſumpſerint eo ipſo incurrere ſingulas cenſuras et penas tam in Lateranenſi Concilio quam per clare memorie Fridericum II Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum in quadam eius Imperiali Conſtitutione per felicis recordationis Honorium papam III predeceſſorem noſtrum apoſtolica auctoritate confirmata et per inclite memorie Carolum IIII etiam Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum poſtmodum moderata et innouata Carolina numcupata quarum tenores hic pro ſufficienter expreſſis haberi uolumus: nec non per nos et alios Romanos Pontifices predeceſſores noſtros in certis litteris in die Cene domini ſolemniter publicari ſolitis in talia perpetrantes et committentes inflictas atque latas: a quibus ab alio quam Romano pontifice preterquam ſatiſfactione preuia in mortis

articulo conſtituti etiam pretextu cuiuſuis facultatis deſuper a ſede apoſtolica pro tempore obtente nequeant abſolutionis beneficium obtinere Et nichilominus Venerabili fratri noſtro nunc et pro tempore exiſtenti Patauienſi Epiſcopo auctoritate et ſcientia predictis mandamus et ſub interdicti ingreſſus eccleſie et ſuſpenſionis a diuinis necnon regiminis et adminiſtrationis honorum ſue Patauienſis eccleſie penis: eo ipſo ſi non paruerit incurrendis ut per ſingulos ſuarum Ciuitatis et dioceſis parrochialium eccleſiarum Rectores Vicarios et ſuos in diuinis cooperatores aut Capellanos aut alios preſbiteros curam animarum regentes ſub ſimilibus penis et cenſuris has noſtras litteras ſingulis Annis in Quinta feria maioris Ebdomade Quadrageſime ſcilicet in Cena domini in eorum parrochialibus et alijs eccleſijs in quibus populi multitudo confluere ſolet ſolemniter publicari faciat et mandet, ne aliqui poſſint de illis ignorantiam allegare et illos quos ſibi conſtiterit inhibitioni huiuſmodi non paruiſſe, et a talibus exceſſibus non abſtinuiſſe, dictis cenſuris et penis irretitos ſingulis Dominicis et alijs feſtiuis diebus publice denuntiari atque ab omnibas arctius euitari faciat et procuret: donec compuncti corde et preuia ſatiſfactione meruerint per ſedem ipſam ab huiuſmodi cenſuris et penis abſolui. Non obſtantibus Conſtitutionibus et ordinationibus ac priuilegijs litteris et indultis apoſtolicis etiam per nos ſeu predeceſſores noſtros Romanos Pontifices quibuſuis Prelatis et alijs eccleſiaſticis ac quorumuis etiam mendicantium ordinum religioſis perſonis ſuper impendendis per eos abſolutionibus etiam in quibuſcumque caſibus conceſſis et concedendis que etiam ſi de eis eorumque totis tenoribus de uerbo ad uerbum mentio ſeu queuis alia expreſſio preſentibus habenda eſſet illorum tenores hic pro ſufficienter expreſſis habendo nulli quoad cenſuras et penas predictas uolumus ſuffragari ceteriſque contrarijs quibuſcumque Seu ſi Epiſcopo Aduocatis Caſtellanis Judicibus Preconibus Officialibus Nobilibus Potentibus Patronis et alijs prefatis uel quibuſuis alijs communiter uel diuiſim a dicta ſit ſede indultum quod interdici ſuſpendi uel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam ac de uerbo

ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis, conſtitutionis, declarationis, mandati et uoluntatis infringere uel auſu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis deſ et beatorum Petri et Pauli Aboſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Milleſimoquadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo Kalendis Julij Pontificatus noſtri Anno Sexto.

S. Policarpus.

CCXLII.

Der böhmische Freiherr Wenceslaw von Rabenstein verpflichtet sich, dem Bischofe Ulrich vier Jahre lang als Rath zu dienen.

Waldkirchen. 1477. 19 October.

ICH Wenntzlaw Freyher Zum Rabenſtain Bekenn fur mich vnd all mein Erben offenlich mit dem brieff, das mich der Hochwirdig furſt vnd Her Her Vlrich Biſchoue zu Paſſaw. mein gnediger Her zu ſeiner gnaden Rate vnd diener aufgenomen vnd beſtellt hat auf vier Jar nach dato ditz brieffs ſchirſtkunfftig In maſſen wie hernach volget. Von Erſt So ſol vnd wil Ich ſeinen fürſtlichen gnaden derſelben Stifft vnd nachkommen die bemellt Zeit trewlich Raten vnd dienen mich In derſelben dienſten nutzen vnd prauchen laſſen, wo mein ſeine gnad bedarff ob mich auch dieſelb zu pottſchafft oder teyding in der Cron zu Behaim brauchen wollt, des ſol Ich willig ſein, doch auf ſeiner gnaden vnd derſelben nachkomen koſſt vnd zerung, auch ſol Ich mir ſeiner gnaden vnd derſelben Stifft lewt wo die an mich gelanngen trewlich beuolhen haben. In hillf vnd furdrung thun vnd mich In allen ſachen gutwilligklich vnd nachperlich gen ſeinen gnaden vnd derſelben vndertan beweiſen,

Vnd wann mich ſein gnad In Iren dienſt eruordert So ſöl Ich kommen mit meinen gewondlichen Dienern vnd Hoffgeſind, wie Ich des zuzeiten fug vnd ſtatt hab vnd wann Ich alſo In ſeiner gnaden dienſt bin, ſo ſullen ſein gnad oder derſelben nachkomen mir futer vnd mal geben, auch fur redlichen ſchaden ſteen als annderm ſeiner gnaden Hofgeſind vnd dienern vngeuerlich. Sein gnad vnd derſelben nachkomen ſullen mir auch die bemellt Zeitt alle Jar zu Solld geben zu ſand Gallen tag viertzehen tag vor oder nach vngeuerlich Hundert Reiniſch gullden oder dafür ſovil muntzs als die gullden dieſelb zeitt gellten, die Ich zu der benannten Zeitt durch mich ſelbs oder meinen anwald In der Stat Paſſaw heben vnd nemen vnd sein gnad darumb quittirn ſol. Vnd ob wir oder vnnser baider vnndertan icht In Irrung kömen oder Spruch zueinannder gewunnen vmb was ſachen das wer darumben ſullen wir kainen krieg miteinannder anfahen oder treyben Sunder ain tail gegen dem anndern auſstragen gutlich oder rechtlich an den emden vnd Stetten wo das pillich iſt vnd der Klager dem antwortter nachuollgen Auch ob ich von meines Sollds Schadens oder dienſts wegen mit Im In Irrung keme, darumb wir Vns gutlich nit vertragen möchten, So ſol Ich des beleiben bey ſeiner gnaden Reten vns darumben guttlich oder rechtlich zu entſcheiden vnd was dieſelben aintregtiklich oder der merer tail aus In Inn der gutikaitt oder mit dem Rechten darumb erkennen oder ſprechen, das ſol von Vns baiden tailen ſtett gehallten vnd volfurt werden on all verrer auſszug vnd waigrung, Vnd wann die bemellten vier Jar verſchinen ſind So iſt ſein gnad oder derſelben nachkomen mir des Sollds der bemellten Hundert Reiniſch gulden oder muntzs nicht mer ſchulldig zegeben, Ich mein Erben vnd nachkomen ſullen vnd mugen auch darumb hinfur zu ſeinen gnaden derſelben Stifft vnd nachkomen kainerlay Vodrung oder Zuſpruch haben weder wenig noch vil In kainerlay weis. Mit vrkund ditz brieffs bewart mit meinem aigen anhangunden Inſigel vnd zu merer gezewgnuss hab Ich mit Vleiss gebetten den Edeln Veſſten Anndre von Puchperg zum Wildenſtain, das er ſein Inſigel auch hieran gehanngen hat, doch Im ſeinen Erben vnd

Inſigel on ſchaden. Zewgen der bete vmb das bemellt Inſigel, ſind die Wolgeborn vnd Edlen Herren. Her Smyl von Janowitz zu Riſſemberg, Meindl von Duchnitz, Burian von Martitz Burggraue zu Prachatitz Jan Slowitzky von Wranieho vnd mer erber lewt gnug. darunder Ich mich vnd mein Erben verpinde war vnd ſtett zehallten Innhallt des brifs Geben zu Walldkirchen an Suntag nach ſannd Gallen tag Nach Criſti gepurde vierzehenhundert vnd Im SibenvndSibenzigiſten Jare.

CCXLIII.

Balthasar de Piscia, nuntius apostolicus, omni clero annuntiat, se Casimirum Poloniae regem ac ejus primogenitum Wladislaum tamquam hostes Mathiae regis Hungariae et Bohemiae, contra Turcos pugnantis, necnon haereticorum fautores excommunicasse.

Wratislaviae. 1478. 15 Januar.

BALDASSAR de Piſcia ſanctiſſimi Domini noſtri Domini Syxti diuina prouidentia Pape Quarti et Apoſtolice ſediſ Subdiaconuſ, nec non eiuſdem ſanctiſſimi Domini noſtri ac prefate ſediſ ad Hungarie Polonie et Bohemie Regna, ac ad uniuerſas et ſingulaſ Prouinciaſ, Ciuitateſ, Terras et loca ipſiſ Regnis uel eorum Regibuſ ſubiecta dictisque Regniſ et lociſ circumuicina Nuntiuſ et Orator a prefato ſanctiſſimo domino noſtro ſpecialiter deputatuſ, VNIVERSIS et ſinguliſ dominis Abbatibuſ, Prioribuſ, Prepoſitiſ, Decaniſ, Archydiaconiſ, Scolaſticis, Cantoribus, Caſtodibuſ, Theſaurarijſ Sacriſtis tam cathedralium quam collegiatarum eccleſiarum, Canoniciſ, Parrochialium eccleſiarum Rectoribuſ, ſeu locatenentibus eorumdem, Plebanis Viceplebanis, Cappellanis curatis et non curatis, Vicarijs perpetuis, Altariſtis ceterisque preſbiteris Clericis Notarijs et Tabellionibus quibuſ-

cunque tam per Magdeburgenſem quam Maguntinam, Salzeburgenſem, Strigonienſem, Gneznenſem Pragenſem Warmienſem, Sambienſem, Culmenſemque Prouincias et Dioceſes, et alias ubilibet conſtitutis, ad quem uel ad quos preſentes littere noſtre peruenerint, Salutem in domino et preſentibus fidem indubiam adhibere, noſtrisque huiusmodi ymouerius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis, NOVERITIS quod ex eo quia dudum tam dominum Kazimirum Polonie Regem quam Wladiſlaum eiuſ Primogenitum omnesque eis dantes auxilium conſilium uel fauorem per noſtras patentes litteras ob cauſas in ipſis noſtris patentibus litteris expreſſas, Primo iuxta facultates nobis conceſſas monuimus hortati ſuimus et accurate requiſiuimus monerique et hortari et accurate requiri mandauimus per uiſcera miſericordie domini noſtri Jheſu Chriſti nec non ſanctam et catholicam fidem quam in ſacro regenerationis Baptiſmate nouerant, ac Secundo per alias noſtras ſimiles litteras eoſdem dominum Kazimirum Polonie Regem et Wladiſlaum eiuſ Primogenitum, ac alioſ ſupradictoſ ob cauſas etiam in primiſ et ſecundiſ patentibus litteris noſtris expreſſas ſub excommunicationis et Interdicti, ac quibuſlibet ſententijs cenſuris et penis, tam a Jure quam a Romaniſ Pontificibuſ in fauenteſ hereticis, illoſ receptanteſ, ſeu eiſ danteſ auxilium conſilium uel fauorem Latiſ, ſeu promulgatis, iterum monuimuſ et requiſiuimuſ, ac ex parte noſtra moneri et requiri mandauimuſ ſub certiſ terminiſ, ipſiſ domino Kazimiro Polonie Regi, ac Wladiſlão eiuſ Primogenito et alijſ ſupradictiſ peremtorie prefixiſ, Quatenus Sereniſſimum Principem ac chriſtriane fidei pugilem inuictum dominum Mathiam Hungarie et Bohemie Regem indubitatum cui animuſ et fideſ adeſſe perhibetur hereſeſ eneruandi et hereticoſ reducendi, aut exterminandi et penituſ delendi, tam in Hungarie, in quo jugiter aduerſus perfidiſſimos et truculentiſſimos Thurcoſ belle (a) gerere oportet, quam Bohemie Regniſ huiuſmodi in pace et quiete dimitterent, nil moleſtie nichilque impedimenti, aut iniurie ſibi in tam ſancto et deo glorioſo, ac uniuerſali eccleſie accepto negocio, in quo pro fide certatur, ac ueri et indubitati

catholici oſtenduntur impenderent, Sed exercitus ſuoſ curruſ et quevis bellorum Inſtrumenta ad ſe reuocarent, nec amplius dicto domino Regi Mathie nocerent, aut hereticos eoſ receptarent, nec eiſ auxilium conſilium uel fauorem preberent, Sed pro uiribuſ prefato Regi Mathie ut catholicos decet Principeſ ad ipſaſ hereſeſ penituſ eneruandas hereticorumque nomen fundituſ euellendum aſſiſterent, Prefateque noſtre due patentes littere per diuerſaſ Hungarie et Bohemie Regnorum et aliorum Dominiorum Prouincias, ac in locis Regno Polonie uicinis per diuerſas Ciuitates Terraſ et Oppida inſignia publicate et debite executioni demandate fuerunt, prout apud noſ in actis cauſe huiuſmodi manifeſte apparet, Et ipſe Rex Kazimirus et Wladiſlaus eius Primogenituſ, ac alij ſupradicti noſtris ymo uerius apoſtoliciſ ſalutaribus monitiſ exhortationibuſ et requiſitionibus non acquieuerunt, Viſiſ dictiſ noſtriſ litteriſ et executionibuſ deſuper factis, ac conſideratiſ que conſideranda erant, Ipſum dominum Kazimirum, ac Wladiſlaum eiuſ Primogenitum et omneſ alioſ ſupradictoſ Die Mercurij Quartadecima menſiſ Januarij preſentiſ Anni excommunicationiſ et Interdicti, ac aliaſ ſententias cenſuras et penas incurriſſe in hunc qui ſequitur modum in ſcriptiſ declarauimuſ CHRISTI NOMINE INVOCATO pro tribunali ſedenteſ et ſolum deum pro oculiſ habenteſ Auctoritate Apoſtolica qua fungimur in hiſ ſcriptiſ pronuntiamuſ ſententiamuſ et decernimuſ dominum Kazimirum Polonie Regem nec non Wladiſlaum eiuſ Primogenitum, ac omneſ eiſ danteſ anxilium conſilium uel fauorem, Ex eo quod noſtriſ ymo ueriuſ Apoſtolicis ſalutaribuſ monitionibuſ et requiſitionibuſ in Sereniſſimi Principiſ et domini domini Mathie Hungarie et Bohemie Regiſ indubitati, ac chriſtiane fidei pugiliſ inuicti fauorem per noſ et ex parte noſtra ob fidei catholice tam contra immaniſſimoſ Thurcoſ quam contra hereticoſ Bohemoſ tuitionem factiſ non acquieuerunt, Sed prefati Rex Polonie ac Wladiſlauſ eiuſ Primogenituſ et omneſ alij ſupradicti ſuadente Diabolo in ſua obſtinata peruerſitate indurati exiſtunt, monitioneſ et requiſitioneſ prefataſ, noſtramque proteſtationem non attendendo excommunicationiſ et Interdicti, ac quaſlibet aliaſ ſententias cenſuraſ et penas tam

a Jure quam a Romaniſ Pontificibuſ in fauentes hereticis, illoſ receptanteſ, ſeu danteſ eiſ auxilium, conſilium uel fauorem Lataſ ſeu promulgataſ incurriſſe et incidiſſe declarandum fore et declaramuſ, ac denuntiandoſ et publicandoſ fore et denuntiamuſ et publicamuſ, ac denuntiari et publicari, et a cunctiſ chriſtifidelibuſ artiuſ euitari mandamuſ, OMNIA autem et ſingula ſupradicta prefata auctoritate Apoſtolica omni meliori modo uia cauſa et forma (ac) Jure, quibuſ poſſumuſ et debemuſ, facimuſ dicimuſ pronuntiamuſ et ſententiamuſ, decernimuſ declaramuſ et fieri mandamuſ, QVE OMNIA et ſingula premiſſa preſcriptamque noſtram ſententiam et in ea contenta, uobiſ omnibuſ et ſinguliſ ſupradictiſ intimamus inſinuamuſ et notificamuſ, ac ad ueſtram et cuiuſlibet ueſtrum notitiam deducimuſ et deduci uolumuſ per preſenteſ, Voſque nichilominus et ueſtrum quemlibet prefata auctoritate Apoſtolica tenore preſentium requirimus et monemuſ Primo Secundo et Tertio et peremptorie, Vobiſque et ueſtrum cuilibet in uirtute ſancte obedientie et ſub excommunicationiſ pena, quam in uoſ et ueſtrum quemlibet, canonica monitione premiſſa ferimuſ in his ſcriptiſ niſi feceritiſ que mandamuſ, Quatenuſ infra treſ dieſ poſt preſentationem harum noſtrarum litterarum uobiſ ſeu alteri ueſtrum factam immediate ſequenteſ quoſ treſ dieſ uobis et ueſtrum cuilibet pro omni dilatione terminoque peremptorio, ac monitione canonica aſſignamuſ Ita tamen quod in hiſ exequendiſ, Vnus ueſtrum alterum non expectat, nec unuſ pro alio ſe excuſet, Prefatoſ Dominum Kazimirum Polonie Regem, ac Wladiſlaum eiuſ Primogenitum et alioſ ſupradictoſ, per noſ ut prefertur excommunicationiſ et Interdicti, ac quaſlibet aliaſ ſententiaſ cenſuraſ et penaſ tam a Jure quam a Romaniſ Pontificibuſ in fauenteſ hereticiſ illoſ receptanteſ, ſeu danteſ eiſ auxilium conſilium uel fauorem lataſ ſeu promulgataſ incurriſſe, ac incidiſſe declaratiſ, Et ut taleſ in ueſtris eccleſijs Monaſterijs et Capelliſ infra miſſarum et aliarum horarum ſolennia, aut uerbi diuini predicationem, ac aliaſ ubi et quando et quotienſ expedierit publice denuntietiſ, et ab alijſ quantum in uobiſ fuerit denuntiari et ab omnibuſ chriſtifidelibuſ artiuſ euitari faciatiſ, Ab huiuſmodi

denunciatione diebuſ Dominibuſ non ceſſando, donec et quouſque a nobiſ uel ſuperiori noſtro aliud deſuper receperitiſ in mandatiſ, Qui autem cuiuſcunque ſtatuſ graduſ eccleſiaſtici uel ſeculariſ etiam ſi pontificaliſ dignitatiſ exiſtat, Palam uel occulte directe uel indirecte aut quouiſ queſito colore etiam conſulendo huiuſmodi denuntiationem ſeu publicationem impediuerit, prefate noſtre excommunicationiſ ſententie prout per noſ in ſcriptiſ lata eſt, ipſo facto uolumuſ ſubiacere Abſolutionem uero omnium et ſingulorum, qui prefatam noſtram ſententiam incurrerit ſeu incurrerint quoquomodo nobiſ uel ſuperiori noſtro tantummodo reſeruamuſ. IN QVORVM omnium et ſingulorum fidem et teſtimonium premiſſorum preſenteſ noſtraſ litteraſ ſiue preſenſ publicum Inſtrumentum huiuſmodi noſtram ſententiam Intimationem Inſinuationem et Notificationem Monitioneſ et requiſitioneſ, terminique prefixionem, et excommunicationiſ ſententiam et alia ſupraſcripta in ſe continenteſ ſeu continenſ exinde fieri et per Notarium noſtrum publicum et huiusmodi cauſe coram nobiſ Scribam infraſcriptum ſcribi, Et una cum Collega ſuo ſubſcribi et publicari mandauimuſ, Noſtrique magni et Rotundi Sigilli iuſſimuſ et fecimuſ appenſione muniri, DATVM et ACTVM Wratiſlauie In domo noſtre ſolite Reſidentie in Sala ſuperiori nobiſ pro tribunali ſedente, Sub Anno a Natiuitate Domini Milleſimo quadringenteſimoſeptuageſimo Ottauo Inditione Vndecima Pontificatuſ prefati ſanctiſſimi Domini noſtri Pape Anno Septimo, Die uero Jouiſ Quintadecima menſiſ Januarij, Preſentibuſ Ibidem Venerabilibuſ et honeſtiſ Viriſ domino Johanne de Sorauia Canonico Olomucenſis domino Benedicto Polkenhaym Wratiſlauienſis ac domino Johanne Newman de Gorlicz Miſnenſis Dioceſium, artium Magiſtriſ, Et aliſ pluribuſ teſtibuſ ad premiſſa uocatiſ habitiſ ſpecialiter, pariterque Rogatiſ.

Sequuntur recognitiones notariorum Johannis Ginori de Florentia et Johannis Regis clerici Rothomagensis.

CCXLIV.

Wolfgang Aicher übernimmt das ihm vom Bischof Ulrich auf Lebensdauer übertragene Maut- und Brücken-Amt zu Ebelsberg sammt gewissen Verpflichtungen gegen den Bezug der Erträgnisse desselben.

Passau. 1478. 1 Juny.

ICH Wolfganng Aicher die Zeit des hochwirdigen fürſten vnd Herrn Herrn Vlrichen Biſchoue Zu Paſſaw meines genedigen Herrn Richter zu Ebelſperg Bekenn für mich vnd mein Erben vnd tun kundt offenlich mit dem brief Als derſelb mein genediger von paſſaw mir ſeiner gnaden Mawtt vnd Pruckambt daſelbs zu Ebelſperg mein lebtag verlazzen vnd empholhen hat Alſo daz Ich die ſelben Mawtt nu hinfür mein lebtag einnemen vnd aufheben ſol genntzlich wie von allter heer komen iſt. vnd ſeinen gnaden noch ſeiner gnaden nachkomen nichtz dauon ſchuldig ſein Zeraichen doch ſol vnd wil Ich ſeinen gnaden vnd ſeiner gnaden Stift Ambtlewt mit ſolher Mautt nit beſweren vnd nichtz annders von In nemmen dann wie von allter heer komen iſt Dar Zu ſol vnd wil Ich die pruckhen vber die Trawn auch die anndern pruckhen all vnd die weg bey dem Marckt daſelbs auf mein eigen koſt vnd lon machen laſſen auch die verſehen vnd bewaren damit die von menigklich mugen beſucht vnd gebraucht werden dardurch nyemand kain ſchad beſchech vnd meinen gnädigen herren kein ſchad daraus entſtee dar Zu ſullen mir Jerlich drey Aichen zu Steckhen ab ſeiner gnaden hollz durch ſeiner gnaden Vorſter gegeben werden. Auch ſol vnd wil Ich den Prunnen auf mein aigen koſt vnd lon hinein in das Gfloss daſelbs keren vnd laitten wie das von allter heer komen iſt. vnd annder Pruckmaiſter vnd Mauttner vormalen daſelbs gehandlet vnd gemacht haben vngeuerlich ich ſoll vnd wil auch ſolh ambt

mein lebtag ſelbs Innhaben verweſen vnd beſitzen vnd meinen gnedigen herrn gehorſam vnd gewertig ſein auch in annder weg mitleyden haben als annder ſeiner gnaden Ambtlewt vnd mitburger daſelbs zu Ebelſperg Ob Ich aber des nicht tet auch daz Ich die bemellten prucken prunnen vnd weg nit weſhlich oder pewlich hiellt des ſeinn gnad zu ſchaden kem denſelben ſchaden ſol vnd wil Ich ſeinen genaden widerkeren vnd ſol des bekomen zu mir vnd allem meinem gut vngeuerlich nichtz aufgenomen. Vnd ob ich von ſolhes Ambts wegen geen ſeinen gnaden icht in Irrung kem oder vordrung vermaint Zehaben darumben ſol vnd wil Ich mich beſchaiden laſſen vnd bleiben bey ſeiner gnaden Reten guttlich oder Rechtlich. Vnd wann ſich fugt daz Ich mit tod vergangen vnd nicht mer pin ſo ſein die bemellten Mautt vnd Pruckambt meinen gnedigen herrn vnd ſeinen nachkomen ledig worden vnd wider haim gefallen vnd mugen dann damit hanndlen Nach Irer notdurft an mein vnd meiner Erben vnd menigklich von meinen wegen Irrung vnd hindernuss alles treulich vnd vngeuerlich Des Zu Vrkunt gib Ich obgenanter Wolfgang Aicher meinem gnedigen herren vorgenant vnd ſeinen nachkomen den brief Beſigellten mit der Edlen Hannſen Tanner vnd Hannſen Schrankler ſeiner gnaden Kaſtner vnd diener beder anhangunden Inſigeln die Ich vleiſſigklich darumb gebeten hab In vnd Iren Erben vnd Inſigeln an ſchaden Darvnnder Ich mich verpind alles obgeſchriben war vnd ſtet Zehallten ſo oben an dem brief verſchriben iſt Geben zu Paſſaw Montag vor ſand Erasmus tag Nach criſt geburd Vierzehenhundert vnd in dem achtvndſibenzigſten Jaren.

CCXLV.

Fridericus III imperator communicat capitulo pataviensi bullam papae interdicentem, ne vacante sede sine assensu imperatoris ad novam electionem procedat.

Graetz. 1478. 25 Octobris.

Fridericus diuina fauente clemencia. Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Hungarie. Dalmacie Croacie etc. Rex ac Auſtrie Stirie. Carinthie et Carniole Dux Comesque Tirolis etc. Honorabilibus deuotis. fidelibus noſtris dilectis Prepoſito Decano et Capitulo ac omnibus et ſingulis Canonicis ac perſonis ecclesie Cathedralis Patauienſis coniunctim et diuiſim. ad quos electio ſeu prouiſio paſtoris eiuſdem eccleſie. de Jure uel de conſuetudine ſpectare dinoſcitur. Gratiam Ceſaream et omne bonum. Honorabiles deuoti fideles dilecti. Quoniam ex credito nobis Imperalis culminis officio, non ſolum ad felicem et proſperum Romane rei publice Statum ſumus intenti. Sed et pro innata nobis diuinitus clemencia eccleſiarum ſaluti libenter proſpicimus. et pro ſalubri ipſorum incremento, mentis noſtre curas. ſedulo dirigimus. ut tales in eccleſiis. Cathedralibus preficiantur paſtores qui non ſolum fidelium animabus et eccleſiis ipſis ſunt proficui. ſed et qui pro conſeruatione ipſarum eccleſiarum Sedi apoſtolice. nobisque ac ſacro Romano Imperio ſe gratos deuotosque reddère ſtudent et quorum fides viteque integritas. perſpecte exiſtunt. Nobis itaque ſuper hoc. cum domino noſtro Sanctiſſimo domino Sixto ſummo Pontifice in vnum conuenientibus Sanctitas ſua. tam pio deſiderio. ac iustis uotis noſtris annuens. per ſpeciales litteras ſuas ſuper hoc prouidit. quarum quidem literarum tenor ſequitur et talis eſt. Sixtus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Ad futuram rei memoriam SuPer Vniuerſas orbis eccleſias. diſpoſitione diuina meritis licet inſufficientibus conſtituti circa

illarum precipue Cathedralium. proſperum et felicem ſtatum noſtros dirigimus cogitatus. ut ipſarum occurrente vacatione paſtores eis preficiantur ydonei. Principibus quoque et populis grati ac fidelium animabus proficui, qui commiſsum ſibi gregem. ſalubriter regere. et iuxta pium cordis noſtri deſiderium feliciter ualeant gubernare. Hinc eſt, quod nos inducti etiam certis bonis reſpectibus animum noſtrum ad hoc moventibus. et cariſsimi in Chriſto filii noſtri Friderici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti deuotis in hac parte precibus annuentes. Dilectis filiis. Capitulo Canonicis et perſonis vnius vacature in partibus Germanie. Cathedralis eccleſie. cuius Capitulum. Canonicos. et perſonas praefatus Imperator duxerit requirendos. poſtquam praeſentes eiſdem fuerint intimate. ſub excommunicationis pena quam ipſo facto incurrant ſi contrafecerint auctoritate apoſtolica et de ipſius plenitudine potestatis hac vice. dumtaxat mandamus et diſtrictius inhibemus. quatenus ſi a praefato Imperatore requiſiti fuerint, ne ad ipſius eccleſie Antiſtitis, electionem. poſtulationem. nominationem aut prouiſionem procedant. iuxta huiuſmodi ipſius Imperatoris requiſitionem, nullo pacto ad aliquam dicte eccleſie Antiſtitis electionem. poſtulationem. nominationem. aut prouiſionem procedere debeant, uel aliquid deſuper attemptare. Decernentes exnunc dicta auctoritate irritum et inane. ſi quid per coſdem. Capitulum. Canonicos et perſonas in premiſsis contra huiuſmodi mandatum noſtrum fieri contingeret. Volumus tamen et tenore preſentium declaramus, ut donec et quamdiu Capitulum Canonici et perſone prefati(ae) ita ſuperſederint nullum tempus currat. eiſdem per concordata cum Natione Germanica in electionibus fiendis prefixum, quominus valeant, etiam ſi dictus terminus elapſus foret. poſtquam de perſona ydonea et Apoſtolice ſedi ac ipſi Imperatori grata conventum fuerit. ad dictam electionem. poſtulationem. nominationem ſeu preſentationem. iuxta eorum conſuetudines et Jura procedere. Non obſtantibus. conſtitutionibus et ordinationibus apoſtolicis. Statutis quoque et conſuetudinibus eiuſdem eccleſie necnon concordatis huiuſmodi ceteriſque contrariis quibuſcunque Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum mandati Inhibitionis. conſtitutionis.

declarationis et voluntatis infringere uel ei ausu temerario contraire Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud Sanctum petrum. Anno Incarnacionis dominice Millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo Kal. Iulij Pontificatus nostri. Anno septimo. Nos itaque dictam prouisionem Sanctitatis sue utpote Laudabilem et rationi ac equitati congruentem et sedi apostolice. nobis et sacro Romano Imperio salubrem et ipsis ecclesiis proficuam. amplectantes, eam, ut par est, manutenere ac debite exequutioni demandare uolentes. Vobis sub amissione omnium priuilegiorum vestrorum. que a nobis ac diuis predecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus et Regibus seu a quibuscunque alijs habetis ac sub rebellionis et alijs grauissimis penis ac mulctis. districte praecipientes mandamus, Vt cum et quando dictam Patauiensem ecclesiam. proxime pastoris solatio distitui et vacare contigerit et hijs litteris nostris ymo verius apostolicis desuper fueritis requisiti, per quas etiam litteras nostras vobis exnunc prout extunc et extunc prout exnunc. Dictas litteras seu Bullas apostolicas intimamus et vos in vim et vigore earundem literarum apostolicarum requirimus et monemus. Quod nullo modo ad aliquam eiusdem ecclesie sic ut premittitur vacantis Antistitis electionem. postulationem. nominationem. seu prouisionem quomodolibet procedatis vel aliquid desuper attemptetis donec iuxta tenorem prefate Bulle apostolice. de persona ydonea sedi apostolicae ac nobis grata, eidem ecclesie preficienda fuerit conuentum. Secus non facturi In quantum dictas penas ac nostram et sacri Romani Imperii indignationem grauissimam artius volueritis euitare. Datum in Gretz die Vicesima quinta Mensis Octobris. Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo octauo. Imperii nostri vicesimo septimo, Regnorum nostrorum Romani Tricesimo. Hungarie etc. uero vicesimo.

Ad mandatum domini
imperatoris in conf.

CCXLVI.

Sixtus papa IV electionem Friderici Mauerkircher in episcopum pataviensem vanam ac irritam declarat.

Romae. 1479. 28 Januarii.

Sixtus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei ad futuram rei memoriam. ad ho(c sumus?) in ſede iuſtitie diſponente domino conſtituti ut ea que contra iuſticiam et mandata apoſtolica de facto attemptantur per noſtre diligentie ſtudium ad rectitudinis debitum reducantur Dudum ſiquidem certis bonis reſpectibus moti ac Cariſſimi in Chriſto filij noſtri Friderici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti deuotis precibus inclinati illis Capitulo Canonicis et perſonis Vnius Cathedralis eccleſie partium Germanie quos Imperator prefatus duceret requirendos ne ipſa eccleſia uacante ad futuri inibi Antiſtitis electionem poſtulationem ſeu nominationem procederent per alias noſtras litteras ſub excommunicationis pena per ipſos Canonicos et perſonas ipſo facto ſi contrafacerent incurrenda mandauimus ut poſt intimationem earumdem litterarum eis factam et requiſitionem huiuſmodi iuxta illam ullo pacto ad electionem poſtulationem et nominationem huiuſmodi procederent uel aliquid deſuper attemptarent decreuimuſque extunc irritum et inane quicquid per eos in premiſſis contra huiusmodi mandatum noſtrum fieri contingeret ac uoluimus ut quamdiu per eos ſuperſederi contigerit tempus eis prefixum ad eligendum etiam per concordata per ſedem prefatam cum inclita natione Germanie eis non curreret quominus etiam ſi tempus ipſum elapſum foret poſtquam de perſona ydonea ſedi ac Imperatori prefatis grata conuentum eſſet ad dictam electionem poſtulationem nominationem ſeu preſentationem iuxta eorum conſuetudines et iura procedere poſſent prout in eiſdem litteris plenius continetur Et deinde eccleſia Patauienſi cui quondam Vlricus Epiſcopus Patauienſis dum uiueret preſidebat per obitum dicti Vlrici Epiſcopi qui extra

Romanam Curiam diem clauſit extremum paſtoris ſalacio deſtituta dilecti filij Capitulum Patauienſe a nonnullis tunc expreſſis eis illatis ſeu que eis inferri comminabantur circa electionem futuri inibi Epiſcopi grauaminibus ad ſedem prefatam appellarunt, et demum requiſiti per eundem Imperatorem cum inſinuatione dictarum litterarum et illarum uigore ne ad electionem poſtulationem ſeu nominationem futuri inibi. Antiſtitis procederent uel aliquid deſuper attemptarent contra litteras noſtras ac requiſitionem predictas dilectum filium Fridericum Maurchircher Canonicum Patauienſem in Epiſcopum Patauienſem quamuis de facto elegerunt et tam ipſi quam Electus prefati electionis huiuſmodi negotium proponi fecerunt in Conſiſtorio coram nobis petentes illam confirmari iuxta concordata predicta in quibus inter alia cauetur expreſſe quod in Metropolitanis et alijs Cathedralibus eccleſijs etiam immediate ſedi predicte non ſubiectis fierent electiones Canonice et ad dictam ſedem deferrentur quas ſedes ipſa ad tempus Conſtitutionis felicis recordationis Nicolai pape III predeceſſoris noſtri que incipit Cupientes expectaret et elapſo dicto tempore ſi non preſentarentur uel ſi preſentarentur et minus canonice forent prouideret, et ſi Canonice forent eas confirmaret niſi ſi ex rationabili et euidenti cauſa Romanus Pontifex de fratrum ſuorum conſilio de digniori et utiliori perſona duceret prouidendum Nos igitur attendentes quod nobis licuit etiam abſque concordatorum predictorum ulla uiolatione et uſu plenitudinis poteſtatis apoſtolice bonis reſpectibus inſtante preſertim Imperatore prefato dictis Capitulo mandare ut differrent procedere ad electionem futuri inibi Epiſcopi donec de perſona nobis et Imperatori prefato grata conueniretur ut debebat ſi ſuper hoc ab eodem Imperatore requirerentur quodque propterea appellatio predicta fuit friuola manifeſte et ſubſecuta electio facta poſt et contra decretum noſtrum in dictis litteris appoſitum de facto attemptata per illos qui eligere nequibant iuribus non ſubſiſtit habita ſuper premiſſis cum fratribus noſtris ſancte Romane eccleſie Cardinalibus deliberatione matura de ipſorum fratrum conſilio et aſſenſu auctoritate apoſtolica preſentium tenore declaramus electionem

predictam non ualuiſſe et non tenuiſſe et illius pretextu dicto Electo nullum ius acquiſitum fuiſſe eccleſiamque predictam adhuc ut prefertur uacare, et illi de perſona utili et ydonea per quam circumſpecte regi et ſalubriter dirigi ualeat per ſedem prefatam prouideri poſſe et debere etiam iuxta concordata predicta dicta iam facta electione non exiſtente canonica dicto Friderico ſuper regimine et adminiſtratione dicte eccleſie perpetuum ſilentium imponentes Non obſtantibus premiſſis ac Conſtitutionibus et ordinationibus apoſtolicis ceteriſque contrarijs quibuſcumque Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre declarationis et impoſitionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Apoſtulorum eius ſe nouerit incurſurum Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono Quinto Kalendas Februarii Pontificatus noſtri Anno Nono.

CCXLVII.

Sixtus papa IV adversum Fridericum Mauerkircher, si intra tempus ipsi statum mandatis suis non obediverit, excommunicationis sententiam pronuntiat.

Romae. 1479. 28 Januarii.

Sixtus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Ad Futuram rei memoriam. Officij noſtri debitum expoſcit cum illius in terris geramus uices qui eſt oſtium uite per quod niſi quis intrauerit fur eſſe cenſetur et latro eorum cohercere audaciam qui ad gregis dominici regimen annellantes (anhelantes) aliunde quam per oſtium ingredi moliuntur quod enim ueri paſtoris officium gerit qui ut lupus ingreditur aut quomodo regimini preerit qui miſſus non fuerit ſed inuaſerit Ea propter nc a nobis in hoc Apoſtolatus culmine preſedentibus ad quos totius dominici gregis cura

principaliter pertinet mali populorum regiminis in extremo iudicio ratio requiri poſſit conuenit ut huiuſmodi perſonarum proteruie ſpiritualis mucrone gladij ſalubriter occuramus Hodie ſiquidem eccleſia Patauienſi per obitum bone memorie Vlrici Epiſcopi Patauienſis extra Romanam Curiam defuncti paſtoris ſolatio deſtituta electionem factam de perſona dilecti filij Friderici Maurchircher Canonici Patauienſis in Epiſcopum Patauienſem per dilectos filios Capitulum Patauienſe ex certis tunc expreſſis cauſis nullam fore per quasdam de fratrum noſtrorum conſilio declarauimus et eidem eccleſie ſic uacanti de perſona dilecti filij noſtri Georgij tituli ſancte Lucie in Silice Preſbiteri Cardinalis per alias noſtras litteras de eorumdem fratrum conſilio prouidimus ipſumque Georgium Cardinalem eidem eccleſie prefecimus in Epiſcopum et paſtorem curam et adminiſtrationem dicte eccleſie ſibi in ſpiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in ſingulis litteris predictis plenius continetur Cum autem ſicut accepimus prefatus Georgius Cardinalis dubitet ne dictus Fridericus ſe pro Electo Patauienſi de cetero gerere regiminis et adminiſtrationis et bonorum dicte eccleſie poſſeſſionem uel quaſi detinere neue Capitulum prefati et dilecti filij Clerus et populus ac Vaſſalli et Feudatarij dicte eccleſie eundem Fridericum pro Electo Patauienſi nominare tenere et reputare preſumant et eidem Cardinali ut eorum patri ac paſtori et Electo Patauienſi reuerentiam et obedientiam debitas et deuotas Vaſſalli quoque et feudatarij predicti conſueta ſeruitia et iura ſibi per eos debita exhibere recuſent Nos uolentes prout noſtro incumbit officio huiuſmodi auſibus congruentibus remedijs obuiare ac predictos et alios qui proviſioni et prefectioni prefatis forſan erunt rebelles comprimere iuſtitie debito ſuadente Fridericum et Capitulum predictos reliquaſque perſonas in dignitate conſtitutas et ſingulos Canonicos perpetuos Vicarios alioſque beneficiatos dicte eccleſie Patauienſis quocunque nomine cenſeantur et parrochialium ac aliarum eccleſiarum Ciuitatis et dioceſis Patauienſis Rectores et inibi perpetuos beneficiatos omneſque et ſingulos quocunque nomine appellentur et quacunque preſulgeant dignitate Terras Villas et loca ad dictam Patauienſem

ecclesiam pertinentia quouis titulo homagio aut iuramento tenent et custodiunt pro quibusuis personis cuiuscunque dignitatis aut excellentie etiam Ducalis Marchionalis Comitalis nec non omnes alios et singulos eorum loco positos et deputatos ac ponendos et deputandos reliquos quoque eorum forteliciorum ac quorumcunque aliorum locorum dicte ecclesie Patauienſis Custodes et detentores nec non omnes et singulos Milites Nobiles Ciues et Incolas Ciuitatis et diocesis Patauienſis aliasque personas ecclesiasticas seculares et religiosas etiam exemptas ac laicos cuiuscunque preheminentie dignitatis status gradus Nobilitatis existant etiam si Archiepiscopali Episcopali Abbatiali Ducali aut alia quauis ecclesiastica uel mundana dignitate prefulgeant Vassallos preterea et emphiteotas reddituarios ac decimatores Mense Episcopalis Patauienſis et eius possessionum et bonorum quorumcunque colonos seu conductores ad quorum noticiam presentes nostre littere per earum insinuationem uel etiam per famam publicam peruenerint sub excommunicationis anathematis in singulos ac priuationis dignitatum personatuum administrationum officiorum Canonicatuum et prebendarum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum cuiuscunque qualitatis secularium et regularium que in dicta ecclesia Patauienſi uel alibi qualitercunque obtinent necnon feudorum et rerum emphiteoticarum que ab ipsa ecclesia Patauienſi obtinent ac interdicti in Capitulum et ecclesiam Patauiensem huiusmodi sentencijs censuris et penis quas alias se nouerint incursuros auctoritate et scientia predictis earumdem tenore presentium monemus et requirimus eisque districte precipiendo mandamus quatinus ipsi et quilibet eorum uidelicet predictus Fridericus sic ut premittitur Electus se pro Electo ad dictam ecclesiam Patauienſem non gerat nec illi eum pro tali teneant seu reputent sed infra Sex Dierum spacium post habitam de presentibus notitiam computandorum quorum Duos pro Primo et Duos pro Secundo ac reliquos Duos pro Tercio et peremptorio termino hac monitione canonica tam Friderico sicut premittitur Electo quum Preposito Decano Capitulo Canonicis et personis ac alijs predictis assignamus eundem Georgium Cardinalem Electum uel procuratorem

ſuum infra eundem terminum ad poſſeſſionem corporalem regiminis et adminiſtrationis eiuſdem eccleſie Patauienſis illiuſque bonorum temporalium et ſpiritualium libere admittant et admitti faciant curamque et adminiſtrationem ipſius eccleſie Patauienſis in ſpiritualibus et temporalibus libere exercere permittant pariter et procurent nec non illius Caſtra et bona quecunque cum fructibus inde perceptis ac alij in eorum loco poſiti et ponendi Cuſtodeſque et detentores predicti loca eiuſdem eccleſie Patauienſis et Fortelicia prefata que tenent infra eundem terminum dimittant illorumque poſſeſſionem uacuam et expeditam procuratori dicti Georgij Cardinalis Electi aſſignent uel fideliter omni dolo et fraude ceſſantibus conſignari faciant et de illis ſe de cetero abſque ipſius Georgij Cardinalis Electi uoluntate nullatenus intromittant Prepoſitus uero Decanus Capitulum Canonici et alie perſone in dignitate conſtitute beneficiati Rectores et Officiales Milites Nobiles Ciues Incole Caſtellani et alie perſone predicte ne predictum Fridericum aſſertum Electum ut talem tenere ſeu nominare preſumant ſed eidem Georgio Cardinali Electo et nulli alteri ut uero eorum Epiſcopo obediant pariter et intendant quos omnes a iuramentis fidelitatis ſiqua Friderico predicto uel quibuſuis alijs perſonis ad fortelicioram cuſtodiam poſitis preſtitiſſent per preſentes abſoluimus et abſolutos eſſe cenſemus quin ymo prefato Georgio Cardinali Electo teneri eique obedientiam et reuerentiam ac Epiſcopalia iura necnon redditus et prouentus ad Menſam Epiſcopalem Patauienſem pertinentia exhibere procurent alioquin ſi ipſe Fridericus ac alij quicunque Cuſtodeſque predicti eadem Fortelicia que tenent uel teneri faciunt ſeu in tenendo auxilium uel conſilium preſtent infra eundem terminum non reſtituerint cum effectu ac Prepoſitus Decanus perſone Capitulum et alij moniti prefati eundem Georgium Cardinalem Electum non admiſerint Vaſſalli autem cenſuarij reddituarij coloni decimatores et reddituum conductores predicti Georgio Cardinali Electo prefato non reſponderint uel ſi aliqui predictorum ne ei reſpondeatur auxilium conſilium uel fauorem publice uel occulte directe uel indirecte preſtare preſumpſerint nos in eundem Fridericum

necnon Prepoſitum Decanum Canonicos Capitulum alioſque monitos predictos qui monitioni et mandato huiusmodi non paruerint exnunc prout extunc lapſo preſcripto termino excommunicationis et anathematis ſententiam auctoritate et ſcientia predictis earundem tenore preſentium ferimus et promulgamus a qua nullus eis preter Romanus Pontifex uel cui ipſe id ſpecialiter committendum duxerit preterquam in mortis articulo conſtitutis abſolutionis beneficium ualeat impartiri Si uero lapſo preſcripto termino Fridericus ac Prepoſitus Decanus Capitulum et alij beneficiati premiſſa non adimpleuerint ipſique et alij moniti qui in contumaciam et contemptum mandatorum apoſtolicorum excommunicationis ſententiam ut prefertur incurrerint illam per Sex alios Dies animo quod abſit ſuſtinuerint indurato poſſeſſioque regiminis et adminiſtrationis eccleſie Patauienſis ac Forteliciorum Caſtrorum locorum et Villarum predictorum procuratori uel procuratoribus ipſius Georgij Cardinalis Electi realiter aſſignata non fuerit nos exnunc prout extunc lapſis eiſdem alijs Sex Diebus eccleſiam et Ciuitatem Patauienſem necnon omnes circumuicinas eccleſias et Monaſteria exempta et non exempta ac etiam Caſtra Fortelicia atque loca in quibus ipſi excommunicati fuerint uel ad que illi declinauerint et in quibus per Triduum ſtare permiſſi fuerint auctoritate et ſcientia predictis eccleſiaſtico ſupponimus interdicto ita ut niſi clauſis ianuis excommunicatis et interdictis excluſis non pulſatis Campanis et ſummiſſa uoce Miſſe in illis ualeant celebrari Et inſuper ipſis alijs Sex Diebus elapſis nos illos ex Friderico Prepoſito Decano ac ſingularibus perſonis Capituli necnon Canonicis et beneficiatis ac Rectoribus predictis qui eiſdem monitioni et mandato contrauenerint uel illis efficaciter non paruerint dignitatibus perſonatibus adminiſtrationibus officijs Canonicatibus prebendis parrochialibus eccleſijs alijſque beneficijs eccleſiaſticis que in dicta eccleſia Patauienſi uel alibi ubilibet obtinent ſeu tunc obtinebunt etiam exnunc prout extunc auctoritate et ſcientia predictis priuamus et ab illis realiter amouemus necnon priuatos et amotos ac ad illa et quecunque alia beneficia eccleſiaſtica impoſterum obtinenda inhabiles eſſe abſque aliqua alia

declaratione desuper facienda uolumus decernimus et declaramus ac dicta beneficia per priuationem huiusmodi uacantia per illorum Ordinarios Collatores nisi dispositioni apostolice generaliter reseruata fuerint personis ydoneis conferri posse uolumus preterea si quod absit tanta fuerit predictorum proteruia ut infra Octo extunc proxime sequentes Dies possessionem regiminis administrationis et bonorum dicte ecclesie Patauiensis non dimiserint aut quominus ipse Georgius Cardinalis Electus illam dictaque Fortelicia nanciscl possit directe uel indirecte impedierint uel impediri fecerint nos in eum euentum similiter exnunc prout extunc Capitulum dicte ecclesie Patauiensis ad aliam ecclesiam infra dictam diocesim consistentem de qua prefato Georgio Cardinali Electo uel procuratori suo uidebitur transferimus omnesque dignitates obtinentes Canonicos et beneficiatos dicte ecclesie Patauiensis ad translatam ecclesiam huiusmodi se sub premissis penis transferre uolumus et quod inibi diuina celebrent officia et in ea personaliter resideant et cunctos actus capitulares faciant, eis expresse mandamus, ita ut similes actus Capitulares alibi factos non teneant et nullius sint roboris uel momenti et illi qui diuinis officijs inibi interfuerint distributiones quottidianas et alia emolumenta dicta ecclesie Patauiensis prout in illa percipere consueuerunt integre percipiant Illi uero qui ex contemptu uel absque causu legitima cum eodem Capitulo se transferre neglexerint nonmodo distributionibus et redditibus huiusmodi careant sed etiam tamquam rebellionis et inobedientie ac perditionis filij non immunes beneficijs que in dicta ecclesia obtinent qualiacunque sint eo ipso priuati existant Volumus insuper quod in eodem sic translato Capitulo persone in dignitate constitute ac Canonici dicte ecclesie Patauiensis et alij ad quos pertinet prefatum Georgium Cardinalem Electum ad possessionem regiminis et administrationis dicte ecclesie Patauiensis admittere possint et teneantur Illi autem ex premissis omnibus qui eisdem sentencijs innodati erunt et illas animo indurato sustinebunt post eorundem Octo Dierum decursum eo ipso sint et censeantur esse auctoritate apostolica declarati aggrauati et reaggrauati ac maledictionis eterne quam Deus misit

Datham et Abiron quos terra uiuos abſorbuit dampnationem incurrant quos ipſi Capitulum ſingulis dominicis alijſque feſtiuis Diebus poſt Miſſam et Veſperas pulſatis Campanis Candelis accenſis et in terram proiectis atque extinctis cum illis ſolempnitatibus que contra tales aggrauatos obſeruari ſolite ſunt etiam cum uexillo crucis et Trina lapidum proiectione ſolempniter denuncient donec compuncti corde ad eccleſie unitatem ſatiſfactione preuia reuerſi a nobis uel Romano Pontifice pro tempore plenam reconciliationis gratiam de premiſſis meruerint obtinere Ortamur etiam Venerabiles fratres noſtros Bernardum Archiepiſcopum Salczeburgenſem et Ratiſponenſem Friſingenſem Lyrcetenſem Herbipolenſem Bambergenſem Augultenſem Spirenſem Wormacienſem Baſilienſem Conſtantienſem Brixienſem Tridentinum Epiſcopos reliquoſque tam eccleſiaſticos quam ſeculares illarum partium Principes Duces Comites Barones ipſorumque Officiales eiſque pro reuerentia quam quilibet eorum gerit ad ſedem predictam diſtricte precipiendo mandamus ne eidem Friderico aut alicui alteri in premiſſis auxilium conſilium uel fauorem preſtent ſed eidem Georgio Cardinali Electo faueant pariter et adhereant ſi enim quod non putamus aliqui eorum contrauenerint ſciant ſe uigore preſentium Epiſcopi ſuſpenſionis a diuinis penam ceteri uero excommunicationis ſententiam eo ipſo incurſuros Ceterum ut preſentium litterarum tenor ad noticiam monitorum huiusmodi facilius peruenire ualeat uolumus et ſub excommunicationis pena mandamus illas uel earum tranſumptum manu publici Notarij ſubſcriptum per quamcunque eccleſiaſticam perſonam ad hoc requiſitam in Valuis eiuſdem eccleſie Patauienſis ſi commode fieri poterit ſin autem in alio Georgio Cardinali Electo commodo loco dicte dioceſis uel alijs dioceſis uicinioribus affigi unde ueriſimilis coniectura exiſtat illarum noticiam ad predictos monitos poſſe de facili peruenire necnon per quoſcunque alios Abbates Priores Conuentus Guardianos et religioſos cuiuſcunque ordinis etiam mendicantium aliaſque perſonas qui ſuper hoc pro parte dicti Georgij Cardinalis Electi ut premittitur fuerint requiſiti in eorum eccleſijs et Monaſterijs ſolempniter publicari ac etiam ad populum predicari

quas poſt diem affixionis huiuſmodi perinde dictos monitos arctare uolumus ac ſi eis intimare perſonaliter extitiſſent illarum uero tranſumpto manu publici Notarij ſubſcripto fidem indubiam uolumus ubilibet adhiberi. Non obſtantibus Conſtitutionibus et ordinationibus apoſtolicis ac quibuſuis priuilegijs uel indultis predictis monitis uel eorum alicui per ſedem predictam in genere uel in ſpecie conceſſis quorumcunque tenorum exiſtant ceteriſque contrarijs quibuſcunque Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre monitionis requiſitionis mandati aſſignationis abſolutionis ſuppoſitionis priuationis amotionis conſtitutionis declarationis uoluntatis tranſlationis et precepti infringere uel ei auſu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Apoſtulorum eius ſe nouerit incurſurum Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Milleſimoquadringenteſimoſeptuageſimonono Quinto Kal. Februarij Pontificatus noſtri Anno Nono.

C. de Vbertis.

CCXLVIII.

Sixtus papa IV notificat clero pataviensi, se vacantem ecclesiae pataviensis sedem Cardinali Georgio Haesler contulisse.

Romae. 1479. 28 Januarii.

Sixtus episcopus ſeruus ſeruorum dei Dilectis filijs Clero Ciuitatis et dioceſis Patauienſis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Hodie eccleſie Patauienſi tunc certo modo uacanti de perſona dilecti filij Georgii Electi Patauienſis de fratrum noſtrorum conſilio ſub certis modo et forma apoſtolica duximus auctoritate prouidendum ipſumque illi prefecimus in Epiſcopum et paſtorem curam et adminiſtrationem ipſius eccleſie ſibi in ſpiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in

noſtris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus eidem Electo tanquam patri et paſtori animarum veſtrarum humiliter intendentes ac exhibentes ſibi obedientiam et reuerentiam debitas et deuotas eius ſalubria monita et mandata ſuſcipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis alioquin ſententiam ſiue penam quam idem Electus rite tulerit in rebelles gratam habebimus et faciemus auctore domino uſque ad ſatiſfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari. Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono Quinto Kalendas februarii Pontificatus noſtri Anno Nono.

L. Grifus.
C. de Obertis.

CCXLIX.

Sixtus papa IV rogat ac hortatur imperatorem Fridericum III, ut Cardinalem Georgium a se ad sedem pataviensem promotum curae suae commissum habeat ac defendat.

Romae. 1479. 28 Januarii.

Sixtus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Cariſſimo in Chriſto filio noſtro Friderico Romanorum Imperatori ſemper Auguſto Salutem et apoſtolicam benedictionem. Gratie diuine premium et humane laudis preconium acquiritur ſi per ſeculares Principes Prelatis preſertim eccleſiarum Cathedralium regimini preſidentibus oportuni fauoris preſidium et honor debitus impendatur. Hodie ſiquidem eccleſie Patauienſi tunc certo modo uacanti de perſona dilecti filij Georgij Electi Patauienſis de fratrum noſtrorum conſilio ſub certis modo et forma apoſtolica duximus auctoritate prouidendum ipſumque illi prefecimus in Epiſcopum et Paſtorem curam et adminiſtrationem ipſius eccleſie ſibi in ſpiritualibus et

temporalibus plenarie committendo prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur. Cum itaque fili cariſſime ſit uirtutis opus dei miniſtros benigno fauore proſequi ac eos uerbis et operibus pro Regis eterni gloria uenerari. Celſitudinem tuam rogamus et ortamur attente quatinus eundem Georgium Electum et prefatam eccleſiam ſue cure commiſſam habens pro noſtra et apoſtolice ſedis reuerentia propenſius comendatos ſic eos in ampliandis et conſeruandis iuribus ſuis benigni fauoris auxilio proſequaris quod idem Electus per auxilium tue gratie in commiſſis ſibi dicte eccleſie cura et adminiſtratione utilius proficere ualeat tuque inde premia conſequaris felicitatis eterne ac nos etiam Imperatoriam maieſtatem condignis poſſimus in domino Laudibus commendare Datum Rome apud ſanctum petrum Anno Incarnationis dominice Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono Quinto Kalendas februarii Pontificatus noſtri Anno Nono.

CCL.

Jaroslaw von Dreslabitz erklärt in eigenem und seines Bruders Namen, daſs er in Bezug auf eine beendigte Fehde keine Ansprüche mehr an den Bischof Ulrich zu machen habe.

1479. 22 März.

Ich Jaraſlaff von dreſlabitz vnd Zu chalticz Bekenn vnd thue kuntt offenlichen mitt dem Brieff Als von der Zwitrachtt vnd ſchaden wegen prannt raub nam vnd tatt dy vns geſchehn ſein zw drſlawitz von dem Hochwirdigen fürſten vnd Herren Herren vlrichen Biſchoue zw paſſaw Auch von den ſeinjng dienern vnd vntertan darumb dann der edel vnd veſt mein prueder petter von drſlabitz gantz verrichtt vnd veraintt vnd vertragen mit ſeinen furſtlichen genaden vmb all zw ſpruch dy wir Zw ſeinen genaden gehabt haben dy ſelbig ſpruch vnd vertrag gelob ich

obgenanter Jaraſlab von drſlabitz alles trewlich ſtett vnd vngeuerlich zu halden an all arigliſt als dann aim frumen zw gepurd vnd das nymermer Zw abern zw ſeinen genaden vnd auch den ſeinigen In chainem übel nichtt trewlich vngeuerlich des Zw Vrkuntt gib ich ſeinen genoden diſen brieff beſiglet mitt meinem anhanngunttten Inſidl etc. Datum am montag vor vnſſer lieben frawen tage In der vaſten anno domini Tauſent vierhundert jm Newn vnd ſibentzigſten Jar.

CCLI.

Heinrich Gnotz zum Dobers erklärt für sich und seinen Bruder, daſs ihre Fehde mit dem Hochstifte Passau beigelegt ist, und sie keine Ansprüche mehr an den Bischof Ulrich zu machen haben.

Zum Dobers. 1479. 13 Mai.

Ich Hainrich Gnotz zum Dobrs Bekenne vnd thu kunth offenlich mit diſem Brieff, für mich mein Brueder vnd alle vnnſer erben freund Helffer vnd gunner das wir mit dem Hochwirdigen Fürſten vnd Herrn Herrn Vlrichen Biſchouen zu Paſſaw vnnſern gnedigen Herren von der ſpruch vnd forderung wegen, ſo wir zu ſeinen gnaden vermaint vnd geſetzt haben der ſcheden halben ſo vns durch ſeiner gnaden vnterthan geſcheen ſein, mit nam tat pranth vnd in ander wege wie ſich das begeben hat nichts auſsgenomen gantz geaynt verricht vnd vertragen ſein vnd iſt vns darumb von ſein gnaden ein gantz volligs benuegen geſcheen alſo das Ich mein Brueder alle vnnſer erben freund Hellfer vnd gunner. noch yemandes von vnnſern wegen, darumben hinfür zu ſeinen gnaden. ſeiner gnaden Styfft vnd Nachkomen landen vnd lewthen. auch allen den ſo in der ſache verdacht vnd gewanth ſein nyemant auſgenomen. kaynerlay zuſprüche vordrung Krieg vehde oder veintſchafft nicht mer haben nach gewynnen ſullen ader (oder) mügen weder mit Recht noch an Recht. wenig oder vil

in Keynerlay weiſe alle argeliſte geuerde vnd behelff ſo yemand erdenken vnd Hiewider gebrauchen möcht gentzlichen aufgeſchaiden vnd vormyden des zu vrkund gib Ich obgenanter Hainrich Gnotz dem bemelten meinen gnedigen Herrn von Paſſaw diſen brieff Beſigelt mit meinem anhangenden Innſigel vnd wir Jan Przibik Wintirn Hinnprecht Peter. Hinko vnd Mannwarth des gemelten Hainrichen Gnotzen brueder auch zum Dobrs Bekennen das ſulch tayding vnd vortrag mit vnnſern wiſſen vnd willen geſchcen iſt vnd vns derem vorwilligt haben. vorwillen vnd geloben auch Hiemit wiſſentlich in Krafft des Brieffs mit vnnſern Herren Alles das wor vnd ſtet zu halten, ſo der von worth zu worth aufsweiſet. trewlichen vngeuerlichen dorumb tzu mehrer ſicherhait, haben wir mit vleiſs gebeten die Edeln vnd veſten Przybiken von Cadow zu Zaſenitz Lypolten vom Lanngendorff tzu Oſletz Ratzko Warleich von der pawken vnd Janen von Craſelaw, daſſie Ire Innſigel von vnnſern wegen auch Hyran gehaugen haben, doch In Iren Erben vnd Innſigeln on ſchaden Geben tzum Dobrs nach Criſti vnnſers Herrn gepurt viertzehen Hundert vnd in den Newn vnd Sibentzigſten Jaren am nehſten Pfintztag vor Zophic tag der heiligen Iunkfrawen.

CCLII.

Herzog Georg von Bayern-Landshut bestätigt dem Domcapitel alle von seinen Vorfahren demselben ertheilten Privilegien.

Landshut. 1480. 27 April.

Wir Georg von gottes gnaden Pfalczgraue bey Rein Hertzoge in Nidern vnd Obern Beyrn etc. Bekennen offenntlich mit dem brive gein allermeniglich. Das die Wirdigen vnd Erſamen in gotte vunſer lieb getruen Tumbrobſt Techant vnd Capitel des Tumbſtiffts zu Paſſaw vnns Ir freyhait. brief vnd gnad. ſo Sy von vnnſern vorvordern Kayſern Konigen und Furſten des löb-

lichen Fürſtenthumbs vnd Haws zu Beyrn fürbracht vnd vnns diemütiglichen gebeten haben. In ſolh freyheit brief vnd gab gnediglich zu confirmirn vnd zu beſtätten. Alſo haben wir angeſehen den geneigten gnedigen willen. den vnnſer bemelt vordern zu den bemelten Stifft vnd Capitel zu Paſſaw gehabt vnd derſelben vnnſer vordern fuſſtapfen nach. Haben wir Ine auf Ir bemelt vnndertenig bete. alle vnd yeglich vorberurt privilegia freyheit brief vnd gnad confirmirt vnd beſtätt. Confirmiren vnd beſtetten Ine auch die wiſſenntlich in kraft des briefs. Vnd wellen Sy auch bey denſelben Iren freyheiten briefen vnd gnaden. als Sy dann herbracht haben gnediglich. on Irrung beleiben laſſen. vnd Sy darbey hanndthaben ſchützen vnd ſchirmen etc. Vnd Gebieten darauf allen vnd yeglichen vnnſern Vitzdomen. Haubtluten. pflegern. Lanndſchreibern. LanndRichtern. Mauttnern. Zöllnern. vnd allen anndern vnnſern Ambtlüten vnd vnnderthanen gegenburtigen vnd kunftigen. Ernnſtlich mit diſem brive. das Ir die gemelten Tumbrobſt Techant vnd Capitel bey ſolher vnnſer gnad Confirmation vnd beſtättung auch gutlich beleiben laſſet bey vermeydung vnnſer vngnad vnd ſtraff Dann ſich das bemelt Capitel gein vnns vnd vnnſern Erben auch hallten ſollen. als Ine gegen Irer Herſchaft vnd Stifftern geburt. on geuerde. Vnd des zu vrkundt haben wir vnnſer furſtlich Innſigl an den brive thun henngen. Der Geben iſt zu Lanndſhut am Mittwochen nach ſannd Georgen tag des Heiligen Martrers. Nach Criſti vnnſers lieben Herren geburde. Vierzehenhundert vnd in dem Achtzigiſtem Jare.

CCLIII.

Der österreichische Marschalk von Waldsee legt einen zwischen dem passauischen Domcapitel und den Gebrüdern von Starhemberg wegen der Vogtei über das hochstiftische Dorf Wendelhering obwaltenden Streit bei.

Linz. 1480. 19 Juny.

ICH Reinprecht von Walsee Obrister Marschalh in Osterreich Obrister Trugsäss in Steir etc. Bekenn vmb die Irrung vnd Zwitrecht so sich gehallten haben zwischen den Erwirdigen Herrn dem Tumbrobsten Techanten vnd Capitl des Hochwirdigen Stiffts zu Passaw an ainem, vnd der Wolgebornen Herren Herren Gotharten vnd Herrn Vlrichen gebrudern von Starhemberg, meinen lieben Swägern am andern tail von wegen der Vogtei des Dorffs, leut vnd gueter zu Wenndlhering, das dem benanten Capitl in Ir Ambt genant das Almusenambt, gehört, vnd zu dem Gfloss Starhemberg, das die benanten von Starhemberg yetz Innhaben, geuogt ist, derselben Ire Zwitrecht Ich mit baider tail willen auf Heut tag Zu gutlicher verhör, her für mich gesetzt hab, Auf denselben gesatzten tag, der berurt her Gothart von Starhemberg an stat sein vnd seins gemelten brueders Herrn Vlrichs, erschain, vnd vermeldet, Wie die gemelt vogtei Wenndlhering In zugehorung Weiland Herr Lienhart Mautter Tumbherr zu Passaw, vnd des gemelten Capitls, als Ambtman des Almuesen Ambts daselbs, dem Wolgebornen herrn Graf Sigmunden von Schawnberg, geuogt hett, das Im vnd seinem bruder Vnpillich beschehen, Sy auch des in gross Zerung vnd schäden, komen wären, Vnd begerten darumben In von dem berurten Capitl, abtrag vnd widerker zetun, Dagegen die Erwirdigen Gelerten Herren Her Sebastian von Layming, Doctor Jörg Mayr Tumbherren, vnd der Edlvesst Wolf-

gang von Ahaim, Erbkamermaiſter vnd yetz Marſchalh des gemelten Stiffts zu Paſſaw anſtat des berurten Capitls daſelbs auch auf den benannten tag erſchinen vnd redeten, Was der gemelt herr Lienhart Mautter mit der berurten Vogtey Wenndlhering gehanndlt hiet, Wer an des bemellten Capitls wiſſen vnd willen beſchehen, Er hiet auch ſolhs von dem Capitl in beuelh nicht gehabt, Es ſey auch im leben des genanten Mautters Von den von Starhemberg, derſelb Mautter allain vmb ſölh verhandlung beklagt, dadurch Sy vermainten, den Von Starhemberg, abtrag nicht ſchuldig wären Sunder Sy möchten deſhalben des berürten Mautter erben, anlangen, mit meer Red vnd widerred Irs furbringens Wie ſich dann dieſelben Ir Zwitrecht bis auf heutigen tag gemacht begeben vnd herkomen ſeien, derſelben Ire Zwitrecht Sy zu baiderſeit gantz hinder mich zu gutlicher abſchied gangen ſein Vnd dabey zuegeſagt, Was Ich darumben mach oder Sprich, daz Sy das ſtät hallten vnd dem nachgeen wellen, Darauf Ich Sy veraint hab alſo Daz die bemelten Tumbrobſt vnd Capitl oder Ir nachkomen, den benanten von Starhemberg oder Iren erben der vorgerurten des Mautters verhandlung halben geben ſullen, Vierzehen dreyling Wein, guet Mitter-Oſterwein, vnd Hundert vngriſch oder Ducaten guldein gerecht in gold vnd Wag, Vnd ſullen Sy derſelben Wein, Ine, Fünf dreyling zwiſchen ſand Michelſtag vnd Weihnnachten nachſtkunftig, Vnd Fünf Dreyling darnach vber ain Jar, auch Zwiſſchen ſand Michelſtag vnd Weihnnachten, vnd darnach aber Vber ain Jar zu der dritten Werung, Vier dreyling auch Zwiſſchen ſand Michelſtag vnd Weihnnachten, nachſt nacheinander kunftig, in die ober Muhel antwurtten, Vnd der vorbenanten Hundert guldein von dem nachſtkunftigen ſand Merttentag vber ain Jar, aufrichten vnd bezallen, on verrer verZichen, Vnd damit ſullen all ſachen Zwiſſchen den gemelten tailen gantz verricht veraint, vnd aller vnwillen deſhalben ab vnd hin ſein alles treulich vnd vngeuärlich, Vnd des zu vrkund gib Ich yedem tail in gleicher laut ainen Spruchbrief vnder meinem anhangundem Inſigl, Geben Zu Lynntz an Montag nach ſand Veitstag Nach Criſti gepurd. Vierzehenhundert Vnd in dem Achtzigiſten Jar.

CCLIV.

Fridericus III imperator ex indulta sibi per Sixtum papam IV facultate promovendi trecentos ecclesiasticos ad praebendas in Germaniae ecclesiis vacantes, viennensi praeposito ceu commissario papali Johannem Kumost ad beneficium in ecclesia pataviensi praesentat, ut eum in possessionem immittat.

Viennae. 1480. 7. Julij.

Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Hungarie Dalmacie Croacie etc. Rex ac Auſtrie Stirie Karinthie et Carniole dux Comeſque Tirolis etc. Honorabili prepoſito Wiennenſi deuoto noſtro dilecto, Graciam Ceſaream et omne bonum. Litterarum ſciencia ac morum honeſtas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita. quibus Honorabilis deuotus noſter dilectus Johannes Kumoſt vtriuſque Juris Licenciatus, clericus Patauienſis dioceſis apud nos fidedigno conmendatur teſtimonio nos inducunt, vt ſibi ad gratiam reddamur liberales. Cum itaque Sanctiſſimus dominus noſter dominus Sixtus papa quartus, per certas ſuas literas apoſtolicas Tibi ac Venerabili. Epiſcopo Auguſtenſi principi deuoto noſtro dilecto ac cuilibet veſtrum reſeruandi donacioni veſtre et cuilibet veſtrum inſolidum ſua et Apoſtolica auctoritate ex plenitudine poteſtatis et de certa ſciencia pro complendo numero de Tricentis perſonis Eccleſiaſticis ydoneis, quas nos vobis aut alteri veſtrum, duxerimus nominandas, totidem beneficia Eccleſiaſtica cum Cura vel ſine cura Canonicatu et prebenda ac dignitate perſonatu adminiſtratione vel Officio in eadem Eccleſia pro vnico beneficio computata per totum ſacrum Romanum Imperium in Germania duntaxat conſiſtencia, que inibi tempore reſeruacionis huiusmodi aut inantea ſimul vel ſucceſſiue vaca-

uerint, et que perſone huiusmodi per ſe vel procuratores ſuos duxerint acceptanda, plenam et liberam conceſſit facultatem, prout in eiſdem literis Apoſtolicis plenius continetur. Nos volentes dictum Johannem Kumoſt prefatorum meritorum ſuorum intuitu fauore proſequi generoſo. Ipſum tamquam vnum et pro vno ex huiusmodi Tricentis perſonis tibi nominandum duximus ac preſencium tenore nominamus vt pretextu et vigore prenarratarum literarum apoſtolicarum beneficium Eccleſiaſticum huiusmodi Etiam ſi Canonicatus et prebenda, dignitas, perſonatus, adminiſtratio, vel Officium fuerit ſiue fuerint ac in prefatis literis apoſtolicis qualificatum, ad Collacionem prouiſionem preſentacionem Electionem Nominacionem, ſeu quamuis aliam diſpoſicionem. Venerabilis principis Epiſcopi ac Honorabilium nobis deuotorum dilectorum Prepoſiti decani et Capituli ſingulorumque Canonicorum et perſonarum Eccleſie Patauienſis communiter vel diuiſim pertinentes ſiue pertinens, ſi quod vacat ad preſens aut cum inantea vacauerit, quod idem Johannes Kumoſt, infra tempus inibi expreſſum, per ſe vel procuratorem ſuum duxerit acceptandum cum omnibus Juribus et pertinentijs ſuis, donacioni tue ut premittitur, reſerues. et de illo cum eiſdem Juribus et pertinentijs ſuis, Et ſi Canonicatus et prebenda fuerit, cum plenitudine Juris canonici ſibi prouideas, ac Ipſum vel pro eo procuratorem ſuum predictum in illius Jurium et pertinenciarum predictorum corporalem et realem poſſeſſionem per te aut alium, ſeu alios inducas, aliaque facias, prout et quemadmodum prefatus dominus noſter papa tibi dedit facultatem, ac in prenarratis literis apoſtolicis tradidit formam. Nominacionibus noſtris prioribus ad Collacionem predictorum Epiſcopi Prepoſiti, Decani et Capituli Eccleſie Patauienſis prefate ſpectantibus vna pro Vdalrico Roſer et vna pro Andrea Kunigſteiner ad Collacionem Epiſcopi, Alijs vero vna pro Bernardo de Polheim ad Collacionem Prepoſiti Decani et Capituli, Altera autem pro Johanne Loeffelholtz licentiato in Decretis, ac eciam alia pro prefato Bernardo de Polheim ad Collacionem predictorum Epiſcopi et Capituli Eccleſie Patauienſis, quarum alique ſuum ſortite ſunt effectum et conſumpte, et alias qualitercumque

quandocumque et pro quibuſuis in vim prefate facultatis, a Summo domino noſtro papa prefato nobis conceſſe emanatis, quos omnes et ſingulos quotquot fuerunt preſentibus pro inſertis et nominatim expreſſis habere volumus, et alijs non obſtantibus quibuſcumque. Harum teſtimonio literarum Sigilli noſtri Imperialis appenſione munitarum. Datum in Ciuitate noſtra Wienne die Septima Menſis Julij Anno domini Melleſimo quadringenteſimo Octuageſimo Regnorum noſtrorum Romani Quadrageſimo primo, Imperij Viceſimo Nono, Hungarie vero Viceſimo Secundo.

CCLV.

Sixtus papa IV, durante lite in ecclesia pataviensi ob electionem Cardinalis Georgii Haesler et Friderici Maurkircher, Michaelem Lochmer officialem seu commissarium praedictae ecclesiae declarat excommunicatum.

Romae. 1480. 13 Decemb.

SIXTVS epiſcopus Seruus Seruorum dei Ad Futuram rei memoriam Ad reprimendos auſus temerariorum nonnullorum inuerecundos apoſtolice ultionis gladius acrius inſurgat interdum neceſſe eſt ut conculcata illorum proteruia aliorum ſimilia perpetrandi tollatur audacia et pena iuxta exceſſuum qualitatem formidabilis ſimili prauitate contaminatis tranſeat in exemplum. Sane dudum de perſona dilecti filij noſtri Georgij tituli ſancte Lucie in Silice preſbiteri Cardinalis et Epiſcopi Patauienſis eccleſie Patauienſi tunc certo modo paſtoris ſolatio deſtitute de fratrum noſtrorum conſilio per quaſdam (litteras) duximus auctoritate apoſtolica prouidendum preficiendo ipſum Georgium eidem eccleſie in Epiſcopum et paſtorem, necnon electionem de perſona Friderici Maurkircher, ſe pro Canonico dicte eccleſie et decretorum doctore gerentis per dilectos filios Capitulum dicte eccleſie

nulliter factam reuocauimus caſſauimus et annullauimus, ac deinde per alias noſtras litteras ad futuram rei memoriam Fridericum et Capitulum predictos reliquaſque perſonas in dignitate conſtitutas et ſingulos Canonicos perpetuos Vicarios alioſque beneficiatos dicte eccleſie quocunque nomine cenſerentur inter alias ſub excommunicationis anathematis dignitatum perſonatuum adminiſtrationum officiorum Canonicatuum et prebendarum aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum, que in dicta eccleſia uel alibi ubicunque obtinebant priuationis amotionis et inhabilitationis, alijs quoque tunc expreſſis ſententijs cenſuris et penis late ſententie monuimus et mandauimus, ut infra Sex dierum ſpatium prefatum Cardinalem uel pro eo eius procuratorem ad poſſeſſionem corporalem regiminis et adminiſtrationis prefate eccleſie illiuſque bonorum temporalium et ſpiritualium libere admitterent, et admitti facerent, curámque et adminiſtrationem ipſius eccleſie Patauienſis in ſpiritualibus et temporalibus libere exercere permitterent, nec de illis ſe de cetero abſque dicti Cardinalis uoluntate aliquatenus intromitterent, Alioquin lapſis huiuſmodi Sex diebus illos ex premiſſis qui eiſdem monitioni et mandato contraueniſſent, uel illis efficaciter non paruiſſent, dignitatibus perſonatibus adminiſtrationibus officijs Canonicatibus prebendis parrochialibus eccleſijs alijſque beneficijs eccleſiaſticis, que in dicta eccleſia Patauienſi uel alibi ubilibet obtinebant ſeu tunc obtinerent extunc dicta auctoritate et ex certa ſcientia priuauimus, et ab illis realiter amouimus, necnon priuatos et amotos, ac ad illa et quecumque alia beneficia eccleſiaſtica impoſterum obtinenda inhabiles eſſe abſque aliqua alia declaratione deſuper facienda uoluimus decreuimus ac declarauimus, ac ipſa beneficia per priuationem huiuſmodi uacantia per illorum ordinarios collatores, niſi diſpoſitioni apoſtolice generaliter reſeruata forent perſonis ydoneis conferri poſſe uoluimus, pro ut in ſingulis litteris plenius continetur. Cum autem pridem non ſine magna diſplicentia ad noſtrum peruenerit auditum, licet quidam Michael Lochmer qui ſe gerit pro Magiſtro in Theologia et decretorum doctore ac officiali ſeu Commiſſario eccleſie Patauienſis pretendens quamuis falſo Epiſcopalem illius

ſedem adhuc uacare, et exercitium officialatus officij illius gerere preſumens uigore poſteriorum litterarum monitorialium predictarum illis ei prius intimatis inſtanter requiſitus fuerit, ut ipſis litteris monitorialibus pareret et obediret, ac poſſeſſionem eccleſie Patauienſis dicto Georgio Cardinali quantum in eo erat traderet et aſſignaret, nec ſe ulterius pro Officiali ſeu Commiſſario dicte eccleſie gereret ſub prefatis ac alijs in dictis litteris monitorialibus contentis penis, tamen idem Michael ſpiritu elationis et contradictionis impulſus monitis et mandatis ac litteris noſtris huiuſmodi contumaciter obedire recuſauit, appellationem etiam inſolentius, a monitione et mandatis noſtris huiuſmodi interponendo ac temere iactando, quod prouiſio de perſona prefati Georgij Cardinalis contra compactata inter ſedem apoſtolicam et inclitam nationem Germanicam foret facta, necnon priora malis accumulando excommunicationis et anathematis ac alijs ſententijs cenſuris et penis predictis legitime innodatus Miſſas et alia diuina officia in contemptum Clauium celebrare, et ipſis ſe immiſcere non expauit inhabitationis et infamie ac irregularitatis maculas, nec non omnium beneficiorum et officiorum ſuorum priuationis penam damnabiliter incurrendo, et quod deterius est, certi familiares dicti Michaelis perditionis alumni litteras apoſtolicas prouiſionis dicte eccleſie ualuis eccleſie Wiennenſis appenſas arripere, ac in noſtrum et dictae ſedis uilipendium ad terram proijcere, necnon copiam earumdem litterarum furioſe lacerare non formidarunt in hijs omnibus conſenſu et ſcientia dicti Michaelis ut creditur interuenientibus. Nos igitur ad quos ſpectat contra tales debita iuris ſeueritate procedere uolentes, ſicut decet temerarios nepharios auſus potiſſime ipſius Michaelis qui ut accepimus adhuc in eius obſtinata mente perſeuerat debita animaduerſione corrigere, ut alijs merito ſint in exemplum, motu proprio non ad ipſius Cardinalis uel alterius pro eo nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiam ſed ex noſtra certa ſcientia et mera uoluntate prefatum Michaelem ex premiſſis et alijs in contemptum noſtrum et prefate ſedis per eum perpetratis criminibus et exceſſibus excommicatum anathematizatum ac beneficijs ſuis uere et legitime priuatum eſſe, necnon

ab omnibus chriſtifidelibus euitandum fore decernimus et declaramus, ac omnia loca ad que ſe contulerit, uel ubi moram fecerit, et quamdiu ibi permiſſus fuerit, eccleſiaſtico ſupponimus interdicto. Non obſtantibus quibuſcunque appellationibus prouocationibus et reclamationibus tam pro parte dicti Michaelis quam Friderici Maurkircher pro Electo Patauienſi ſe gerentis et Capituli dicte eccleſie ac aliorum quorumcunque ad nos uel ad ſedem apoſtolicam aut ſucceſſores noſtros uel alias quomodocunque et qualitercunque interpoſitis et interponendis, quas quidem appellationes prouocationes et reclamationes cum inſtrumentis deſuper habitis et habendis, interpoſitas et interponendas tanquam de facto attemptatas reuocamus caſſamus et annullamus, ac nullas et inualidas nulliuſque efficacie uel momenti fore et eſſe auctoritate et ſcientia predictis de plenitudine poteſtatis apoſtolice decernimus et declaramus, necnon Conſtitutionibus et ordinationibus apoſtolicis ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conſtitutionis ſuppoſitionis reuocationis caſſationis annullationis decreti et declarationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Milleſimoquadringenteſimo octuageſimo Idibus Decembris Pontificatus noſtri Anno Decimo.

P. de Valle.

CCLVI.

Sixtus papa IV admonet Bavariae duces, Albertum et Georgium, ne adversarios cardinalis Haesler, jam a sancta sede excommunicatos, amplius foveant.

Romae. 1481. 8 Januarii.

Sixtus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Dilectis filijs Nobilibus viris Alberto et Georgio Bauarie Ducibus Salutem et apoſtolicam

benedictionem. Cognouimus ex litteris Nobilitatum uestrarum non sine maxima animi nostri molestia, que ad desolationem Patauiensis ecclesie accidisse pretenditis, uerum quo illa grauiora sunt et periculosiora eo magis dolemus deesse quieti illius ecclesie fauores et presidia uestra que certe nostre in vos paterne caritati rependi expectabamus, nam dum ille (illi) a uoluntate nostra dissentire, et pretensi electi ac capitularium rebellium partes susscipere uidentur creseit illorum contumacia, et aliene prestantur fomenta malitie, Sicut autem dilecti filij progenitores uestros Bauarie principes huius patauiensis ecclesie fundatores asseritis ita a uobis optamus ut ad illorum imitationem ne huiusmodi dissencionibus status et dignitas tam insignis ecclesie depereat nobiscum inuigiletis, nam id neque nobis neque dilecto filio nostro Georgio tituli sancte Lucie in Silice presbitero cardinali Episcopo Patauiensi imputari poterit, cum et nos pro auctoritate nostra cum matura deliberatione de consilio venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium ad preces quoque carissimi in Christo filij nostri Friderici Romanorum Imperatoris semper Augusti ac omnium ferme inclite Nationis Germanice Principum commendationes et humillimas preces eidem cardinali legitime prouiderimus et ipse iura sua sibi a sede apostolica concessa non minus debite quam prudenter (tueri) teneatur, sed non eo iure a pretenso electo et eius complicibus agitur, nos auctoritatem nostram, Cardinalis ius suum tuetur, illi iniuste et auctoritati nostre et iustitie aliene aduersantur, et quod dolenter referimus mandata nostra contempnentes in pernitiem animarum suarum censuris grauioribus insordescunt, illa etiam magis detestanda referuntur que super impignorationibus et alienationibus nonnullarum Terrarum et locorum in alienas manus per ipsos excogitata esse comperimus illud certe esset dilaniare, et destruere ecclesiam, quorum machinationibus utiliter occurere uolentes, nobilitates uestras requirimus, que pro sua prudentia metiri debent quantum illarum officio magis expediat iustissime uoluntati nostre quam impijs rebellium obstinationibus adherere, ut ad eneruandas illorum uires consuete pietatis sue in sedem apostolicam officium impendant, Si enim nos semper

in deſiderijs veſtris quantum cum domino potuimus gratioſos uobis exhibuimus, nonne et uos in re tam honeſta et neceſſaria monitionibus noſtris conuenit obtemperare, ſuper quo oratores ueſtros quos modo nullos uidimus ſi affuiſſent, libenter audiuiſſemus, atque ita ueriſſimis rationibus cauſe noſtre iuſtitiam declarauiſſemus, ut non amplius putaremus, nobilitates ueſtras a nobis diſſenſuras quod et facturas pro ſua bonitate poſt hoc reſponſum noſtrum exiſtimamus, Satis intellexiſtis maturitatem prouiſionis noſtre perſeuerantiam propoſiti noſtri iuſtitie ſtatum in quibus omnibus ueſtrum eſt tribunali apoſtolico cuius ſemper eſt iudicium rectum conſentire, non ergo prouiſionis noſtre culpe imputetis quod Patauienſis eccleſia deſtruatur, ſtabit illa, ſi uos catholicorum principum quod ſperamus officium impleueritis, et ab iniuſta pretenſi electi et complicum damnatorum defenſione abſtinueritis, ſi homines ditionis ueſtre qui Patauienſis eccleſie filij ſpirituales ſunt ad patris ſui gremium tranſire, ueſtro exemplo invitaveritis, et ſedi apoſtolice obedientiam in lauacro regenerationis ueſtre promiſſam preſtiteritis, datus eſt illi eccleſie optimus paſtor, cuius perſonam uos nobis alias honorificis teſtimonijs commendaſtis, et nos tanquam benemeritam ſupremo Senatui noſtro aggregauimus, ſi illam progenitores ueſtri fundarunt, non dubitamus, quin tanti meriti fructus a Domino retributore ſint conſecuti, ſi integram et illeſam ſeruare uultis apoſtolico iudicio conformemini, ne aliorum obſtinata contumacia que fauori ueſtro duntaxat innititur in plantatione parentum ueſtrorum reos uos faciat in conſpectu eterni iudicij, hortamur itaque vos dilecti filij ut iam tandem patris et paſtoris ueſtri uocem exaudiatis, et nedum damnatis rebellibus noſtris fauores ueſtros ſubtrahatis et pretenſum ipſum electum ac alios per nos totiens excommunicatos, et publice denuntiatos et iam in cenſuris obſordeſcentes tanquam morbidas pecudes pro fidei et religionis ueſtre zelo de dominijs ueſtris eijciatis, ſed prouiſioni etiam noſtre aſſiſtatis, ut in eo ſpectari poſſit, et a nobis in domino commendari deuotio ueſtra quam in hoc precipue gratiſſimam ſumus habituri qui et pro conſeruatione dicte patauienſis eccleſie et alijs quibuſcunque commoditatibus

ueſtris quantum cum domino poterimus honeſtis nobilitatum ueſtrarum deſiderijs ſemper annuemus. Datum Rome apud Sanctum petrum anno incarnationis dominice Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo Sexto Idus Januarii Pontificatus noſtri anno vndecimo.

CCLVII.

Sixtus papa IV concedit nuncio suo in Germania facultatem, citandi Fridericum Mauerkircher pro episcopo se gerentem, necnon Albertum episcopum ac quosdam ecclesiae pataviensis canonicos, ut se coram sede apostolica a suspicione haeresis expurgent.

Romae. 1481. 15 Januarii.

Sixtus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Venerabili fratri Vrſo Epiſcopo Theanenſi in Germania noſtro et Apoſtolice ſedis Nuntio et Commiſſario Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cunctorum Chriſti fidelium animarum ſalutem intenſis deſiderijs affectantes contra eos qui iuſſionibus apoſtolicis adeo obſtinata pertinacia obtemperare non curant ut in uehementem hereſis ſuſpitionem incidiſſe et animas eorum damnationi perpetue dediſſe manifeſtis demonſtrant indicijs nonnunquam iuxta canonicas ſanctiones procedi mandamus, ut uiam ueritatis agnoſcant et apoſtolicis ſtudeant obtemperare mandatis et ſi in eorum pertinacia perſeuerauerint tanquam membra putrida apoſtolice prouidentie gladio, a Chriſti fidelibus ſegregentur. Dudum ſiquidem cum eccleſia Patauienſis certo modo uacante dilecti filij Capituli Patauienſis Fridericum Maurkircher tunc Canonicum Patauienſem in Epiſcopum Patauienſem elegiſſent, et eiuſdem electionis confirmationem a nobis cum inſtantia poſtulaſſent. Nos habita deſuper cum Venerabilibus fratribus noſtris ſancte Romane eccleſie

Cardinalibus deliberatione matura, electionem ipſam ex certis rationabilibus cauſis tunc expreſſis nullam fore de eorumdem fratrum Concilio per quaſdam (litteras) declarauimus, et eidem eccleſie ſic uacanti de perſona dilecti filij Georgij tituli ſancte Lucie in Silice preſbiteri Cardinalis per alias prouidimus ipſumque Cardinalem illi prefecimus in Epiſcopum et Paſtorem, ac Fridericum et Capitulum prefatos, necnon ſingulares in eccleſiaſticis dignitatibus conſtitutas perſonas et Canonicos dicte eccleſie ac perpetuos Vicarios aliosque beneficiatos in eadem omneſque alios et ſingulas perſonas eccleſiaſticas ſeculares et religioſas etiam exemptas cuiuſcunque ſtatus ordinis et conditionis exiſterent et quacunque etiam Epiſcopali dignitate preſulgerent ſub excommunicationis anathematis et eterne maledictionis, alijſque tunc expreſſis cenſuris et penis eccleſiaſticis quas ſinguli eorum qui non parerent eo ipſo incurrerent per reliquas monuimus et requiſiuimus ac mandavimus eiſdem, ut uidelicet Fredericus ſe de cetero pro Electo Patauienſi minime gerere reliqui uero moniti predicti prefatum Fredericum pro Electo Patauienſi tenere et nominare eique ut tali parere et ab alijs nominari et ut ei pareretur procurare nullatenus preſumerent, ymmo eundem Georgium Cardinalem et Electum Patauienſem tanquam Patrem et Paſtorem animarum eorumdem reciperent et admitterent et ei obedientiam et reuerentiam debitas et deuotas, Et cum aſſereretur eoſdem Fredericum et alios ſic monitos et requiſitos monitioni et requiſitioni ac mandatis noſtris huiuſmodi minime paruiſſe fraternitati tue per quaſdam poſteriores litteras noſtras hodie dedimus in mandatis, ut illos ex eiſdem Frederico et alijs monitis predictis quos monitionibus huiuſmodi non paruiſſe conſtaret, cenſuras et penas predictas incurriſſe declarares, et alia tunc expreſſa faceres, prout in ſingulis litteris predictis plenius continetur Cum autem ſicut accepimus Fredericus prefatus et Albertus Epiſcopus Salonenſis, qui pro bone memorie Vdalrico Epiſcopo Patauienſi dum uiueret in prefatis eccleſia Ciuitate (et) dioceſi, que ordinis Epiſcopalis exiſtunt exercere ſolitus erat, ac Valentinus Pernbeck Decanus Johannes Eberſpeck ſenior Sigiſmundus Vorſchouer Stephanus Aychlar Sebaſtianus

Lamynger Paulus Wann Erhardus Zenger Erhardus Staringer. Wigileus Froſchel Canonici dicte eccleſie et Petrus Vberacker Decanus in Mautarn dicte dioceſis ac Paulus Sawier ordinis fratrum predicatorum profeſſor poſteriorum monitorialium litterarum noſtrarum predictarum plenam notitiam habentes, eundem Cardinalem in Electum Patauienſem recipere et admittere ac monitioni requiſitioni et mandato noſtris predictis minime parere expreſſe recuſauerunt, ipſeque Fredericus ſe pro Electo Patauienſi gerere et Albertus Epiſcopus eiuſdem Frederici ut Electi Patauienſis nomine et pro eo Pontificalia officia et que ordinis Epiſcopalis exiſtunt in eccleſia, Ciuitate, dioceſi Patauienſi ſicut pro dicto Vdalrico Epiſcopo exercere ſolitus erat, exercere, Valentinus uero et alij rebelles Canonici beneficia ad ipſius Georgij Cardinalis et Electi collationem ſpectantia conferre ac Paulus prefati in publicis ſermonibus clero et populo Ciuitatis et dioceſis predictarum, ut eundem Fredericum pro Electo Patauienſi habeant teneant reputent et nominent litteris noſtris et apoſtolice auctoritati plurimum detrahendo perſuadere non expauerunt, excommunicationis anatematis et maledictionis eterne cenſuras et penas predictas iam dudum damnabiliter incurrendo et illis ligati exiſtentes Fredericus et Albertus Epiſcopus ac Paulus et reliqui nominatim expreſſi predicti miſſas et alia diuina officia in contemptum clauium publice celebrare ymmo uerius prophanare, ac interdictum uiolare et propterea irregulares effecti in huiuſmodi cenſuris et penis illas per Annum et amplius animo ſuſtinentes indurato, et ad cor reuerti, eorum errores recognoſcere et penitentiam agere non curantes inſordeſcere non formidauerint nec formident in animarum ſuarum periculum apoſtolice auctoritatis contemptum penitioſiſſimum exemplum et ſcandalum plurimorum ſeque propterea tanto tempore in huiuſmodi contumacia perſeuerando de hereſi ſuſpectos reddiderint, et reddant in dies, Nos nolentes prout nec uelle debemus, tantam inobedientiam et cordis duritiam amplius tolerare fraternitati tue de qua hijs et alijs ſpecialem in domino fiduciam obtinemus, Fredericum Albertum Epiſcopum Decanos Seniorem et Canonicos ac Paulum predictos nominatos et quemlibet

eorum nec non alios quoſcunque quos in cenſuris huiuſmodi quas premiſſorum occaſione incurrerunt ultra annum insorduiſſe, et propterea de hereſi merito ſuſpectos fore comperies, ſi pro animarum eorumdem ſalute et ſedis apoſtolice honore expedire putaueris, monendi et requirendi eiſque mandandi ut infra aliquem competentem terminum tuo arbitrio moderandum dicte ſedis conſpectui perſonaliter ſe preſentent ad huiuſmodi hereſis ſuſpitionem ex premiſſis reſultantem coram dicta ſede aut deputando per eam deſuper. Auditore et Commiſario purgandam et qualiter de fide Catholica ſentiant reſpondendum ac cauſas quare heretici declarari et ut tales puniri non debeant allegandum deducendum et probandum, facultatem concedimus per preſentes. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifatij pape VIII. predeceſſoris noſtri quibus cauetur, nequis extra ſuam Ciuitatem niſi in certis exceptis caſibus et in illis ultra Vnam dietam a fine ſue diocefis ad iudicium euocetur Seu ne iudices a ſede apoſtolica deputati extra Ciuitatem et dioceſim in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere aut alij uel alijs uices ſuas committere preſumant et de duabus dietis in Concilio generali ac alijs Conſtitutionibus et ordinationibus apoſtolicis contrarijs quibuſcunque ſeu ſi frederico et alijs monendis et requirendis prefatis uel quibuſuis alijs communiter uel diuiſim a dicta ſede indultum exiſtat quod ultra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiuſmodi mentionem Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo Decimo octauo Kalendas Februarii Pontificatus noſtri Anno Vndecimo.

CCLVIII.

Sixtus papa IV nuntio suo in Germania mandat, ut adversarios Cardinalis Georgii et praesertim urbes Pataviam et S. Hyppoliti ad receptionem ejus sub poena ecclesiasticae censurae compellat.

Romae. 1481. 15 Januarii.

Sixtus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Venerabili fratri Vrſo Epiſcopo Theanenſi in Germania noſtro et apoſtolice ſedis Nuntio et Oratori Salutem et apoſtolicam benedictionem. Etſi quibuſlibet perſonis eccleſiaſticis ex iniuncto nobis deſuper apoſtolatus officio oportune defenſionis preſidio aſſiſtere teneamur preſtantius tamen nos inuigilare conuenit ut prelati potioribus preſertim eccleſiaſticarum dignitatum titulis inſigniti in ſuis iuribus conſeruentur et eccleſiarum preſertim Cathedralium, quibus per ſedem apoſtolicam ſunt prefecti regiminis et adminiſtrationis ac bonorum poſſeſſionem nanciſcantur Dudum ſiquidem eccleſia Patauienſi per obitum bone memorie Vlrici Epiſcopi Patauienſis extra Romanam Curiam defuncti uacante electionem factam per Capitulum Patauienſe de perſona Friderici Maurkircher tunc Canonici Patauienſis ex certis tunc expreſſis cauſis nullam fore per quaſdam de fratrum noſtrorum conſilio declaravimus ac eidem eccleſie ſic uacanti de perſona dilecti filij noſtri Georgii tituli ſancte Lucie in Silice presbiteri Cardinalis de eorumdem fratrum conſilio per alias prouidimus ipſumque Georgium eidem eccleſie prefecimus in Epiſcopum et Paſtorem Et cum ipſe Georgius Cardinalis dubitaret ne ipſe Fridericus pro Electo Patauienſi ſe gereret et Capitulum prefati ac Clerus et populus Vaſſalli et Feudatarij dicte eccleſie eundem Fridericum pro Electo Patauienſi nominare tenere et reputare preſumerent et eidem Cardinali ut eorum patri et paſtori et Electo Patauienſi reuerentiam et obedientiam debitas et de-

